52. Ὁρῶν] Corrige ὡρῶν. F.G. Idem Cl. *Jenſ.* quoque monet in Lect. Lucian. p. 362. Et vel ſine librorum auctoritate ſic edi curaſſem, adeo res eſt manifeſta. *J.F.R.*

Ὡρῶν — μυκήματος] Non igitur ſimplex clepſydra hic indicatur, ſed operoſior & magis artificioſa machinatio Cteſibiana, de quo genere *Vitruvius* 9, 9. ubi inter *multa deliciarum genera etiam horologiorum ex aqua comparationes* memorat, in quibus praeter caetera etiam *buccinae canunt*, qui eſt ipſe μυκηθμὸς, bubulae vocis imitatio. *J. M.G.*

Ibid. Δι' ὕδατος & μυκήματος] Qua ratione haec horologia aquatica fuerint conſtructa, ut murmure ac ſonitu ſimul horas indicarent, adcurate exponere nequeo, nec feſtinatio ſinit addere aut examinare quae ſuper his adnotavi. Quare videat curioſus Lector *Pancirol.* memorab. ab *H. Salmuth* converſa, T. 2. Tit. X. de *horologiis*, figurasque clepſydrarum antiquarum ap. *Peraltium* in *Vitruv.* Gallico. Item *Caſaub.* ad Athen. IV. c. 17. p. 294. *Philip. Carol.* animadv. 2. in *A. Gell.* III. c. 3. *Salmaſ.* ad Solin. a p. 447. ad 458. atque alibi; aliosque quos indicat *Pinellus* in additamentis Tom. IX. Theſauri *Graev.* inſertis p. 514. ſ. & ſeq. De horolog. Solari Romae in foro, *Memoir. de Literat.* T. II. p. 271. ac *Bargaeum* de obeliſcis, Theſ. *Graev.* T. IV. p. 1905. & potiſſimum p. 1922. Et Interpretes *Petron.* ad Sat. 26. fin. & 71. fin. Ut alios omittam. Sonitum etiam excitatum fuiſſe a calculo ſingulis horis in pelvim decidente, cum *Pancirollo* Tit. X. de horologiis, probabile credo. *J.F.R.*

60. Πολλοὺς & ἄλλους] Male poſteriora in *Fl.* eſſe omiſſa, teſtatur Luciani conſuetudo. Conf. ſupra *Philopſ.* c. 19. ubi & καὶ ante ἄλλο. Τί οὖν & ἄλλο ποιοῦντα ὁρᾶτε; ſed πολλοὺς & ἄλλους plane uti hic, in *Rhet. Praec.* c. XI. ipſo init. ac ſaepe alibi. Item in *Tab. Cebet.* ſtatim in pr. ἐν ᾧ πολλὰ μὲν & ἄλλα ἀναθήματα ἐθεωροῦμεν. *J.F.R.*

9. Ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς] Etſi περὶ quod *Solan.* vult, uſitatius: tamen ὑπὲρ verum credo, quod reliquorum ὑπὸ idem ſuadeat, & περὶ longius a literarum ductu recedit, quod potius cum παρὰ confundi amat. Sed recte ὑπὲρ pro περὶ uſurpari, adeoque & hoc nomine nihil opus eſſe correctione, vid. ſupra dicta ad *Gall.* c. 18. med. Quin & *Homer.* ὑπὲρ cum accuſ. pro περὶ. Il. Z. 524. — Ὀθ' ὑπὲρ σέθεν αἴσχε' ἀκούω. *quando de te probra audio.* Sed praeter exempla ad *Gall.* l.d. adle-

bet etiam Bacchicam vobis fabulam enarrare; ita ajunt contemta esse ab illis hominibus ipsius principia, ut adventantem deriderent, vel potius ipsius audaciae misererentur, qui statim ab elephantis conculcandus esset, si aciem contra auderet instruere. Audierant enim, puto, exploratores absurda quaedam de illius exercitu narrare, Phalangem ipsius & ordines esse mulieres insanas & furentes, hedera coronatas, praecinctas hinnulorum pellibus, hastis quibusdam parvis instructas, sine ferro, hedera ornatis & ipsis, levibusque parmulis, bombos, si quis modo attingeret, reddentibus; nempe clypeis assimulabant etiam tympana: paucos autem quosdam inter eos versari rusticos juvenes, nudos, saltantes cordacem, qui caudas haberent, cornutos *corniculis*, qualia recens natis haedis subnascuntur.

μῦθον ὑμῖν διηγήσασθαι Βακχικὸν) Φασὶν ἔτω καλαφρονῆσαι αὐτῆ τὰ πρῶτα τὺς ἀνθρώπυς τὺς ἐκεῖ, ὥστε καλαγελᾶν ὀπόντα, μᾶλλον δὲ ἐλεεῖν ἢ τόλμαν, [a] ὡς αὐτίκα μάλα [b] συμπαληθησομένυς ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, εἰ ἀντιτάξαιλο. ἤκυον γὰ, οἶμαι, τῶ σκοπῶν ἀλλόκοια [c] ὑπὲς τῶ στρατιᾶς αὐτῆ ἀγγελλόντων, ὡς ἡ μὲ Φάλαγξ αὐτῷ καὶ οἱ λόχοι γυναῖκες εἶεν ἔκφρονες καὶ μεμηνυῖαι, κιττῷ ἐστεμμένναι, νεβρίδας ἐνημμένναι, δόρατά τινα μικρὰ ἔχυσαι, ἀσίδηρα, κισσοποίητα καὶ ταῦτα, καὶ τινα πελτάρια κῆφα, βομβοῦντα, εἴ τις μόνον προσάψαιλο (ἀσπίσι γὰ εἴκαζον καὶ τὰ τύμπανα) ὀλίγυς δέ τινας ἀγροίκυς νεανίσκυς ἐνεῖναι γυμνὺς, κόρδακα ὀρχυμένυς, ἐρᾶς ἔχονλας, [d] κεράστας, οἷα τοῖς ἄρτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις ὑποφύεται).

Καὶ

a Ὡς] Abest a *Fl.* b Συμπαληθησομένυς] Sic recte *Fl. Fr. B2. P. S.* Συμπατησομένυς *J.* c Ὑπὲρ] Hoc dedi ex *J.* & L. Ὑπὸ *Fl. Ald. H. P. S.* &c. male. Περὶ vult *Solan.* d Κεράστας] Καὶ κέρατα *Marc.* & L. In vulgato conspirant Edd.

9. * Σκοπῶν] Τῶν καλασκόπων. *G.*
17. Ἀγροίκυς νεαν.] Εἰδ. Σατύρων. *G.*

18. † Κόρδακα] Εἶδ. ἀπρεποῦς ἐ αἰσχρᾶς ὀρχήσεως ἢ ἁπλησίας ‡ τῇ πυρρίχῃ. *V.*

* Titulus horum scholior. in Editis erat Προλαλιὰ ὁ Διόνυσ. In C. vero Προσλαλιὰ ἢ Διόνυσ. *J. F. R.*

† Κόρδακα] Κόρδακ Edita male, quod ad Lucianum accommodavi. *J. F. R.*

‡ Τῇ πυρρίχῃ] Ita ex C. correctum, quum in Editis esset πυρρίχης, & sine articulo. In eodem C. autem additur: ὃν φασιν ἰδιωτικῶς κάρυδαν. *J. F. R.*

legata, non longe quoque abit hoc *Epicteti* p. 149. Ed. Rel. ἄμεινον ὑπὲρ ὑμῶν βεβούλευ), quod etsi *super nobis consuluit* recte ad verbum reddas, tamen revera ὑπὲρ in talibus significat, id quod ad nos spectat, & ita eumd. sensum haec Luciani admittunt. *J. F. R.*

14. Ἀσίδηρα] Contra *Diod. Sicul.* III. c. 64. ait ferrum latuisse sub hedera. Sed quis in hujusmodi fabulis consensum requirat? *J. F. R.*

16. Ἀσπίσι γὰ εἴκαζον] Interpositio (ἀσπίσι γὰρ εἴκαζον ἐ τὰ τύμπανα.) *Th. M.*

17. Νεανίσκυς] Τὺς Σατύρυς. *Satyros.* *F. G.*

18. Οὐρὰς ἔχονλας κεράστας] Οὐρὰς ἔχονλας ἐ κέρατα. *Th. M.*

19. Κεράστας] In L. καὶ κέρατα, uti volebat vir Clarissimus; sed ego vulgatam genuinam puto; sic enim iterum infra Ἔκκλ. c. 4. f. de iisdem Satyris κεράστα οἷα τοῖς ἄρτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις τὰ κέρατα ὑποφύεται. Sic autem loqui amat Noster. Vide Δις. c. 3. ὑμενόπτερον δὲ, οἷα ταῖς — νυκτερίσι τὰ πτερά. *M. du S.*

Κεράστας, οἷα] Vereor, ut vera sit, quam *Marcilius* hic ex librone an ex ingenio? profert, lectio, καὶ κέρατα· & ob id ipsum vereor, quia nimis facilis est, quam nemo librarius in alteram, quae libros obtinet, mutaturus fuerat. Κεράστας jungendum cum accusativis reliquis: οἷα per synesin s. syllepsin dicere malis aut ellipsin adeo (omnia enim ista nomina huic figurae accommodari videas) refertur ad κέρατα quae in κεράστας latent: id qui concoquere non poterant, mutationem susceperunt. *J. M. G.*

Κεράστας οἷα] Optime judicat Cl. *Gesn.* sanum esse vulgatum; tacite enim respicitur ad κέρατα intellectum, qualibus gaudent Graeci pariter ac Latini. *Cic.* vel durius *ad Fam.* XII. 1. *Ut ego quidem & urbi & otio diffiderem urbano; sed ita* COMPRESSA EST, *ut videamur — tuti futuri.* Ubi post *compressa est* intelligitur turba vel seditio, cujus tamen nulla praecessit nec sequitur expressa mentio. *Philostr.* I. XXV. p. 536. pr. Πατρὶς Ἡράκλεια — ἐπαινοῦντες. Noster *Tim.* c. 9. ad Ἀττικὴν refert αὐτοῖς. Adde *Hemst.* ad *Nigr.* c. 14. pr. Nos ad 2. *Ver. Hist.* c. 37. No. 97. ubi πλοῖα κολοκύνθινα sequente αὐτὴν. *Pro Imag.* c. 9. Et Cl. *Wessel.* ad *Diod. Sic.* I. 93. No. 4. & XI. 25. No. 65. Ac mi-

Καὶ τὸ μὲν σφαληλάτῃ αὐτῷ, ἐφ' ἅρματος ὀχείας παρδάλεων ὑπεζευγμένων, ἀγένειον ἀκριβῶς, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον χνοῶντα τὴν παρειάν, κερασφόρον, βοτρύοις ἐστεφανωμένον, μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον, ἐν πορφυρίδι, καὶ χρυσῇ ἐμβάδι. ὑποσφαλιγεῖν δὲ δύο, ἕνα μέν τινα [a] βραχὺν πρεσβύτην, ὑπόπαχυν, πρόγαστορα, ῥινόσιμον, ὦτα μεγάλα ὄρθια ἔχοντα, ὑπότρομον, νάρθηκι ἐπερειδόμενον, ἐπ' ὄνου τὰ πολλὰ ἱππεύοντα, ἐν [b] κροκωτῷ, καὶ τοῦτον πάνυ [c] πιθανόν τινα συνταγματάρχην αὐτοῦ. ἕτερον δὲ τεράστιον ἄνθρωπον, τράγῳ τὰ νέρθεν ἐοικότα, κομήτην τὰ σκέλη, κέρατα ἔχοντα, βαθυπώγωνα, ὀργίλον καὶ θυμικόν, θατέρᾳ μὲν σύριγγα φέροντα, τῇ δεξιᾷ δὲ ῥάβδον καμπύλην ἐπηρμένον, καὶ περισκιρτῶντα ὅλον τὸ στρατόπεδον. καὶ τὰ γύναια δὲ φοβεῖται αὐτὸν, καὶ σείειν ἠνεμαμένας τὰς κόμας, ὁπότε προσίοι, καὶ βοᾶν, [d] εὖ οἱ-

2. Ac ducem quidem ipsum curru vehi junctis pardalibus, plane imberbem, ne parva quidem lanugine vestitum genas, cornutum, coronatum uvis, mitra revinctum comas, amictum purpura, & auro calceatum: duces sub ipso duos, unum brevem, senem, crassiusculum, ventricosum, simum naribus, auribus longis & erectis, tremulum, innixum baculo, asino vectum plerumque, crocota indutum, atque adeo congruentem plane agminis sub illo ductorem; alterum porro prodigiosum hominem, capro inferiori parte similem, cruribus hirsutis, cornutum, barba prolixa, iracundum & vehementem, qui altera manu ferat fistulam, dextra vero baculum incurvum intentans, exercitum totum circumsaltet: territas autem ab illo mulierculas, jactare permissos ventis capillos ad illius adventum, & clamare Evoe; suspicari autem, hac

a Βραχὺν] Sic *Fl. Ald. V2. Fr. H. B1. P. S.* Τραχὺν *J.* & marg. *A1.* b Κροκωτῷ] Recte *S.* sola. Κροκοτῷ media correpta cett. omnes male. c Πιθανὸν] Constans lectio. Ἀπιθανὸν vult *Solan.* d Εὖ οἱ] Sic *J. Ald. S. B1.* Εὐοῖ *Wech.* Εὖ οἶ. *Fl.* Εὖ οἱ *P. H.*

25. Μίτρᾳ] Μίτρᾳ ἢ ἐπὶ μετώπῳ ἄκρῳ χρυσοῦν ἔχουσα ψέλλιον, ἀρχῆς ἂν εἴη ϲ βασιλείας σύμβολον. *V.*
27. Τρ. πρεσβύτην] * Εἴδωλον Ἰκαρίου. *K.*
28. Προγάστορα] Μεγαλοκοίλιον. *V.*
32. Ἕτερον δὲ τεράστιον] Εἴδωλον Πανός. *V.*

* Εἴδωλον Ἰκαρίου] Sic V. prave. Quem enim Icarium somniavit, is Silenus est. Vide & Scholion 2. ubi veram & genuinam scripturam habemus; & 9. ubi Scholiasten errasse patebit. *M. du S.*

rare *Stephanum* & *Rhodom.* talia corrigentes. *J. F. R.*

25. *Μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον ἐν πορφυρίδι*] Fieri non potuit, quin dum hæc sic junguntur ab interpretibus, in iis intelligendis errarent. Et tamen quam ingeniose ista verterunt *mitra purpurea comam revinctum*? Sed duo prædicantur ab auctore, cujus verba sic distingue ἀναδεδεμένον, ἐν πορφυρίδι, & verte *mitra comam revinctum, purpurea in veste.* *J. G.*

Ibid. Ἐν πορφυρίδι] Interpres: *mitra purpurea comam revinctum.* Verte: *in veste purpurea & aureo cothurno.* *F. G.*

27. Βραχὺν πρεσβύτην] Sileni imaginem & descriptiones persequitur, neque hoc loco praetermisso *Perizonius* ad *Aelian.* V. H. 3, 18. *J. M. G.*

Βραχὺν] Ne suspicere τραχὺν melius esse, quod barbatus senex intelligatur; nam id paullo post sequitur. Et quis demum ignorat brevitatem corporis in bello contemtui haberi solitam, qui *Tacitum*, *Curtium* ac *Caesarem* legerit; quare unum hoc tantum ex *Caes.* 2. B. *Gall.* c. 30. adferam: *quibus viribus, praesertim homines tantulae staturae (nam plerisque hominibus Gallis, prae magnitudine corporum suorum*, brevitas *nostra contemptui est) tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent?* Ubi & Graecus Interpres priora reddidit: ἄλλως τε βραχύταλοι ἄνδρες. Sic τεῖχος βραχὺ *Thucyd.* VII. c. 29. *J. F. R.*

Ibid. Πρεσβύτην] Σειληνὸν. *F. G.*

28. Ὦτα μεγάλα &c.] Cauda non instruxit hunc Bacchi nutritorem Lucianus, quod tamen facit *Diod. Sic* III. c. 71. ubi id observat *Wess.* eumque rarius conspici in nummis & gemmis, ait. Sed si hoc tanti est, adderem, conspici in marmoribus; At quum plurimum asino insideat, cauda non adparet. Ceteram formae Sileni, Panis ac Satyrorum descriptionem vid. etiam infra *Deor. Conc.* c. 4. & 5. Et supra T. I. *Deor. Dial.* XXII. *J. F. R.*

32. Ἄπι-

hac voce appellari ab illis dominum. Greges porro jam direptos a mulieribus, & dilaceratas vivas adhuc pecudes; esse enim illas crudivoras.

[c] τῦτο δ' εἰκάζειν καλεῖᾳ αὐτῷ τ δεσπότην· τὰς δ' ἓν ποίμνας, διηρπάᾳ ἤδη ὑπὸ τ γυναικῶν, ϗ διεσπᾶᾳ ἔτι ζῶντα τὰ θρέμματα· ὠμοφάγυς γάρ τινας αὐτὰς εἶναι.

3. Audientes ista Indi & rex illorum, ridebant, ut probabile est, neque contra educere exercitum, aut aciem struere, operae pretium censebant. Sed, (si modo *omnino educere contra eos placeat*) mulieres iis immittere, si prope venissent; ipsis autem *viris* etiam vincere indecorum videbatur, & interficere mulieres furentes, & mitratum muliebriter ducem, & ebrium parvum seniculum, & alium semimilitem, & saltatores nudos, omnes ridiculos. Cum vero nunciaretur jam igne vastare regionem Deus, & cum ipsis hominibus cremare urbes, & silvas incendere, & Indiam universam brevi tempore implere incendiis (nam Bacchi arma ignis, patrius illi & de fulmine) hic

Ταῦτα οἱ Ἰνδοὶ ϗ ὁ βασιλεὺς αὐτῷ ἀκούσᾳς, ἐγέλων ὡς τὸ εἰκὸς, ϗ οὐδ' ἀντεπεξάγειν, ἢ ὡσαύτως ἠξίουν· ἀλλ' εἰ ἄρα τὰς γυναῖκας ἐπαφήσειν αὐτοῖς, οἱ πλησίον γένοιντο, σφίσι δὲ ϗ νικᾶν αἰσχρὸν ἐδόκει, ϗ φονεύειν γύναια μεμηνότα, ϗ [f] θηλύμιτριν ἄρχοντα, ϗ μεθύον σμικρὸν γερόντιον, ϗ ἡμιστρατιώτην ἄλλον, ϗ γυμνήτας ὀρχηστὰς, πάντας γελοίους. ἐπεὶ δὲ [g] ἠγγέλλετο πυρπολῶν ὁ θεὸς ἤδη τὴν χώραν, ϗ πόλεις αὐτάνδρους καταφλέγων, ϗ ἀνάπλεων τὰς ὕλας, ϗ ἐν βραχεῖ πᾶσαν τ Ἰνδικὴν [h] πυρὸς ἐμπεπληκὼς (ὅπλον γάρ τοι Διονυσιακὸν τὸ πῦρ πατρῷον αὐτῷ, ϗ κατὰ τὸ κεραυνῷ) ἐνταῦθα ἤδη σπουδῇ ἀνελαμ-

e Τοῦτο] Τοῦτον *Pell.* f Θηλύμιτριν] Nil mut. Edd. g Ἠγγέλλετο] Ἤγειτο *Fl.* & marg. *Aldi W.* h Πυρὸς] Sic *Fl. W. P.* &c. Φλογὸς *J.* & L.

32. Ἀπιθανὸν] In omnibus libris nostris antea legebatur πιθανὸν, nullo aut absurdo sensu. Certissima est emendatio haec nostra; nihil enim tali legato *absurdius*. *M. du S.*

Πιθανὸν] Lubens dedissem ἀπιθανὸν, si ullus Cod. aut Ed. praeiret. Jam potest ironice intelligi, etsi paullo aegrius ita accipiam, quia primarium ducem aperte contemtum inducit, adeoque & alterum serio despectum proponi verisimile est. *J. F. R.*

Ibid. Ἕτερον δὲ] Τὸν Πάνα. *F. G.*

33. Τεράστιον ἄνθρωπον] Sic infra Ἐκκλ. c. 5. γελοίους θεοὺς & τερατίας. *M. du S.*

34. Κέρατα] Cornua Pani ab antiquis afficta putat *Polyaenus*, quia is cornuum in exercitu inventor Strat. I. p. 9. *M. du S.*

Κέρατα ἔχοντα] De Baccho cornuto vid. *Diod. Sic.* L. III. aliquoties. *J. F. R.*

35. Ὀργίλον] Sic de eodem Pane *Theocr.* I, 17. ἐντί γε πικρὸς Καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται. *J. M. G.*

40. Εὐοῖ — δεσπότην] Omissa viris summis *Bochart*o atque Huetio observatio, quam aeque facile ipsis fuisset exornare, ac reliquas conjecturas, quas proponunt, ille in Canaan 1, 18. hic Demonstr. Evang. Prop. 4, 3. Nempe ipsum nomen יהוה hic latere, dicerent, tetragrammatum & ipsum, solis vocalibus & spiritibus constans, cui respondet apud septuaginta interpretes κύριος. Qui divisérunt hanc vocem & εὐ οἷ vel εὖ οἷ scripsere, quod factum video in editis, qui mihi patent, omnibus; illi votum forte, *Bene illi!* interpretati sunt, qua ratione cum nobili illo הושיע נא — conveniret, quod in Judaica illa thyriophoria (Βακχείαν & hanc vocat *Plutarchus* Sympos. 4, 5.) ingeminatum novimus. *J. M. G.*

Εὖ οἱ] Vid. *Redi* in notis ad Dithyramb. p. 17. *M. V. La Croze.*

36. Τοῦτο δὲ εἰκάζειν καλεῖᾳ αὐτῶν τ δεσπότην] Miror, cur vertant, *quo nomine earum dominum vocari conjice*, quum non moneat vel jubeat auctor, sed narret speculatores conjicere ita vocari earum dominum. *J. G.*

48. Ἀλλ' εἶπερ] Ἀλλ' ἤπερ. *F. G.*

52. Θηλύμιτριν] Hinc emendandus *Suidas*, apud quem suo ordine θηλύμιτρις legendum, pro θηλύμητρις. Confer Ἐκκλ. c. 4. *M. du S.*

Θηλύμιτριν] Mitram ut effeminatum quid Rex Jarbas quoque exprobrat Aeneae ap. *Virg.* Aen. IV. 215. *Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu Maeonia mentum mitra subnixus* — *J. F. R.*

λάμβανον τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ὀπισάξαντες, καὶ ἐγχαλινώσαντες, καὶ τοὺς πύργους ἀναθέμενοι, ἐπ' αὐτοὺς ἀντεπεξήεσαν, καταφρονοῦντες μὲν καὶ τότε, ὀργιζόμενοι δὲ ὅμως, καὶ συνθρίψαι σπεύδοντες αὐτῷ τραπέδῳ τὸ ἀγένειον ἐκεῖνον στρατηλάτην.

Ἐπεὶ δὲ πλησίον ἐγένοντο, καὶ εἶδον ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἰνδοὶ προτάξαντες τοὺς ἐλέφαντας, ἐπῆγον τὴν φάλαγγα, ὁ Διόνυσος δὲ τὸ μέσον μὲν αὐτὸς εἶχε, τοῦ κέρως δὲ αὐτῷ τοῦ δεξιοῦ μὲν ὁ Σειληνὸς, τοῦ εὐωνύμου δὲ ὁ Πάν, ἡγοῦντο· λοχαγοὶ δὲ καὶ ταξίαρχοι Σάτυροι ἐγκαθειστήκεισαν. καὶ τὸ μὲν σύνθημα ἦν ἅπασι τὸ, εὖ οἱ. εὐθὺς δὲ τὰ τύμπανα ἐπαλαγεῖτο, καὶ τὰ κύμβαλα τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινε, καὶ τῶν Σατύρων τις λαβὼν τὸ κέρας ἐπήυλει τὸ Ὄρθιον, καὶ ὁ τοῦ Σειληνοῦ ὄνος ἐνυάλιόν τι ὠγκήσατο, καὶ αἱ Μαινάδες σὺν ὀλολυγῇ ἐνεπήδησαν αὐτοῖς, δράκοντας ὑπεζωσμέναι, καὶ τὰ θύρσων ἄκρων ἀπογυμνοῦσαι τὸ σίδηρον. οἱ Ἰνδοὶ δὲ καὶ ἐλέφαντες αὐτῶν αὐτίκα

jam festinanter sumere arma, & ornatis elephantis, atque frenatis, impositisque in illos turribus, contra illos educere, contemnentes illi quidem tum quoque, sed irati tamen, & atterere festinantes suo cum exercitu imberbem istum imperatorem.

4. Cum vero prope & in conspectum venissent, Indi constitutis in prima acie elephantis, phalangem inducunt. At Bacchus mediam ipse tenet aciem, dextrum illius cornu Silenus ducit, Pan sinistrum: ordinum vero & agminum ductores constituti Satyri: tessera omnibus illud Evoe. Simul pulsantur tympana, & classicum cymbala sonant, ac Satyrorum aliquis cornu sumto incinit orthium, & Sileni asinus Martium quiddam rudit, & insultant illis cum ululatu Maenades, succinctae draconibus, & de summis thyrsis ferrum nudantes. At Indi & illorum elephantes, incli-

na-

a Προτάξαντις] Ita dedi ex *J. H. Ald. B1.* & *S.* Προστάξαντες *Fl. P.* quod & adscript. marg. *A1.* b Αὐτῷ] Αὐτῶν *Fl.* & marg. *A1.* sine dubio ex eadem. c Εὖ οἱ] Sic jam & *P.* quae ante εὖ οἱ habebat. Εὖ οἱ *J.* etiam & *W.* aliaeque. Εὐοῖ. *Fl.* d Ἐσήμαινε] Ita *Fl. Fr. J. Wech. P.* &c. Ἐσήμηνε vult *Solan.*

61. Ἐπισάξαντες] * Στρώσαντες. *V.* Σάγμα τὸ ἰδιωτικῶς λεγόμενον σαμάριον. *G.*

71. † Σειληνὸς] Ἄνω τοὺς ὑποστρατηγοὺς, ὅσον ἀπὸ τοῦ εἴδους ‡ εἰκάσαι τὸν Ἰκάριον ἔδειξε ᾧ τὸν Πάνα· ἐνταῦθα ὀνο-

* Στρώσαντες] Τρώσαντες Edit. *Cler.* Mutavit *M. du S.*
† Σειληνὸς] Ad alia verba relatum hoc scholion huc recte retraxit *M. du S.*
‡ Εἰκάσαι] Εἰκάσθαι legebatur, quod correxit *M. du S.*

62. Ἐγχαλινώσαντες] Absurda haec omnino; nec cum haec scriberet, aut Elephantem viderat, aut usum rationemve regendi fando audiverat. *M. du S.*

75. Τύμπανα ἐπαταγεῖτο] Alibi πλαταγεῖν dicitur, vid. *Lampe* de cymbalis vett. c. 9. L. I. p. 48. seqq. Sed alias non utebantur veteres tympanis in bello; verum quia adparatus est Bacchicus, etiam Bacchica instrumenta ad pugnam adhibentur, cymbalis enim ac tympanis in festo Cybeles & Bacchi utebantur; & sic *Terentius* ridiculam aedium expugnationem describens coquum cum peniculo etiam inducit. *J. F. R.*

77. Τὸ Ὄρθιον] Conf. supra notata ad *Bis Accus.* c. XI. ubi *Pell.* τὸ ὄρθιον volebat, quod νόμον intelligatur; sed quia & μέλος potest intelligi, & saepius neutro gen. ab Nostro ponitur ὄρθιον, nihil mutandum. *J. F. R.*

μασὶ τὸν Σειληνὸν παρισᾶ. καινὸν τοῦτο, εἰ μήπω ταὐτὸν οἴεται τὸν Σειληνὸν τῷ Ἰκαρίῳ (cur de Icario somniaret, nihil erat: quod & ipse sui Interpres optimus Lucianus hic ostendit. *M. du S.*)

78. Σειληνοῦ] Quamquam haec ad risum movendum comparata leviore cura sint tractanda; vid. tamen *Plut.* 646. 2. σάλπιγξιν ὁ χρῶν τὸ παράπαν, ὡς ὄνων φθεγξομέναις ἐμφερές. *M. du S.*

95. Οἰόμενοι — ἀκούεσθαι] Quae ista est connexio: *dum putant a nobis audiri ridicula, talia credunt?* quis, inquam, sic loquitur de una quadam re, *dum putant, credunt?* Corrupta haec esse, mihi non est dubium, ac lenissima mutatione unius prope apicis posse restitui, ἀϊόμενοι *dum audiunt* ex aliis, ut illi Indi ex suis exploratoribus, *credunt.* Quae audiunt, ab invidis forte sparsa, iis nimis temere assentiuntur. Audacter recipi inter indubia Luciani verba suaderem, si praesto esset vel libri unius auctoritas, vel succurreret saltem, Lucianum aut alium bonum scriptorem verbo

nato ſtatim agmine, ſine more & modo fugiunt, nec intra teli jactum venire auſi, ac tandem vi ſuperati captique abducuntur ab his, quos modo deriſerant, experimento docti, non eſſe ex prima fama deridendos externos exercitus.

5. Verum enim vero, *Quid ad Bacchum iſte Bacchus?* aliquis forte dixerit. Quod mihi videtur, (& per ego vos Gratias oro, ne me fanatico furore agi aut plane ebrium eſſe putetis, ſi me cum Diis comparem) ſimili ratione quosdam, atque Indos illos, ad novitatem diſputationum affectos eſſe, ut ad mearum quoque. Nam cum audiunt Satyrica, & ridicula quaedam, & plane Comica a nobis recitari, talia *ea eſſe* credunt, neſcio qua de me ſententia imbuti. Ac partim quidem eorum plane non veniunt, quaſi non oporteat deſcendentes de elephantibus aures praebere comiſſationibus muliebribus, & Satyricis ſaltationibus: alii vero cum ad tale quid veniant, invento pro hedera ferro, neque ſic redire audent, ino-

ἐκκλίναντες, σὺν ᾠδῇ κόσμῳ ἔφευγον, ᾠδ' ἐντὸς βέλους γενέσθαι ὑπομείναντες, ϗ τέλος χεὶρ κράτος ἐαλώκεσαν, ϗ αἰχμάλωτοι ἀπήγοντο ὑπὸ τ τέως καταγελωμένων, ἔργῳ μαθόντες ὡς οὐκ ἐχρῆν ἀπὸ τ πρώτης ἀκοῆς καταφρονεῖν ξένων στρατοπέδων.

Ἀλλὰ τί πρὸς τ [c] Διόνυσον ὅτος ὁ Διόνυσος; εἴποι τις ἄν. ὅτι μοι δοκῶσι (ϗ, πρὸς Χαρίτων, μή με κορυβαντιᾶν, ἢ τελέως μεθύειν ὑπολάβητε, εἰ τἀμὰ εἰκάζω τοῖς θεοῖς) ὅμοιόν τι πάσχειν οἱ πολλοὶ πρὸς τὰς καινὰς τ λόγων τοῖς Ἰνδοῖς ἐκείνοις, οἷον ϗ πρὸς τὰς ἐμάς. οἰόμενοι γοῦν Σατυρικὰ, ϗ γελοῖά τινα, ϗ κωμῳδῇ κωμικὰ πάνυ ἡμῶν [f] ἀκούσεσθαι, τοιαῦτα πεπιστεύκασιν, οὐκ οἶδ' ὅ, τι δόξαν αὐτοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ. οἱ μὲ ᾠδὲ τ ἀρχὴν ἀφιξόμενοι, ὡς ᾠδὲν δέον παρέχειν τὰ ὦτα κώμοις γυναικείοις, ϗ σκιρτήμασι Σατυρικοῖς, καταβάντας ἀπὸ τ ἐλεφάντων· οἱ δὲ ὡς ὅπου τοιοῦτό τι ἥκοντες, ἀντὶ τοῦ κιττοῦ σίδηρον εὑρόντες, ᾠδ' ὅτως ἐπαινεῖν τολμῶσι τῷ παραδόξῳ τοῦ πρά-

e Διόνυσον] Λόγον *Fl.* Sed ex gloſſa natum. *f* Ἀκούσεσθαι] Ἀκούεσθαι *Fl.* quod *Solan.* recipi voluit.

91. Κορυβαντιᾶν] Μαίνεσθαι. *V.*

bo ἀΐομαι, pro αἴω, quod ipſum poëticum eſt, uſum eſſe. Sed ideo non damno conjecturam; cum facile obſervationem eorum qui Lexicis ſcribendis poliendisve operam dedere, & meam, qui pauca nimis adnotare conſuevi, fugerit. Praeſto etiam cauſſa eſt, ob quam verbo alio quam ἀκούειν uſus eſſe poteſt Lucianus; quia ſtatim ſequitur ἀκούεσθαι. Ipſa deinde raritas verbi fecit, ut in οἰόμενοι mutaretur. *J. M. G.*

97. Ἀκούεσθαι] Ego vulgatum ſervo; nec enim Florentina ſemper ſupra ceteras ſapit, ſed infra *Muſc. Enc.* c. 6. vel male, fatente ipſo *Solano*, ἀποκρούσεται habet, pro ἀποκρούεται. Nexus autem ipſe ſatis docet ἀκούεσθαι bene procedere. Sed οἰόμενοι ſuſpectum. *J. F. R.*

98. Οὐκ οἶδ' ὅτι δόξαν] Leviculum eſt mendum, cui ſimilia jam in ſuperioribus notavimus. Inde tamen factum, ut Interpres quoque parem dederit verſionem, hoc eſt, mendoſam. Vertit ille, *neſcio, quod ita illis de me viſum eſſet.* Sed reſcribendum οὐκ οἶδ' ὅ, τι, &c. ac vertendum, *Neſcio quid illis de me viſum fuerit*, Neſcio quid illi de me ſenſerint, opinati ſint. *J. J.*

99. Οἱ μὲ ᾠδὲ τὴν ἀρχὴν ἀφιξόμενοι] Interpretes, *alii ne principium quidem attingunt*; qui ſi eſſet Luciani ſenſus, ſaltem ſcripſiſſet ἐς τὴν ἀρχήν. Sed innuit *alii omnino non veniunt.* Et ſic rectius attenderunt in Fugitivis cap. 15. Ἀρχὴν γοῦν ᾠδὲ τ ἔλεγχον δέχονται. Et in Sympoſio c. 28. fin. Ὥστε ᾠδὲ τὴν ἀρχὴν πειρᾶσθαι ἠξίουν. *J. G.*

2. Καταβάντας ἀπὸ τ ἐλεφ.] Cum alluſione ad Indos intelligit ſuperbo quodam faſtidio quosdam venire nolle ad audiendas ſuas recitationes vel declamationes. *J. M. G.*

5. Ἐπαινεῖν τολμῶσι] Non eſt hic ſermo de laudibus ac plauſu, ſed ſimpliciter de audiendi ſtudio. Videtur ſenex Lucianus forte ad primam fortunam Rhetoris, ex procuratore partis Aegypti, relapſus, (quod idem ſuadet proxima praefatio ſ. Hercules) denuo ſtudia audientium hac praefatione excitare voluiſſe. Queritur, quosdam, audito, ludicra a ſe dici, plane non venire: alios, qui ludicra audiendi conſilio veniant, ſeriis praeter ſpem turbatos, non audere . . . quid expectamus? *laudare ne* an *redire? Redire* profecto, niſi vehementer me fallit animus. Illud unum agit hic, ut inauditum ſe contemni deprecetur. Legendum ergo

πράγματ@ τεθορυβημμένοι· ἀλλὰ θαῤῥῶν ἐπαγγέλλομαι αὐτοῖς, ὅτι ἦν χρὴ νῦν ὡς πρότερόν πολε τ̃ [a] τελετὴν ἐθελήσωσιν ὀπάδειν πολλάκις, καὶ ἀναμνησθῶσιν οἱ παλαιοὶ συμπόται [b] κώμων κοινῶν τῆς τότε χαρᾶς, καὶ μὴ καταφρονήσωσι τ̃ Σατύρων καὶ Σειληνῶν, πίωσι δὲ ἐς κόρον τ̃ κρατῆρ@ τότε, [c] ἐκβακχεύσειν καὶ αὐτούς, καὶ πολλάκις μεθ' ἡμῶν ἐρεῖν τὸ, [d] εὖ οἱ.

Οὗτοι μὲν δὴν (ἐλεύθερον γὰρ ἀκοὴ) ποιούντων ὅ, τι καὶ φίλον. ἐγὼ δὲ, ἐπειδήπερ ἔτι ἐν Ἰνδοῖς ἐσμεν, ἐθέλω καὶ ἄλλο ὑμῖν διηγήσασθαί τι τ̃ ἐκεῖθεν, [e] οὐκ ἀπροσδιόνυσον οὐδ' αὐτὸ, οὐδ' ὧν ποιοῦμεν ἀλλότριον. Ἐν Ἰνδοῖς τοῖς Μαχλαίοις, οἱ τὰ λαιὰ τ̃ Ἰνδ̃ πολαμῷ, εἰ χρὴ ῥᾷν αὐτῷ βλέπεις, ὀπινεμόμενοι, μέχρι πρὸς τ̃ Ὠκεανὸν καθήκουσι· πρὸς τούτοις ἄλσ@ ἐστὶν ἐν περιφράκτῳ, καὶ πάνυ μεγάλῳ χωρίῳ, συνηρεφεῖ δέ. κιττὸς γὰρ πολὺς, καὶ ἄμπελοι, σύσκιον αὐτὸ ἀκριβῶς ποιοῦσιν. ἐνταῦθα πηγαί εἰσι τρεῖς καλλίστη καὶ [f] διειδεστάτη ὕδατ@, ἡ μὲν Σατύρου, ἡ δὲ Πανὸς, ἡ δὲ Σειληνοῦ. καὶ εἰσέρχον@ εἰς αὐτὸ [g] οἱ Ἰνδοὶ ἅπαξ τ̃ ἔτους, ἑορτάζοντες τῷ θεῷ· καὶ πίνουσι τ̃ πηγῶν οὐχ ἁπασῶν ἅπαντες, ἀλλὰ καθ' ἡλικίαν, τὰ μὲν μειράκια τ̃ τ̃ Σατύρων· οἱ ἄνδρες δὲ τ̃ Πανικῆς· τ̃ δὲ τοῦ Σειληνοῦ οἱ κατ' ἐμέ.

pinata re perturbati. Verum audacter illis denuntio, si nunc etiam, ut prius olim, cerimoniam inspicere voluerint saepius antiqui nostri convivae, & recordati fuerint commissationum illius temporis communium, neque contemserint Satyros ac Silenos, biberintque ad satietatem de hoc cratere; futurum, ut ipsi quoque occupentur Baccho, & saepe nobiscum Evoe illud ingeminent.

6. Atque hi quidem, liberum enim audire, faciant, quidquid placuerit. Ego vero, quando adhuc inter Indos versamur, volo etiam aliud vobis de illis rebus enarrare, nec ipsum abhorrens a Baccho, nec ab instituto nostro alienum. Apud Indos Machlaeos, qui ad siniſtra Indi amnis, si secundum flumen respicias, pascentes ad Oceanum usque perveniunt: apud hos *igitur* nemus est in consepto, regione non admodum magna, sed opaca, hedera enim multa & vites plane illam inumbrant. Hic fontes sunt tres, pulcherrimae & pellucidissimae aquae, Satyri unus, alter Panis, tertius Sileni. Intrant illud nemus Indi quotannis semel, sacrum facientes Deo, bibuntque de fontibus non omnibus omnes, sed pro *diversa* aetate, adolescentes nimirum de Satyrorum fonte, de Panico viri, de Sileni autem mei aequales.

7. Quae

a Τελετὴν] Bene *Fl. Fr. Wech. P.* &c. Τελευτὴν male *J.* sola. b Κώμων] Κόμων male *J.* sola. c Ἐκβακχεύσειν] Ἐμβακχεύσειν male *Fl.* d Εὖ οἱ] Εὐοὶ rursus *Fl.* Εὖ οἵ *P.* e Οὐκ ἀπροσδιόνυσον] Restitutum ex *L.* & *B.* Οὐχ ἃ πρὸς τ̃ Διόνυσον cett. f Διειδεστάτη] Διαδεστάτη male *B2.* Recte cett. g Οἱ] Male abest ab *J.*

6. Τεθορυβημένοι] Ἐκπλαγέντες. *V.*

go pro ἐπαινεῖν levi discrimine ἐπανιέναι vel ἐπανεῖναι. Infiniti enim circumflexi, quale esset ἐπανιεῖν, quod vix apice distaret ab ἐπαινεῖν, exemplum desidero. Certe sine fraude fuerit interpretationem dedisse, quae non ex ἐπαινέω, sed ex ἐπάνειμι tracta sit. Reditum hic peti, ex frequentiore reditu demum laudem sperari, sequentia satis declarant. *J. M. G.*

18. Οὐχ ἃ πρὸς τ̃ Διόνυσον] Οὐκ ἀπροσδιόνυσον hic omnino legendum videtur. *F. G.*

Οὐχ ἀπροσδιόνυσον] Ita ut ego ante conjeceram, Cod. *L.* & *Bas.* Reliquae corrupte οὐχ ἃ πρὸς τ̃ Διόνυσον. *M. ex S.*

Οὐχ ἃ πρὸς τ̃ Διόνυσον] Miror, quî sustinere se ita diu potuerit tam absurda lectio & ἀπροσδιόνυσ@. Ausim ego vel contra omnes libros restituere, quod vix dubito quin in aliquo superstit, ἀπροσδιόνυσον. Verbum jam *Ciceronis* aetate (vid. Att. 16, 13.) ne de Athenaeo dicamus, notam adagii habebat: hic unice convenit, cum quae sequitur narratio, non minus, quam quae praecessit, ad Bacchi Comites & opera pertineat. *J. M. G.*

19. Οὐδ' ὧν ποιοῦμεν ἀλλότριον ὐ Ἰνδ.] Οὐδ' ὧν ποιοῦσιν ἀλ. ὐ Ἰνδ. Patescit narratione sequenti. *Th. M.*

Ibid. Ἐν Ἰνδοῖς] Conf. Cl. *Hemsterh.* T. I. ad *Nigr.* §. 5.

7. Quae igitur adoleſcentulis, cum biberunt, eveniant, aut quae viri audeant occupati a Baccho, longum fuerit dicere. Sed quae ſenes faciant aqua illa ebrii, narrare haud alienum. Cum bibit ſenex, & occupavit illum Silenus, primo aliquamdiu mutus eſt, & crapula laboranti atque bene madido ſimilis. Deinde ſubito vox ſplendida, & loquela vehemens, & ſpiritus modulatus illi contingit, & eſt ex plane muto loquaciſſimus, quem nec ore obturando ad quietem redigas, ne perpetuo loquatur, & longos ſermones continuet: prudentia tamen omnia, & decentia, &, ad Homerici illius oratoris exemplum, *nivibus ſimilia hibernis*, proferunt. Neque ſatis fuerit cycnis illos propter aetatem comparare, ſed cicadarum more confertum quiddam & volubile ad ſeram usque veſperam perpetuant. Inde autem, jam dimiſſa ebrietate, tacent, & ad priſtinam rationem redeunt. Verum, quod maxime admirabile eſt, nondum dixi. Si enim ſenex imperfectam abrumpat, quam explicare coepit, orationem, occidente ſole impeditus illam ad finem ſuum perducere: altero anno bibens rurſus illa adnectit, quae ſuperiore anno dicentem deſtituerat ebrietas.

8. Iſta Momi illius exemplo in me ipſum

Ἃ μὲν ὖν πάσχουσιν οἱ παῖδες ἐπειδὰν πίωσιν, ἢ οἷα οἱ ἄνδρες τολμῶσι καλεχόμενοι τῷ Πανὶ, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν. ἃ δ' οἱ γέροντες ποιοῦσιν, ὅταν μεθυσθῶσι τοῦ ὕδατος, οὐκ ἀλλότριον εἰπεῖν· ἐπειδὰν πίῃ ὁ γέρων, καὶ κατάσχῃ αὐτὸν ὁ Σειληνὸς, αὐτίκα ἐπιπολὺ ἄφωνός ἐστι, καὶ [h] καρηβαρῶντι καὶ βεβαπισμένῳ ἔοικεν, εἶτα ἄφνω φωνή τε λαμπρὰ, καὶ φθέγμα τορὸν, καὶ πνεῦμα λιγυρὸν ἐγγίνεται αὐτῷ, καὶ λαλίστατος ἐξ ἀφωνοτάτου ἐστὶν· εἰδ' ἂν ἐπιστομίσας παύσειας αὐτὸν μὴ ἐκὶ συνεχῆ λαλεῖν, καὶ ῥήσεις μακρὰς συνείρειν. συνετὰ μὲν τὰ πάντα καὶ κόσμια, καὶ κατὰ τὸν Ὁμήρου ἐκεῖνον ῥήτορα, νιφάδεσσι γὰρ ἐοικότα χειμερίῃσι διεξέρχονται. εἰδ' ἐπιχρήσας σοι κύκνοις κατὰ τὴν ἡλικίαν εἰκάσαι αὐτούς, ἀλλὰ τεττιγώδές τι πυκνὸν καὶ ἐπίτροχον συνάπτουσιν ἄχρι βαθείας ἑσπέρας. τὐντεῦθεν δὲ ἤδη ἀφεθείσης αὐτοῖς τῆς μέθης σιωπῶσι, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρέχουσι. τὸ μὲν οὖν δοξόταλον εἰδέπω εἶπον. ἢν γὰρ ἀτελῆ ὁ γέρων μέλαξυ καταλίπῃ ὃν διεξῄει [i] τὸν λόγον, [k] δύντος ἡλίου κωλυθεὶς ἐπὶ σφᾶς αὐτὸν [l] ἐπεξελθεῖν, ἐς νέωτα πιὼν αὖθις ἐκεῖνα συνάπτει, ἃ σφίσι λέγοντα ἡ μέθη αὐτὸν κατέλιπε.

Ταῦτά μοι κατὰ τὸν Μῶμον εἰς ἐμαυτὸν ἀπε-

h Καρηβαροῦντι] Καρηβαρῶντι *Fl.* *i* Τὸν] Deeſt in *Fl.* *l* Ἐπεξελθεῖν] Ἐξελθεῖν *Fl.* ſola.

k Δύντος] Recte *Fl. J. W. P.* Δύναντος Cod. *Abb.*

57. * Δύοντος ἡλίου] Πάνυ ψευδῆ σὺ ὅτι (lege ὁ) ψευδομένους ἄνω σὺ κάτω ἀμαυρῶν. *G.* (In Cod. *Abb.* δύναντος erat, quod non placet. *M. du S.*)

* Δύοντος] In Luciano δύντος. Sed quia & δύοντος recte dicitur, nihil mutavi; nam forſan ita in ſuo Cod. legit Scholiaſtes. Ex errore autem Cod. *Abb.* qui δύναντος fecit, adparet eum δύντος quoque voluiſſe. *J. F. R.*

5. No. 94. ubi pauca quaedam de Bacchi expeditione ad Indos exorſus, plura hic dicere minabatur; ſed quae ille Vir acturus erat, ego non attingam. Poteſt interim curioſis adiri *Diod. Sic.* non uno loco. *J. F. R.*

20. Τοῖς Μαχλαίοις] Ignorabile nomen Geographis: non puto tamen a Noſtro confictum. *J. M. G.*

42. Τορὸν] *Perſant. F. G.* Conf. ſupra *Gall.* ſub init. Ἀμφότερον eod. modo. *J. F. R.*

45. Αὐτὸν] Sic omnes libri. Recte olim legendum putabam αὐτῇ, ſed nunc ita alibi etiam a Noſtro uſurpari animadverto, ut in libris legitur. Vid. Z. τρ. c. 17. *M. du S.*

48. Νιφάδεσσι] *Hom.* Il. Γ. 222. *M. du S.*

51. Τεττιγῶδές τι &c.] *Hom* Il. Γ. 151. *M. du S.*

Τεττιγῶδες] Quales Ucalegon & Antenor *Homer.* Il. Γ, 151. Ἀγορηταὶ ἐὺ ἔπλοι τεττίγεσσιν ἐοικότες κ. τ. λ. *J. M. G.*

ἀπεσκώφθω, ϗ, μὰ τ Δία, οὐκ ἂν ἔτι ἐπαγάγοιμι τὸ ἐπιμύθιον. ὁρᾶτε γὰρ ἤδη καθότι τῷ μύθῳ ἔοικα. ὥστε ἢν μέν τι ϖαραπαίωμεν, ἡ μέθη αἰτία· εἰ δὲ ϖινυτὰ δόξειε τὰ λεγόμενα, ὁ Σειληνὸς ἄρα ἦν ἵλεως.

dicta sunto, nec ego, ita me Jupiter, quorsum pertineat fabula adjunxero: jam enim videtis qua in re similis illi sim. Itaque si quid deliremus, caussa ebrietas: si prudentia quae diximus videantur, Silenus erat propitius.

ΠΡΟΣΛΑΛΙΑ, Η ΗΡΑΚΛΗΣ.

Τὸν Ἡρακλέα οἱ Κελτοὶ Ὄγμιον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ· τὸ δὲ εἶδος τοῦ θεοῦ, ϖάνυ ἀλλόκοτον γράφουσι. γέρων ὅστις αὐτοῖς ἐς τὸ ἔσχατον, ἀναφαλαντίας, ϖολιὸς ἀκριβῶς, ὅσαι λοιπαὶ τ τριχῶν, ῥυσὸς τὸ δέρμα, ϗ μελανθέντι ἐς τὸ μελάνθαλον, οἷοί εἰσιν οἱ θαλαττουργοὶ γέροντες· μᾶλλον δὲ Χάρωνα, ἢ Ἰαπετόν τινα τ ὑποταρταρίων, ϗ ϖάντα μᾶλλον ἢ Ἡρακλέα εἶναι ἂν εἰκάσειας. ἀλλὰ ϗ τοιοῦτος ὤν, ἔχει ὅμως τ σκευὴν τοῦ Ἡρακλέους. ϗ γὰρ τ διφθέραν [a] ἐνῆπται τ τοῦ λέοντος, ϗ τὸ ῥόπαλον ἔχει ἐν τῇ δεξιᾷ, ϗ τ γαυρτὸν ϖαρήρτηται, ϗ τὸ τόξον ἐντεταμένον ἡ ἀριστερὰ ϖροδείκνυσι, ϗ ὅλως Ἡρακλῆς ἐστι.

PRAEFATIO, SEU HERCULES.

1 HErculem Galli Ogmium sua voce appellant: sed figuram Dei plane monstrosam pingunt. Ultimae aetatis senex illis est, recalvus, plane canis qui supersunt capillis, rugosa cute, & ad nigerrimum colorem perustus, quales sunt senes, qui in mari opus faciunt. Potius Charontem quendam aut Japetum de tartareis specubus, & omnia potius quam Herculem, esse suspiceris. Verum talis cum sit, habet tamen paratum Herculis. Etenim pellem leonis suspensam gerit, & clavam dextra praefert, & pharetra appensa, & intentum arcum sinistra ostendit: atque in universum est Hercules.

2. Ita-

ΠΡΟΣΛΑΛΙΑ] *Προλαλιὰ Schol.* Prius Edd. Η] Ὁ *Schol.* Vulgatum servant *El. J. W. P.* &c. [a] Ἐνῆπται] Ἐνεῖται G. Vulgatam tenaciter servant Edd.

1. Ὄγμιον] Haec vox Graeca est, contra quam multi censent, ab ὄγμος *sulco*; sic *Aelian.* V. H. L. IV. c. 8. p. 320. τ Ὦχον οἱ Αἰγύπτιοι τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ ὄνον ἐκάλει. *M. V. La Croze.*

Ὄγμιον] *Coel. Rhodig.* L. VI. p. 278. haec omnia ad verbum descripsit, addita hic illic de suo vocula. Pluraque de variis Herculis nominibus praemisit. *J. F. R.*

3. Εἶδος —— γράφουσι] Hanc imaginem non ad solius vim eloquentiae, sed ad hanc, & ad rem militarem simul repraesentandam referunt auctores historiae literariae Galliae *Benedictini* 1, 1. p. 7. & commode huc referunt locum ex *Catonis originum* secundo, laudatum Charisio l. 2. p. 181. extr. Putsch. *Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem, & argute loqui.* *J. M. G.*

9. Πάντα μᾶλλον ἢ Ἡρ.] Sic supra *Deor. Dial.* XVIII. 1. ϗ ὅλως ϖαντὶ μᾶλλον ἐοικὼς ἢ σοί. *J. F. R.*

12. Καὶ γὰρ τὴν διφθέραν ἐνῆπται τὴν τοῦ λέοντος] *Ut qui leonis exuviis sit indutus*, bene interpres. Nec rejicio hanc scripturam. nam & sic alibi loquitur Lucianus. Non frustra tamen in antiquo codice Ms. legitur ἐνεῖται. Nam sicut apud Homerum est εἶται *indutus est*, sic & ἐνεῖται hic accepit, si haec ejus manus est, Lucianus. Nam Poëticis verbis saepe, sed suo loco, uti hunc scriptorem nemini latet. *J. G. G.*

15. Ὅλως Ἡρακλῆς] *Junt.* ϗ ὅλως, Ἡρακλῆς ἐστι. At supra *Dial. Mort.* XVI. §. 1. ὅλος Ἡρακλῆς ἐστιν, & *Necyom.* 1. Μειράκιόν τι ὅλως. Adeoque & hic suspicari liceret

2. Itaque ſuſpicabar, ut contumelia afficerent Graecorum Deos, talia Gallos in figuram Herculis deſignaſſe, quem tali pictura ulciſci vellent, qui ſuam quondam regionem invaſerit, ac praedas ibi egerit, cum quaerens Geryonis greges multas per occidentem gentes percurreret.

3. Verum quod inſolentiſſimum in illa pictura, nondum dixi. Nempe ſenex ille Hercules, hominum magnam multitudinem trahit, auribus omnes revinctos. Vincula autem illi ſunt tenues catenae, ex auro atque electro elaboratae, monilibus pulcherrimis ſimiles. Et tamen ab infirmis adeo *catellis* tracti, neque fugam moliuntur, cum poſſint facile, neque omnino contra tendunt, aut obnituntur pedibus, reſupinati in contrariam ei qua ducuntur partem: ſed ſequuntur hilares, & gaudentes, & ductorem ſuum laudant, atque urgent omnes, & dum praevenire ſtudent, laxant vinculum, quaſi aegre laturi, ſi ſolvantur. Quod vero omnium maxime portentoſum mihi videtur, non pigrabor ipſum quoque dicere. Cum non haberet pictor unde principia catenae ſuſpenderet, quippe cum dextra clavam, arcum vero ſiniſtra haberet: perfora-

[b] Ταῦτά γε ὤμην ἓν ἐφ' ὑβρῇ τῶν [c] Ἑλληνίων θεῶν τοιαῦτα ϖροσημαίνειν τὸν Κελτὸν ἐς τὴν μορφὴν τοῦ Ἡρακλέους, ἀμυνομένους αὐτὸν τῇ τοιαύτῃ γραφῇ, ὅτι τὴν χώραν ϖοτὲ αὐτῶν ἐπῆλθε [d] λείαν ἐλαύνων, ὁπότε τὰς Γηρυόνου ἀγέλας ζητῶν, κατέδραμε τὰ ϖολλὰ, τῶν ἑσπερίων γενῶν.

Καίτοι τὸ ϖροσδοξότατον οὐδέπω ἔφην εἰκόνος. ὁ γοῦν δὴ γέρων Ἡρακλῆς ἑκεῖνος ἀνθρώπων ϖάμπολύ τι ϖλῆθος ἕλκει ἐκ τῶν ὤτων ἅπαντας δεδεμένους. δεσμὰ δέ εἰσιν οἱ σειραὶ λεπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι, ὅρμοις ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις. καὶ ὅμως ἀφ' ὅτου ἀθενῶν ἀγόμενοι, ὅτε δρασμὸν βουλεύσει, δυνάμενοι ἂν εὐμαρῶς, ὅτε ὅλως ἀντιλείνουσιν, ἢ τοῖς ϖοσὶν ἀντερείδουσι, ϖρὸς τὸ ἐναντίον τῆς ἀγωγῆς ἐξυπτιάζοντες, ἀλλὰ ϖροθύμως ἕπονται καὶ γεγηθότες, καὶ τὸν ἄγοντα ἐπαινοῦντες ἐπειγόμενοι ἅπαντες, καὶ τῷ φθάνειν ἐθέλειν τὸν δεσμὸν ἐπιχαλῶντες, ἐοικότες ἀχθεσθησομένοις, εἰ λυθήσονται. ὃ δὲ ϖάντων ἀτοπώτατον εἶναί μοι ἔδοξεν, οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ τοῦτο εἰϖεῖν. ὃ γοῦν ἔχων ὁ ζωγράφος ὅθεν ἐξάψῃ ταῖς σειραῖς τὰς τοῦ δεσμοῦ ἀρχὰς, ἅτε τὴν δεξιᾶς μὲν ἤδη τὸ ῥόπαλον, τὴν λαιᾶς δὲ τὸ τόξον ἐχούσης, τρυϖήσας τοῦ θεοῦ

[b] Ταῦτά γε] Haec priori §. connectere malit Cl. *J. J. Wetſtenius.* [c] Ἑλληνίων] Sic & *Fl.* cum *J. Fr. W. P.* &c. [d] Λειαν] Λίαν male *Wech.*

17. [*] Ταῦτά γε] Ἀντὶ τοῦ κατὰ ταῦτα. *V.*

[*] Titulus horum Scholior. in V. erat Πρόλαλιά, ὁ Ἡρακλῆς. In C. ϖροσλαλιὰ ὁ Ἡρακλῆς. *J. F. R.*

ret ὅλον ſcribendum. Sed adeo indifferens eſt, & utrumque ſanum, ut quidnam praeferendum, non liqueat. *Liban.* Ep. 113. pr. χαίρει γὰρ ὅτου καλούμενος, pro ὅτῳ, quod non prorſus immerito ibi malit *Wolf.* Sed notum eſt, modo adjectivis, modo adverbiis uti Graecos aeque ac Latinos, in hujusmodi locutt. Sic infra *Adv. Indoct.* c. 9. ὅλου ϖελαμπόμβου, ubi multae Edd. ὅλως. Adde ſupra *Philopſ.* c. 6. ubi ϖεφυλαγμένως pro ϖεφυλαγμένου, ſi proba lectio. qua occaſione tamen plura dedimus. Sed potius adi *Hermot.* §. 2. ubi ſimiliter in ὅλου & ὅλως variatur, & utrumque probum eſſe Cl. *Jenſ.* No. 34. docet. *J. F. R.*

17. Ἑλληνίων] Miror nullam Ed. habere Ἑλληνικῶν, non quod ſic velim, ſed quia facilis eſt aberratio. At vulgatum recte habet. *Aelian.* V. H. XII. 1. ante med. Θεοὺς ϖάντας ἐκάλει Ἕλληνάς τε καὶ Ἐλευθερίους τοὺς αὐτούς. atque alibi; quare plura non addam, niſi quod & Ἑλλάνιος Ζεὺς erat. V. *Ariſtoph.* Eq. 1250. *J. F. R.*

41. Ταῖς σειραῖς] Obſcura conſtructionis ratio, propter quam aliquando optabam legi τὰς σειρὰς. Sed plurali numero ante extulit: & poteſt Dativus hic intelligi poſitus pro Genitivo. Certe non opus eſſe putabam, interpretationem ad hanc difficultatem accommodari. *J. M. G.*

θεοῦ τὴν γλῶτταν ἄκραν, ἐξ ἐκείνης ἑλκομένους αὐτοὺς ἐποίησε, καὶ ἐπέστραπταί γε εἰς τοὺς ἀγομένους μειδιῶν.

Ταῦτ' ἐγὼ μὲν ἐπὶ πολὺ εἱστήκειν ὁρῶν, καὶ θαυμάζων, καὶ ἀπορῶν, καὶ ἀγανακτῶν· Κελτὸς δέ τις παρεστὼς οὐκ ἀπαίδευτος τὰ ἡμέτερα, ὡς ἔδειξεν, ἀκριβῶς Ἑλλάδα φωνὴν ἀφιεὶς, φιλόσοφος, οἶμαι, τὰ ἐπιχώρια, Ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ ξένε, λύσω τῆς γραφῆς τὸ αἴνιγμα, πάνυ γὰρ ταραττομένῳ ἔοικας πρὸς αὐτήν. τὴν λόγον ἡμεῖς οἱ Κελτοὶ, οὐχ ὥσπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες, [a] Ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλεῖ αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι παραπολὺ τοῦ Ἑρμοῦ ἰσχυρότερος οὗτος. εἰ δὲ γέρων πεποίηται, μὴ θαυμάσῃς· μόνος γὰρ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φιλεῖ ἐντελῆ ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀκμὴν, εἴγε ἀληθῆ ὑμῶν οἱ ποιηταὶ λέγουσιν,

Ὅττι μὲν αἱ τῶν ὁπλοτέρων φρένες ἠερέθονται.

Τὸ δὲ γῆρας

Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

Οὕτω γέ τοι καὶ τοῦ Νέστορος ὑμῖν ἀπορρεῖ ἐκ τῆς γλώττης τὸ μέλι, καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων τὴν ὄπα τὴν λειριόεσσαν ἀφιᾶσιν εὐανθῆ τινα. λείρια γὰρ καλεῖται, εἴγε μέμνημαι, τὰ ἄνθη.

Ὥστε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένους τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὴν γλῶτταν ὁ γέρων οὗτος Ἡρακλῆς [b] ὁ λόγος ἕλκει, μηδὲ τοῦτο θαυμάσῃς, εἰδὼς τὴν τῶν ὤτων καὶ γλώττης συγγένειαν· οὐδ' ὕβρις εἰς αὐτὸν, εἰ ταύτῃ τετρύ-

ta Dei lingua extrema, tractos ex illa fecit; & retorquet *Hercules* ad illos, qui ducuntur, vultum subridentem.

4. Haec ego stabam intuens nec sine admiratione, dubius simul, & indignatus. Sed Gallus aliquis adstans, non ineruditus etiam nostris literis, quod declaravit, accurate loquens Graece, popularium suorum more, ut arbitror, philosophus, *Ego vero*, inquit, *solvam tibi, hospes, picturae hujus aenigma, videris enim plane in illa perplexus. Vim dicendi nos Galli non, uti vos Graeci, Mercurium putamus esse, sed Herculi illam assimilamus, quod hic Mercurio multum est fortior. Si vero senex repraesentatus est, noli mirari. Sola enim eloquentia in senectute solet plenam vim & maturitatem ostendere, si quidem verum dixere vestri poëtae,*

Suspensa incerto est juvenum sententia motu:

Dicit senex meliora junioribus.

Ita quidem etiam Nestoris apud vos lingua mel defluit. Et concionatores Trojanorum vocem emittunt liliaceam, *hoc est* floridam; (florum instar suavem) flores *enim, si recte memini, sunt* lilia.

5. *Itaque neque illud mireris, si auribus revinctos hic Hercules, h. e. eloquentia trahit, qui noris illam aurium atque linguae cognationem. Neque vero contumelia in ipsum est, hac parte perforatum esse. Memini enim,* per-

a Ἑρμῆν] Et sic *Fl.* cum cett. b Ὁ λόγος] Ὁ λόγιος conjicit Cl. *J. J. Wetstenius.*

63. Τὸ δὲ γῆρας] Εὐριπίδης. *V.*

62. Ὅττι μὲν &c.] *Homer.* Il. Γ. 108. *M. du S.*

63. Τὸ δὲ γῆρας ἔχει] *Eurip.* Phoen. 533. *M. du S.* Immo, si Τὸ δὲ γῆρας abscideris, quod male in unum versum compactum est in *P.* in aliis plane non distinctum; tum senarius erit Euripideus, ut jam edi curavimus. *J. F. R.*

65. Νέστορος — γλώττης] *Hom.* Il. A. 249. Et quod sequitur vid. Γ. 152. *M. du S.*

67. Λειριόεσσαν] Respicit ad Il. Γ. 152. ubi, quod ad finem praecedentis opusculi jam vidimus, laudantur Ucalegon & Antenor senes, comparanturque cicadis, οἵ τε καθ' ὕλην Δένδρῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι. Proxime itaque cicadis tribuit λειριόεσσαν vocem. Non puto autem generatim ἄνθος esse λείριον, sed ut recte hic *Eustathius*, εἶδος ἄνθους, & speciatim *lilium.* *J. M. G.*

74. Ταύτῃ] I. e. *hac parte*, scil. τῇ γλώττῃ. *F. G.*

77. Τοῖς γὰρ λάλοις] Τοῖς γὰρ λάλοισιν ἐξ ἄκρου Ἡ γλ. &c.

pergebat, *etiam quorundam de comoedia jamborum, quos a vobis didici,*

Extrema enim loquacibus
Pertusa lingua est omnibus foramine.

6. *In universum autem putamus, oratione Herculem perfecisse omnia, sapientem virum, & eloquentiae viribus pleraque expugnasse. Et tela ipsius orationes puto sunt, acutae, collineantes ad scopum, celeres, quibusque vulnerentur animi. Alata nempe verba vos quoque esse dicitis.* Haec *tum* Gallus.

7. Mihi vero, cum apud me considerarem, deceretne huc me progredi, hoc aetatis hominem, quique hoc declamandi genus olim desiissem, & rursus de me calculum dare tot judicibus; opportune in mentem venit ejus imaginis memoria. Ante enim metuebam, ne cui vestrum viderer plane adolescentuli more istuc facere, & praeter aetatem juvenari; ac deinde Homericus aliquis juvenis increparet mihi illud,

Jam periit tua vis, gravis arripuitque senectus,
Invalidusque tibi famulus, tardique caballi,

In pedes hoc *ultimum* jaciens. Sed ubi recordor senis illius Herculis, ad agenda omnia provehor, nec me pudet talium ausorum, qui imaginis propositae aequalis sim.

πηϑ. μέμνημαι γοῦν ἔφη καὶ κωμικῶν τινων ἰαμβείων, παρ' ὑμῶν μαθὼν,

Τοῖς γὰρ λάλοις
Ἐξ ἄκρου ἡ γλῶττα πᾶσίν ᶜ ἐστιν τετρυπημένη.

Τὸ δ' ὅλον καὶ αὐτὸν ἡμεῖς τὸν Ἡρακλέα λόγῳ τὰ πάντα ἡγούμεθα ἐξεργάσασθαι, σοφὸν γενόμενον, καὶ πειθοῖ τὰ πλεῖστα βιάσασθαι. καὶ τά γε βέλη αὐτοῦ οἱ λόγοι εἰσὶν, οἶμαι, ὀξεῖς, καὶ εὔστοχοι, καὶ ταχεῖς, καὶ τὰς ψυχὰς τιτρώσκοντες· πτερόεντα γοῦν τὰ ἔπη καὶ ὑμεῖς φατε εἶναι. τοσαῦτα μὲν ὁ Κελτός.

Ἐμοὶ δὲ ἡνίκα περὶ τοῦ δεῦρο παρόδου ταύτης ἐσκοπούμην πρὸς ἐμαυτὸν, εἴ μοι καλῶς ἔχοι, τηλικῷδε ὄντι καὶ πάλαι τῶν ἐπιδείξεων πεπαυμένῳ, αὖθις ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ψῆφον διδόναι τοσούτοις δικαστᾶις, κατὰ καιρὸν ἐπῆλθεν ἀναμνησθῆναι τοῦ εἰκόνος. τέως μὲν γὰρ ἐδεδίειν, μή τινι ὑμῶν δόξαιμι κομιδῇ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι· κἀτά τις Ὁμηρικὸς νεανίσκος ἐπιπλήξει μοι, εἰπὼν τὸ,

Σὴ δὲ βίη λέλυται. καὶ,
Χαλεπὸν γῆρας κατείληφέ σε,
Ἠπεδανὸς δὲ νύτοι θεράπων, βραδέες δέ τοι ἵπποι·

ἐς τοὺς πόδας τοῦτο ἀποσκώπτων. ἀλλ' ὅταν ἀναμνησθῶ τοῦ γέροντος ἐκείνου Ἡρακλέους, πάντα ποιεῖν προάγομαι, καὶ οὐκ αἰδοῦμαι τοιαῦτα τολμῶν, ἡλικιώτης ὢν τοῦ εἰκόνος.

Ὥστε

e Ἐστιν] Ἐστι melius legas.

&c. *Casaub.* ad Theophr. Char. 203. *M. du S.*

Τοῖς γὰρ λάλοις] Facile suis pedibus restitues laborantes versiculos, si ita legas

— — τοῖς γὰρ λάλοισιν ἐξ ἄκρου
Ἡ γλῶττα πᾶσιν ἐστὶ τετρυπημένη.

J. M. G.

78. Ἡ γλῶττα — τετρυπημένη] Senarius cum dimidio, sic forte legendus:

Τοῖς λάλοις
Γὰρ ἐξ ἄκρου
Ἡ γλῶσσα πᾶσίν ἐστι τετρυπημένη.

F. G.

88. Παρόδου] Conf. supra *Alex.* c. 48. εὐδοκιμοῦντα πάροδον. *M. du S.* Πάροδον etiam esse *aditum*, vid. *Diod. Sic.* III. c. 20. & XI. c. 12. pr. *J. F. R.*

97. Ἐπιπλήξει] Non ausim damnare hic futurum indicativi: sed melius cohaeret cum superioribus, & verbo δόξαιμι, aoristus optativi ἐπιπλήξαι. Versus ex Il. Θ, 103. seq. laudasse videtur ex memoria; prioris enim hemistichium posterius apud *Homerum* ita se habet, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ὀπάζει. Usus sum horum versiculorum versione *Obsopoeiana*, qua meliorem a me dari posse desperabam. *J. M. G.*

98. Σὴ δὲ βίη λέλυται &c.] *Hom.* Il. Θ, 103. *M. du S.*

Ὥστε ἰσχὺς μὲ καὶ τάχος, καὶ κάλλος, καὶ ὅσα σώματος ἀγαθὰ χαιρέτω, καὶ ὁ ἔρως ὁ σὸς, ὦ Τήϊε ποιητὰ, εἰσιδών με ὑποπόλιον γένειον, [a] χρυσοφαέννων εἰ βούλοι πτερύγων, ἢ ἀετοῖς παραπετέσθω, καὶ ὁ Ἱπποκλείδης δ' φροντιεῖ. τῷ λόγῳ δὲ νῦν ἂν μάλιστα ἀνηβᾶν, καὶ ἀνθεῖν, καὶ ἀκμάζειν καθ' ὥραν εἴη, καὶ ἕλκειν τὰ ὦτων, ὅσος ἂν πλείστος δύνηι, καὶ [b] τοξεύειν πολλάκις, ὡς ὀδέν γε δέος, μὴ κενωθεὶς λάθοι ὁ γωρυτὸς αὐτῷ. ὁρᾷς ὅπως παραμυθοῦμαι τὴν ἡλικίαν, καὶ τὸ γῆρας τὸ ἐμαυτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο ἐτόλμησα, πάλαι νενεωλκημένον τὸ ἀκάτιον καλασπάσας, καὶ ἐκ τῶν ἐνόντων ἐπισκευάσας, αὖθις ἀφεῖναι ἐς μέσον τὸ πέλαγος. εἴη δ', ὦ θεοὶ, καὶ τὰς πρῷ' ὑμᾶς ἐμπνεῦσαι δεξιὰ, ὡς νῦν γε μάλιστα πλησίου τε, καὶ ἐπλῷ, καὶ ἑταίρου ἀνέμου δέο-

8. Itaque robur, & celeritas, & pulchritudo, & quaecumque corporis bona sunt, valeant: ac tuus, Teie Poëta, Cupido, *intuens me, sensim canente mento, auratis vectus*, si voluerit, *alis*, aut *aquilis praetervolato*: ac *non curabit Hippoclides*. At dicendi facultate vel maxime rejuvenescere, & florere, & vigere tempestivum fuerit, & auribus trahere, quam *fieri* possit, plurimos, & sagittas emittere saepius, cum metus non sit, ne imprudenti vacua fiat pharetra. Vides, quomodo meam ipse aetatem senectutemque consoler. Et hac ipsa caussa ausus sum subductum olim navigiolum iterum deducere, & pro copia instructum, in medium mare dimittere. Adspiret modo a vobis, Dii, dextra aura! Nunc enim vel maxime implente vela, & bono, & secundo vento indigemus, ut, si quidem

a Χρυσοφαέννων] Χρυσοφαέων *Fl.* Idem adscriptum margini *Ald.* b Τοξεύειν] Τοξεύει *Fl.*

9. Ὦ Τήϊε ποιητὰ] Τὸν Ἀνακρέοντα λέγει τὸν λυρικόν. *V.* 12. Ἱπποκλείδης] Παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ πάνυ σπουδαίων ἡμῖν λεγομένη, ἀλλὰ κατὰ τὸ εὐκαταφρόνητον μεταχειριζομένων. *V.*

* Ἱπποκλείδη] In V. Ἱπποκλείδου prave; sed in Impressis recte emendatum est. *M. du S.*

9. Εἰσιδών μοι] An εἰσιδών μοι ὑποπόλιον γένειον. Vel sic potius; εἰσιδών μοι ὑποπόλιον ita ut τὸ γένειον, quod glossema videtur, ejiciatur. Sed ἐπέχω. Lectio certe vulgata non placet. *F.G.*

Εἰσιδών μοι] Si τὸ γένειον legeretur, forsan non quaesisset mutationem *Gujetus*, planior enim foret sententia, κατὰ intelligi. Verum anne eod. modo construi poterit absente articulo? quem tamen facile admitterem si alicubi invenirem. *J.F.R.*

10. Χρυσοφαέννων] Senarius ex *Anacreonte* aut alio quodam poëta. χρυσῷ φαεννῶν εἰ βούλοι πτερῶν. Sed a Luciano interpolatus videtur. *F.G.*

Χρυσοφαέννων] *Anacreontis* esse satis indicat, cum Tejum poëtam vocat, sed nullibi apud eum in iis, quae supersunt, reperio. Vid. *Eur.* (p. 230. A. B.) *Hipp.* 1276. de cupidine dictum χρυσοφαής. *M. du S.*

Χρυσοφαέννων — πτερύγων] Non apparet, quomodo hic locus sit genitivo. Fuit, credo, apud *Anacreontem* πτερύγοιν χρυσοφαέννοιν, sic enim respondet dativus dativo ἀετοῖς. *J.M.G.*

Χρυσοφαέννων] Non legitur in carminibus *Anacreontis*, sed ad fragmenta ejus retulit doctiss. Anacreontis Editor *J.C. de Pauw*, legendumque suspicatur χρυσοφαίνοις πτέρυξι, quod & ego malim, ac reciperem, si libri addicerent. vel potius χρυσοφαίνοιν cum Cl. *Gesne-*

ro. Sed quod addit ἢ ex Ionismo oriri potuisse: pro ἀέρι, nempe aliquem notasse ἠέρι, adeoque pro ἢ ἀετοῖς quoque legendum ἀέρι, nondum video. Florentinae χρυσοφαέων modo vox proba sit, aptius ad senarium foret, si certum esset versum referri ab Luciano, quod minus credibile, quia nimia de suo intermiscet. *J.F.R.*

17. Αὐτῷ] Τῷ λόγῳ scilicet. *F.G.*

27. Οἷην δὲ] *Homer.* Odyss. Σ. 73. *M. du S.*

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΛΕΚ. Η ΤΩΝ ΚΥΚ.] Praefatiuncula est orationis alicujus habitae a Luciano in judicio, priusquam rhetoris sive causidici persona deposita, induisset sophisticam. De qua versione pallii narrat historiam ipse in bis accusato. Propterea que orationem illam ipsam suppressit, ne inter declamationes & dialogos illa exstaret, quasi inter aviculas noctua, & pristinae causidicinae vestigium. Dicta vero illa apud Praesidem provinciae causa videtur, & concilium ejus coronamque populi circumstantis. Atque inde in numeris personarum evariatio illa in fine praefationis, cum modo ut multos, modo ut unum adfatur. Multos ut ὑμεῖς ἐλπίσαντες, ὁρᾶτε &c. unum ut ὥστε ὅρα &c. ἐλπίσας &c. σαυτόν. Judicialem vero distinctionem fuisse etiam illud arguit ἤδη δέ σοι προλέγω ἐκχέας τὸ ὕδωρ. &c. Respicit nempe ad clepsydram. Signanter ve-

dem digni videamur, etiam nobis Homeri-cum illud inclamet aliquis,

Quod femur e pannis senior tam vilibus effert!

25 μεθα, ἵνα, εἰ ἄξιοι φαινοίμεθα, καὶ [c] ἡμῖν τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο [d] ἐπιφθέγξηταί τις,

Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγυνίδα φαίνει.

DE ELECTRO, SEU CYCNIS.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΛΕΚΤΡΟΥ, Η ΤΩΝ ΚΥΚΝΩΝ.

DE electro nimirum nobis etiam fabula persuasit, populos ad Eridanum flumen eam stillare lacrimam, quae deplorent Phaëthontem, & sorores quidem esse populos illas Phaëthontis, deinde dum deflent adolescentulum mutatas esse in arbores, & stillare adhuc de illis lacrimam, nimirum electrum. Talia nempe ipse quoque cum audissem poëtis canentibus, sperabam, si quando essem ad Eridanum, me subiturum

1 Ἠλέκτρᾳ περὶ καὶ [c] ἡμᾶς δηλαδὴ ὁ μῦθος πέπεικεν, αἰγείρους ὑπὲ τῷ Ἠριδανῷ ποταμῷ δακρύειν αὐτὸ, θρηνήσας τ' Φαέθοντα, καὶ ἀδελφάς γε εἶναι τὰς αἰγείρους ἐκείνας τοῦ Φαέθοντος, εἶτα ὀδυρομένας τὸ μειράκιον, ἀλλαγῆναι ἐς τὰ δένδρα, καὶ ἀποτάζειν ἔτι αὐτοῖς δάκρυον ὅθεν τὸ ἤλεκτρον. τοιαῦτα γὰρ ἀμέλει καὶ αὐτὸς ἀκούων τ' ποιητῶν ᾀδόντων ἤλπιζον, εἴ ποτε γενοίμην ὑπὲ τῷ Ἠριδανῷ, ὑπελθὼν μίαν τῶν αἰ-

c Ἡμῖν] Ὑμῖν male *Fl.* d Ἐπιφθέγξηται] Ἐπιφθέγξοιτό *Fl.* e Ἡμᾶς] Rescripsi ex *J.* marg. *A1.* & *V2.* Ὑμᾶς cett. male cum *Ald.* & *Fl.*

27. Ἐπιγυνίδα] Ἐπιγυνὶς ἡ ἐπιτραφεῖσα δι' εὐσέβειαν σαρξ τῷ γόνατι. *G.*

vero, non dixit ἰγχίας. Sed ἰκχίας. *Th. M.*

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΛΕΚ.] Nescio quid in mentem fuerit viro docto cum ista scriberet. Est προσλαλιὰ caeteris similis, tota Sophistica. Illud de clepsydra infra videbimus. *J. M. G.*

1. Ἠλέκτρᾳ] Vid. *Herod.* III. p. 128. f. & *Plin.* XXXVII. *M. du S.*

Ἠλέκτρᾳ] Vid. si lubet, *Olear.* ad *Philostr.* Icon. I. p. 780. *J. F. R.*

Ταραντίνων χρήσεως ᾧ τρυφῆς. *Eſt autem pellucida veſtis, Tarantinidion, ita a Tarentinorum uſu luxuque appellata.* Heſychius: Ταραντινὸν, ſive, ut alii legunt, ταραντινίδιον, ἱμάτιον γυναικεῖον λεπτὸν, κρόσσας ἔχον ἐν τῷ ἑνὸς μέρους. *Tarantinidium, veſtimentum muliebre tenue, fimbrias, ſeu villos habens ab una parte.* Utebantur eo plerumque meretrices. Lucian. in *Dial. Meretr.* VII. Οὐκ αἰσχύνῃ μόνη τῶν ἑταιρῶν σὺκ ἐλλόβιον, ἐχ ὅρμον, ἐ ταραντινίδιον ἔχουσα. Apud *Pollucem* cap. XIII. lib. VII. fragmentum eſt veteris poëtæ, Παρθένῳ δ' εἶναι δοκεῖ, φορῶν κροσσωτοὺς, καὶ γυναικείαν ϛολήν. *Virgo eſſe videtur, gerens fimbriatas veſtes, & muliebrem ſtolam.* Muliebri autem veſte Bacchus amiciebatur. Vide Senecam. Et Tragœdi, omnesque Dionyſiaci artifices, quorum nota *Syrmata.* Apud eundem *Pollucem*, Λοδῶν χιτών τις βαϛάρα, διονυσιακὸς, ποδήρης. Et apud *Heſych.* βαϛάραι χιτῶνες, ὃς ἐφόρουν αἱ Θράκιαι βάκχαι. Hinc & Bacchus βαϛαρεὺς dictus. Commentator vetus *Horat.* l. I. Od. XVIII. Baſſareus *dictus eſt liber pater a genere veſtis Baccharum*: unde & *Bacchæ* Baſſarides *dictæ Perſ.* Baſſaris & *Lyncem.* Baſſaris *enim genus veſtis eſt, ad pedes usque demiſſa, dicta a* Baſſara, *loco Lydiæ*, ubi fit. Ubi *Baſſara* pro *Baſſaris* legendum videtur. Verum Etymologici auctor & in etymologia, & in ipſa nominis denotatione variat. Quamquam etiam *Baſſaris* apud Perſii Scholiaſten inveni, ad Sat. I. v. 101. *Baſſarides*, inquit, *Bacchæ. Quibusdam videtur a genere veſtis, qua Liber pater utitur, demiſſa ad talos, quam Thraces* Baſſarin. *Quidam a vulpibus, quarum pellibus Bacchæ ſuccingebantur. Vulpes Thraces* Baſſares *dicunt.* J.T.

Ibid. Ἐκυμβάλισέ τε] Cymbala namque cum ſaltatione jungebantur in Deorum effeminato cultu: præſertim in feſtis Bacchi, Herculis, & Matris Deûm Cybeles. *Juſtinus* de Ptolemæo Philopatore, lib. XXX. *adduntur inſtrumenta luxuriæ, tympana & crepundia*; ſive, ut alii malunt, *crepitacula.* Ubi tamen τὸ *crepundia* ab interprete eſſe cenſuerim. Nam de eodem loquens *Plutarch.* tympani tantum meminit. Sed, uti dixi, & cymbala in ejusmodi feſtis ſolemnia fuere. *Apulejus* de Gallis Cybeles, lib. VIII. Mileſ. *Qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis perſonantes, Deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt.* *Lucretius* lib. III.

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum
Concava, rauciſonoque minantur cornua cantu.
Et Phrygio ſtimulat numero cava tibia mentis.

Erant autem ea vel ex ære, vel e buxo, quæ mutuo colliſu non ingratum ſonum edebant. *Auſonius* in Epiſt. ad Paulinum XXV.

Cymbala dant flictu ſonitum: dant pulpita ſaltu
Icta pedum: tentis reboant cava tympana tergis,

Propert. lib. III. el. XVI. ad Bacchum:

Levis odorato cervix manabit olivo,
Et ſeries nudos veſte fluente pedes.
Mollia Dircæa pulſabunt tympana Thebæ;
Capripedes calamo Panes hiante canent.
Vertice turrigero juxta Dea magna Cybelle
Fundet ad Idæos cymbala rauca choros.

Anthol. lib. IV. de Herc. & Baccho:

Ἀμφοῖν δὲ ϛῆλαι σωτήριοι· εἵκελα δ' ὅπλα
Νεβρὸς, λειοντὴ, κύμβαλα δὲ, πλαϛαγή.
Sudorumque pares metæ, paria arma: leonis
Exuviæ, hinnuleus, cymbala cum ſtrepitu.

Eleganter ad rem *Tertullian.* de Pallio: *At quin alius & ſericatus & crepidam æratus inceſſit, & ut digne quidem Bacchantibus indumentis aliquid ſubtinniret, cymbalo inceſſit.* J.T.

12. Ἀντισοφιστὴς] Exprobrator. *Lactant.* lib. V. cap. 6. *Et quoniam mores ac vitia regis imitari genus obſequii judicatur, abjecerunt omnes pietatem; ne exprobrare regi ſcelus viderentur, ſi aliter viverent.* Vid. *Tacit.* XVI. 22. Et *Lactant.* l. V. cap. 9. p. 482. *Iſocr.* p. 10. J.T.

15. Παρὰ δὲ Ἀλεξάνδρῳ] Malim ita vertere: *Ita & apud Alexandrum haec omnium maxime valebat calumnia, ſi quis neque colere ut Deum, neque adorare velle Hephaeſtionem deferebatur.* J.T.

μὴ σέβειν, μηδὲ προσκυνεῖν τ' Ἡφαιστίωνα. ἐπεὶ γὰρ ἀπέθανεν Ἡφαιστίων, ὑπὸ τῦ ἔρωτος Ἀλεξάνδρου ἐβιάθη προσθεῖναι καὶ τῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ, καὶ θεὸν χειροτονῆσαι τ' τελευτηκότα. εὐθὺς οὖν νεώς τε [a] ἀνέστησαν αἱ πόλεις, καὶ τεμένη καθιδρύετο, καὶ βωμοὶ, καὶ θυσίαι, καὶ ἑορταὶ τῷ καινῷ τύτῳ θεῷ ἐπετελοῦντο, καὶ ὁ μέγιστος [b] ὅρκος ἦν ἅπασιν, Ἡφαιστίων. εἰ δέ τις ἢ μειδιάσειε πρὸς τὰ γιγνόμενα, ἢ μὴ φαίνοιτο πάνυ εὐσεβῶν, θάνατος ἐπέκειτο ἡ ζημία. ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τ' μειρακιώδη ταύτην τ' Ἀλεξάνδρου ὀπθυμίαν, [c] προσεξέκαιον εὐθὺς, καὶ ἀνεζωπύρουν, ὀνείρατα διηγούμενοι τ' Ἡφαιστίωνος, ὀπτασίας τινὰς, καὶ ἰάματα προσάπτοντες αὐτῷ, καὶ μαντείας ἐπιφημίζοντες. καὶ τέ-

colendum sibi neque adorandum sumsisset Hephaestionem. Cum enim decessisset Hephaestion, prae amore illius Alexander reliquae suae hoc etiam adstruere magnificentiae voluit, & Deum suo suffragio facere defunctum. Statim ergo & templa excitare urbes, & loca consecrari & arae, atque sacrificia, festique dies novo Deo parari; sanctissimumque omnibus jusjurandum esse Hephaestion. Si quis vero subrideret ad ista, aut non satis religiosus esse videretur; mortis illi poena erat proposita. Excipientes porro puerilem hanc Alexandri cupiditatem adulatores, magis statim eam incenderunt, excitaruntque, qui immissa sibi ab Hephaestione insomnia narrarent, praesentiamque sibi illius oblatam, & sanationes quasdam illi tribuerent, vulgarentque edita ab illo oracula. Tandem sacrificarunt velut

Ae-

a Ἀνέστησαν] Ἀνήσασαν marg. A1. b Ὅρκος ἦν ἅπασιν] Ἅπασιν ἦν ὁ ὅρκος B. c Προσεξέκαιον] Ἐξέκαιον male B.

28. Ὑπολαμβάνοντες] Ἀντὶ τ' * προλαμβάνοντες. V.

29. Τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν προσεξέκαιον] Ὡς ὁ Μάγιστρος †Συλοκάκας ‡ λέγεται Λέοντα τ' Βασιλέα ὅτι ἐξεβάκχευε περὶ Θεοφάνους πολλὰ & τερατώδη διεξιὼν ἐύπνια, § ἅτε καὶ ἄκρη, ἵνα μόνον εὐδοκιμοίη ψευδόμαντις. V.

* Προλαμβάνοντες] Recepi ex C. Προσλαμβ—— V.

† Συλοκάκας] C. D. male Σιλοκάκας λ. ὄντα τ. β. διαβάκχευε. M. du S.

‡ Magistri fuit summa dignitas in aula Constantinopolitana, de qua vide *Meursium* in Lexico Græco barbaro. Quis autem hic Leo intelligatur, Thrax, Isauricus, vel Coprony-

mi filius, quaerent quibus per otium licebit. Interea hinc liquet, Scholiastam nostrum saltem ante 1229. annos non vixisse, quandoquidem tum regnare coepit Leo Thrax. J. Cler.

§ Ἅτε καὶ ἄκρη] Exc. G. ἅτε καὶ ἄκρη. Barbare. Sed tamen genuinam puto esse scripturam. In C. ἅτε καὶ ἄκρη, ut in V. M. du S.

19. Ἐβιάθη προσθεῖναι & τῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ] Præcessit Melanchthon in vertendo *ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit*. Et sequitur prompte Benedictus verba hæc ipsa sic exprimens, quod miror ab aliis, qui hunc dialogum & versionem ejus tam accurate exegerunt, pro bono acceptum, quum nulla prorsus in Græcis fiat mentio illius funeris. Quin etiam μεγαλουργία non patitur, ut de impensa pecuniaria intelligatur, Græcis ad eam exprimendam alia voce utentibus. Immo nec consideratio magnificentiæ funeris potest hic locum habere. Majora desiderantur, quæ habebis, si recte vertas mecum *ad reliquam rerum suarum magnitudinem addi voluit, ut & Deum crearet eum, qui erat mortuus*. Inter alia ingentia acta sua referri voluit, ipsum ex mortuo fecisse Deum. J. G.

20. Καὶ θεὸν χειροτονῆσαι] Pluribus haec Arrianus, Curtius, Plutarchus in vita Alex. M. J. T.

24. Καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος] De Caligula *Suetonius* refert, eum inter cetera amoris erga Drusillam documenta nunquam deinceps nisi *per numen Drusillæ* dejeraſſe. Idem in morte Julii Cæsaris narrat, controversias quasdam a plebe *interposito per Cæsarem jurejurando* distractas: & Claudium Imp. *jusjurandum* sibi *neque sanctius*, neque *crebrius* instituisse, quam *per Augustum*: quin & violata perjurio numina ista gravius vindicata, quam si quis per ipsum Jovis numen, aut majorum gentium Deos pejeraret. Sicut vere dixerit *Tertullianus* in Apologetico: *Citius denique apud vos per omnes Deos, quam per unum genium Cæsaris pejeratur*. J. T.

31. Ὀνείρατα] Id enim inter divinitatis signa. Unde & ægrotantes, & futura praenoscere cupientes, in Deûm, Æsculapii præcipue, & Serapidis, nec non Apollinis, sese templa conferebant, per somnium illorum voluntatem, responsave expiscaturi. J. T.

32. Ἐπιφημίζοντες] Illustravit hanc vocem, locumque Luciani, Vir illustris *Ez. Spanhemius* in V. Dissertatione de re Nummaria: quod opus a me juventuti nunquam non erit commendatissimum. J. T.

33. Μαντείας] Et oracula ad auctoritatem novo Deo conciliandam efficta. Æmulatus est in Antinoo Hadria-

Assessori Depulsorique malorum Deo. His audiendis delectari Alexander, ac tandem credere, & placere sibi, qui non Dei modo filius esset, sed facere etiam posset Deos. Quot ergo amicis Alexandri putamus eo tempore, male expetiisse Hephaestionis divinitatem? cum deferrentur, ut qui non colerent communem omnium Deum, ejiciendi ea caussa, atque benivolentia regis excidentes.

18. Tum etiam Agathocles Samius qui ordines duxerat apud Alexandrum, & in honore fuerat, parum abfuit quin cum leone concluderetur, delatus nempe, ut qui sepulcrum Hephaestionis praeteriens flevisset. Verum succurrisse illi dicitur Perdiccas, dejerans per omnes Deos, ipsumque

λ῀ ἔθυον παρέδρῳ, καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. ὁ δὲ Ἀλέξανδρ῀ ἥδετό τε ἀκούων, καὶ τὰ τελευταῖα ἐπίστευε, καὶ μέγα [d] ἐφρόνει, ὡσανεὶ ὁ θεῦ παῖς ὢν μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ποιεῖν δυνάμεν῀. [c] πόσους τοίνυν [f] οἰόμεθα τῶν Ἀλεξάνδρου φίλων [g] παρὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπολαῦσαι τὴν Ἡφαιστίων῀ θειότητ῀; ἀφαβληθέντας, ὡς ὑ τιμῶσι τὸν κοινὸν ἁπάντων θεόν, καὶ ἀφ' τοῦτο ἐξελαθέντας, καὶ τῆς βασιλέως εὐνοίας ἐκπεσόντας.

[h] Τότε καὶ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σάμι῀ ταξιαρχῶν παρ' Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τιμώμεν῀ παρ' αὐτοῦ, μικρῶ δεῖν συγκαλείρχθη λέοντι, ἀφαβληθεὶς ὅτι δακρύσειε πρὸ τὸν Ἡφαιστίων῀ τάφον. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲ λέγεται βοηθῆσαι Περδίκκας, ἐπομοσάμεν῀ κατ' πάντων [i] τῶν θεῶν, καὶ κατ' Ἡφαιστίων῀,

d Ἐφρόνει] Εὐφρόνει male P. e Πόσους] Ὅσους B. f Οἰόμεθα] Οἶει B. g Παρὰ] Et sic El. cum cett. h Τότε] Ὅτι B. recte, ait *Solan.* i Τῶν] Sine articulo B.

drianus, quem non secus ipse, ac Hephæstionem Alexander, dilexerat. *Spartianus* in ejus vita: *Et Græci quidem volente Hadriano eum consecraverunt, oracula per eum dari asserentes, quæ Hadrianus ipse composuisse jactatur.* *J.T.*

34. Παρέδρῳ] *Servius* in VII. Æneid. *Revera Virbius est numen conjunctum Dianæ, ut matri Deûm Attis, Minervæ Erichthonius, Veneri Adonis.* Id est πάρεδρ῀. Πάρεδροι etiam σύνθρονοι dicti, teste *Hesychio*, quamquam viri docti τοὺς παρέδρους τοῖς συνθρόνοις inferiores existimant, & ordine, & dignatione. quin & Gallus sese apud nostrum in dialogo sui nominis πάρεδρον Ἑρμοῦ jactat.. *J.T.*

Παρεδρῳ] *Ælianus* de Demade V. 12. ἐψηφίσαλο θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκαλον, id est πάρεδρον τῶν δώδεκα θεῶν. Συνθρόνους etiam vocabant; *Salmasius.* Unicuique Deorum suos tribuebant παρέδρους. Matri Deûm Idaeos Dactylos, Æsculapio Ὑγίειαν, Ἰασὼ & Τελεσφόρον. Et sic aliis alios assessores. *M. du S.*

Παρέδρῳ & ἀλεξικάκῳ] Πάρεδρον hic esse praesentem auxilio, & tanquam *assidentem mortalibus aegris* Deum vel Heroëm, recte monuit Vir doctus *Ger. d'Arnaud* de Diis παρέδροις c. 27. cujus observatis adjiciendum, quod *Salmas.* docuit Exerc. *Plin.* p. 248, b, B. ex Justino M. & Eusebio, jungi etiam solere παρέδρους & ὀνειροπομπους δαίμονας. Ἐπιφάνειαν etiam de somniis dici, ibidem monet vir summus. Verum de hac quidem omnia jam laudatus *Tollio*, *Spanhem.* diss. 7. divini operis p. 425. seq. *J.M.G.*

Ibid. Ἀλεξικάκῳ] Quod Herculi, quem æmulabatur Alexander, cognomen datum in Deorum numerum cooptato. Fuit item Apollinis cognomen, de quo videndus *Pausanias* in Atticis, pag. 61. *J.T.*

36. Ἐπίστευε] *Juvenal.* Sat. IV.

— *Quid apertius? Et tamen illi*
Surgebant cristæ. Nihil est, quod credere de se
Non possit, cum laudatur dis æqua potestas.
J.T.

41. Τὸν κοινὸν ἁπάντων θεὸν] Erant enim & peculiares vel populis, vel familiis, seu gentibus Dii; *Auson.* in Cæsaribus:

Æneadum generis qui sextus & ultimus heros,
Polluit, & clausit Julia sacra Nero.

Inprimis heroes in Deûm numerum relati; ut populo Romano Quirinus. Ceterum, qui plura Deorum nomina desiderat, uni tantum culta vel cognita populo, legat cap. XXIV. *Apologetici Tertulliani*, & lib. IV. *Augustini* de Civitate Dei, cap. 8. & passim. *Sermon.* VIII. *Theodoreti* ad infideles Græcos, &c. *J.T.*

44. Ταξιαρχῶν] Verte; *Ordinum ductor, quique magno apud Alexandrum in honore erat.* *J.T.*

46. Συγκαλειρχθη λέοντι] Alludit ad historiam Lysimachi, quem Alexander Leoni objecerat. *J.T.*

49. Ἐπομοσάμεν῀] Eodem ferme dolo, quo Julius Proculus usus, interfecto, seu discerpto a Patribus Romulo, quo desiderium plebis leniret. Adi *Livium* lib. I. & Florum, cap. 1. *J.T.*

ν@, ὅτι δὴ κυνηγετοῦντι οἱ, Φανέντα ἐναργῆ τ̃ θεὸν ἐπισκῆψαι εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ, Φείσασθ' Ἀγαθοκλέους. ὃ γὼ ὡς ἀπιστοῦντα, οὐδὲ ὡς ὑπὲ νεκρῷ δακρύσαι, ἀλλὰ τ̃ πάλαι συνηθείας [a] μνημονεύοντα.

Ἡ γὰν κολακεία κὴ ἡ διαβολὴ τότε μάλιστα χώραν ἔσχε πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρου πάθ@ συντιθεμένη. καθάπερ γὼ ἐν πολιορκίᾳ οὐκ ὑπὲ τὰ ὑψηλὰ, καὶ ἀπόκρημνα, κὴ ἀσφαλῆ τοῦ τείχους προσίασιν οἱ πολέμιοι, ἀλλ' [b] ἐν ᾗ ἀφύλακτόν τι μέρ@ ἢ σαθρὸν [c] αἴσθωνται, ἢ ταπεινὸν, ὑπὲ τοῦτο πάση δυνάμει χωροῦσιν, ὡς ῥᾷστα παρεισδῦναι κὴ ἑλεῖν δυνάμενοι· οὕτω κὴ οἱ διαβάλλοντες, ὅ, τι ἂν ἀσθενὲς ἴδωσι τ̃ ψυχῆς, κὴ ὑποσάθρον, κὴ εὐεπίβαλον, τούτῳ προσβάλλουσι, κὴ προσάγουσι τὰς μηχανάς· κὴ τέλ@ ἐκπολιορκοῦσι, μηδενὸς ἀντιλαστομμύου, [d] μηδὲ τ̃ ἔφοδον [e] αἰσθομμύου. εἶτ' ἐπειδὰν ἐντὸς ἅπαξ τειχῶν γένων@, πυρπολοῦσι πάντα, καὶ καίουσι, κὴ σφάττουσι,

adeo Hephaestionem, venanti sibi apparuisse manifestum Deum, ac jussisse dicere Alexandro, parceret Agathocli; neque enim quod fidem non haberet, vel tanquam de mortuo, sed veteris consuetudinis memoria, flevisse.

19. Adulatio igitur atque calumnia tum maxime locum invenere apud Alexandrum, cum ad illius se affectionem animi componerent. Quemadmodum enim in obsidione non ad excelsa, & praerupta, & tuta murorum accedunt hostes, sed si qua incustoditam partem aliquam corruptamve animadvertunt, aut humilem; hanc viribus omnibus invadunt, ubi nempe facillime subire, & capere urbem possint: sic delatores quamcumque imbecillam viderint animi, vitiosamque partem, & superatu facilem, hanc oppugnant, huic machinas adhibent, & expugnant denique, cum objiciat se nemo, quin oppugnationem neque sentiat. Deinde cum semel sunt intra moenia, igne vastant omnia, urunt, caeduntque & abigunt,

a Μνημονεύοντα] Μνημονεύσαντα B. & Fl. b Ἐν] Etiam adest in Fl. c Αἰσθωνται] Αἴσθονται B. d Μηδὲ] Μὴ δὲ Edd. vett. ut semper. e Αἰσθομένου] Et sic Fl. Bl. P. &c. An αἰσθανομένου; adscripsit Solan.

51. Ὅτι δὴ] Legebam initio, ὅτι ἴδοι. verum τὸ ὅτι eleganter saepe παρέλκει. J.T.

58. Καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ] Eadem in Halieuticis similitudine usus est Oppianus lib. V.

Ὡς δ' ὅτε δυσμενέων βρικρὸς λόχ@ ἀντιβίοισι
Λάθρι@ ἐμπελάσῃ μεσάτῳ ἐπὶ νύκτα δοκεύσας,
Εὗδοντας δὲ κίχησε φυλακτῆρας πρὸ πυλάων
Ἄρε@ εὐμενέοντ@, ἐνιπλήξας δ' ἐδάμασσεν.
Ἔνθεν ἔπειτ' ἄκρῳ τε πόλιν, κὴ τύρσιν ἐπ' αὐτὴν
Θαρσαλέοι σπεύδουσι, πυρὸς βέλ@, ἄσε@ ἄτῳ,
Δαλὸν εὐδμήτων μεγάρων αἰσχρὰ φέροντες
Ὡς τότε &c.

Ac veluti insidiæ media sub nocte propinquant
Hostibus occulto, & curis somnisque solutas
Excubias arcis nactæ sub Marte quieto,
Cædunt; & sternunt custodum corpora passim:
Hinc propere vadunt summa ad vestigia muri,
Audacesque locant flammas in arce micantes,
Urbis casuræ signum, torremque ferentes,
Qui sit robustius jam prensæ malleus arcis:
Sic tunc &c.

Ut & *Apulejus* ex parte lib. V. Metam. *Tunc nocte jam portis patentibus nudatum sororis animum facinorosæ mulieres, omissis tectæ machinæ latibulis, destrictis gladiis fraudium simplicis puellæ parentes cogitationes invadunt.* J.T.

61. Ἀλλ' οὐ ᾗ] Non satis placere mihi fateor hoc οὐ ᾗ. Possis quidem intelligere χώρᾳ· sed usum formulae hujus desidero: ac malim legi ἀλλ' ἔνθα, vel, quod magis probo, ᾗ ἂν vel εἴ πῃ, quod forte omnium proxime ad scripturam receptam accedit, ἀφύλακτόν τι μέρ@ κ. τ. λ. & sic interpretatus sum. J.M.G.

65. Ὅτι ἂν ἀσθενὲς] *Themistius* Orat. III. Καὶ ὅπῃ ἂν αἴσθηται αὐτὴν εὐπραγοῦσαν, ἠρέμα εἰσοικισαμένη κατὰ σμικρὸν ὑπορύττει & ἐλέγχει τ̃ ἄφρακτόν τε καὶ ἀσθενῆ. *Quæ ubi ad votum succedere sibi conatus suos senserit, perblande irrepens paulatim eum subruit, & scrutatur, qua parte minime munitus, ac minime valens est.* J.T.

67. Καὶ προσάγουσι τὰς μηχανάς] *Eique suas machinas admovent.* J.T.

76. Προσλιπάρησις] Non est *obsecratio*, uti reddidit interpres: sed est *assiduitas* in calumniando; aut si ita mavis, in assentando simul & calumniando, qua quasi obtunditur ille, quem in amicum veterem volunt concitare. J.T.

78. Συγκοῦς] Πρόδρομον ὑποκρίσεως vocat Themistius, *emissariam simulationis.* J.T.

82. Διατριβὰς] Et hic secutus sum Ed. J. quod enim

gunt ; qualia nempe victo animo & in servitutem redacto, fieri probabile est.

20. Machinae autem illis contra absentem fraus, & mendacium, & perjurium, & improba assiduitas, & impudentia & sexcenta alia maleficia. Maxima autem omnium adulatio est, cognata vel soror potius delationis. Nemo enim tam generosus est, & adamantino muro sic munitum pectus habet, quin concedat adulationis calumniis: cum praesertim velut cuniculis quibusdam fundamenta subruat delatio.

21. Et extra quidem sunt ista. Intus vero proditiones multae *hostem* adjuvant, quae manum praebent, & portas aperiunt, & omni modo expugnationi audientis favent. Primo quidem novitatis amor, qui natura inest omnibus hominibus ; & illud celere eorum, quae vix attigimus, fastidium: tum quod mirabiles auditiones sectamur. Gaudemus enim, nescio quomodo, universi

καὶ ἐξελαύνουσιν, οἷα εἰκὸς ἁλισκομένης ψυχῆς, καὶ ἐξηνδραποδισμένης ἔργα εἶναι.

Μηχανήματα δὲ αὐτοῖς κατὰ τοῦ [f] ἀπόντος ἥ τε ἀπάτη, καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ ἡ ἐπιορκία, καὶ προσλιπάρησις, καὶ ἀναισχυντία, καὶ ἄλλα μυρία ῥᾳδιουργήματα· ἡ δὲ μεγίστη πασῶν ἡ κολακεία ἐστί, συγγενὴς, μᾶλλον δὲ ἀδελφή τις οὖσα τῆς διαβολῆς. οὕτως γὰρ γεννάδας ἐστί, καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς προβεβλημένος, ὡς οὐκ ἂν ἐνδοίη πρὸς τὰς τῆς κολακείας [g] διαβολάς· καὶ ταῦτα ὑποροφήσης, καὶ τοὺς θεμελίους ὑφαιρούσης τῆς διαβολῆς.

Καὶ τὰ μὲν ἐκτὸς ταῦτα. ἔνδοθεν δὲ πολλαὶ προδοσίαι συναγωνίζονται, τὰς χεῖρας ὀρέγουσαι, καὶ τὰς πύλας ἀναπετῶσαι, καὶ πάντα τρόπον τῇ ἁλώσει τοῦ ἀκούοντος συμπροθυμούμεναι. πρῶτον μὲν τὸ φιλόκαινον, ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, καὶ τὸ [h] ἀψίκορον. ἔπειτα δὲ τὸ πρὸς τὰ παράδοξα τῶν ἀκουσμάτων ἐπόμενον. ἃ γοῦν οἶδ' ὅπως ἡδόμεθα πάντες [i] λαθραδὰ, καὶ πρὸς

[f] Ἀπόντος] Sic *Fl. Fr. H. P.* &c. & B. Ἀκούοντος *J.* & *V2.* [g] Διαβολάς] Sic B. cum *Fl. Fr. H. V2.* &c. Διατριβὰς *J.* sola, & marg. *A1.* [h] Ἀψίκορον] Sic *J. Ald. Fr. H. S.* Adspirate *El. B. P.* [i] Λαθραδὰ] Constans lectio, ait *Solan. Ald. 2.* tamen aliter, v. not. *Gesn.*

91. Τὸ ἀψίκορον] Παρὰ ἄψ, ὃ σημαίνει τὸ εὐθέως, καὶ τὸ κόρος, ὁ εὐθέως κόρον λαμβάνων, καὶ ταχέως πληρούμενος. καινοπρεπὲς τὸ χῆμα· * οὐκ οἶδα ὅπως τὸ κοινὸν ἐκαθωμιλημένον. *V.*

92. Οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως] Καινοπρεπὲς τὸ χῆμα. οὐκ οἶδα ὅπως τὸ κοινὸν ἐκαθωμιλημένον. *V.* alter. (In Ed. ad Λαθραδὰ relatum, & post χῆμα omnia omissa.)

* Οὐκ οἶδα] In C hic novum scholion constitutum, quod jam supra alicubi habuimus. In Editis vero ὡς omissum implevit aliaque menda correxit *M. du S.*

nim in aliis erat διαβολὰς, ferri nequaquam potest, cum statim sequatur καὶ ταῦτα ὑποροφήσης τῆς διαβολῆς. *M. du S.*

89. Τὸ φιλόκαινον] *Plin.* lib. XII. Nat. Hist. cap. 1. *Est natura hominum novitatis avida.* *Plin.* Junior lib. VIII. epist. XVIII. *aures hominum novitate laetantur.* Hinc *Homerus:*

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

J. T.

91. Τὸ ἀψίκορον] *Propert.* lib. II. eleg. 33.

Elevat assiduos copia longa viros.

Monetque *Isocrates* ad evitandam illam satietatem, τὰς ἐντεύξεις μὴ πυκνὰς ποιεῖν τοῖς αὐτοῖς. *ne saepius eosdem alloquamur*, in orat. ad Demonicum. Eximium hac de re praeceptum est apud *Ciceronem* de amicitia cap. 19. *Non enim*, inquit, *amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates. Veterrima quaeque, ut ea vina, quae vetustatem ferunt, esse debent suavissima: verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit, novitates autem, si spem afferunt, ut tamquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illae quidem repudiandae: vetustas tamen suo loco conservanda est. J. T.*

93. Λαθραδὰ καὶ πρὸς τὰς λεγομένας] Locus depravatus. *F. G.*

Λαθραδὰ ἐκ πρὸς τὸ ὃς λεγόμενα καὶ μετὰ ὑποψίας ἀκ.] Ita locum hunc fere conclamatum refinxi faustis, ni vehementer divinatio me fallit, avibus. Vide quid in

[a] πρὸς τὰς λεγομένας καὶ μεσὰς ὑπονοίας [b] ἀκούοντες. οἶδα γάρ τινας ἔτως ἡδέως γαργαλιζομένους τὰ ὦτα ὑπὸ τῶν [c] διαβολῶν, ὥσπερ τοῖς πτεροῖς κνωμένους.

Ἐπειδὰν τοίνυν ὑπὸ τούτων ἁπάντων συμμαχούμενοι προσπέσωσι, καὶ κράτος αἱρῶσιν, οἶμαι, καὶ οὐδὲ δυσχερὴς ἡ νίκη γένοιτο, μηδενὸς ἀντιπαρατασσομένου, μηδὲ ἀμυνομένου τὰς προσβολάς. ἀλλὰ τῷ μὲν ἀκούοντος ἑκόντος ἑαυτὸν ἐνδιδόντος· τῷ δὲ διαβαλλομένῳ τὴν ὑπόβουλον ἀγνοοῦντος. ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτὶ πόλεως ἁλούσης, καθεύδοντες οἱ διαβαλλόμενοι φονεύονται.

audire, quae clanculum atque ad aurem dicuntur, & plena sunt suspicionum. Novi enim quosdam, quorum aures non minus suaviter titillantur a calumniis, quam si plumis tangerentur.

22. Cum igitur tantis undique auxiliis nixi ingruunt, vi vincunt, puto, nec difficilis victoria fuerit, cum nemo stet in contraria acie, nec impetum repellat; sed ille qui audit sua se sponte dedat; qui vero petitur, ignoret insidias. Velut enim capta nocte urbe, dormientes caeduntur quos petit delatio.

23. Et

[a] Πρὸς τὰς &c.] Sic Edd. omn. & B. Πρὸς τὸ ὃς λεγόμενα καὶ μεσὰ vult *Solan.* ac *Gesn.* optime. [b] Ἀκούοντες] Ἀκοὰς *Ald.* 2. [c] Τοὺς] Τοῖς B.

in omnibus nostris libris antea fuerit. δι. γ. ὁ. ὁ. νομεθα πάντες λαθρηδὲ, καὶ πρὸς τὰς λεγομένας ⊖ μεσὰς ὑπονοίας ἀκούοντες. Nullo prorsus sensu. Quid ad id Viri docti? quid *Tollius?* Conatus est quidem emendare; eo usque laudem meritus est; sed friget ejus emendatio. Nostra scribentis mentem ipsam jam liquido praestat. Nec ullus jam scrupulus, pauculis tantum litteris mutatis, supereſt. Quod jam Lucianus dicit, nemo est, qui non a se dictum, aut scriptum hoc in loco credat aut velit, quod certae emendationis signum est. Haec autem cum scriberet Lucianus, ob oculos hunc *Demosthenis* l. habuisse videtur, π. στεφ. circa initium p. Ed. *Wolf.* 473. φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει τὸ μὲ λοιδορίων ⊖ τὸ καλῶς ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ' αὐτοὺς ἀχθεσθαι. *Tacit.* Hist. I. 1. *Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur.* M. du S.

Ibid. Καὶ πρὸς τὰς λεγομένας] Hunc locum esse corruptum ipsa insignis varietas indicat. *Ald.* 2. sic, νομεθα πάντες, λαθρηδὲ καὶ πρὸς τὰς λαθρηδὲ λεγομένας καὶ μεσὰς ὑπονοίας ἀκοάς. Hanc lectionem exhibet etiam *Jo. Caselius*, qui separatim hunc libellum dedit Helmstadii 1594. 4. Vertit autem anno proximo sic: *Nescio enim qui fiat, ut omnes clandestinis sermonibus capiamur, & avide arripiamus, quaecunque suspicionum plena ab aliis insusurrantur.* Melanchthon transtulerat, *Nescio enim, qui fit, ut omnes amore sui immodico admiratio furtim rapiat, & suspicionibus illectet.* Benedictus: *Nescio quo pacto gaudemus omnes clanculum, cum plenas suspicione delationes accipimus.* Scilicet certi quid negat contextum Graecae orationis. Varietas illa orta, nisi fallor, ex quo τὸ ὃς vel τ' ὃς adeo obscure scriptum, transiit in τάς. Nempe dedisse puto, vel ita, vel non multo aliter, Lucianum Οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως νομεθα πάντες λαθρηδὲ καὶ πρὸς τ' ὃς λεγόμενα, καὶ μεσὰ ὑπονοίας ἀκούοντες. *J. M. G.*

94. Πρὸς τὰς λεγομένας ⊖ μεσὰς] Vix mihi tempero, quin *Solani* emendationem in contextum recipiam; ac miror cur ad confirmandam suam sententiam non addiderit idem occurrere supra c. 2. καὶ παρ' ὅλον τὸ δεῖπνον πρὸς τὸ ὃς αὐτῷ κοινολογούμενον. Cumque Cl. *Gesnero* eadem emendatio in mentem venerit, iste consensus magnum veritatis indicium. Proinde igitur habeat Lector, ac si πρὸς τὸ ὃς λεγόμενα ⊖ μεσὰ edi curassem, quamquam corruptam lectionem propter nonnullos retinui, quia in tribus verbis aliquid mutandum erat; quod me tamen non moraretur; nam cum τὸ ὃς vel τὸς semel transisset in τὰς, quid mirum, sequentes Librarios etiam genus adjectivorum ad id adcommodando corrupisse? *J. F. R.*

Ibid. Μεσὰς ὑπονοίας] Gnome Gr.

Ὑπόνοια δεινόν ἐστιν ἀνθρώποις κακόν.
Suspicio grave est hominibus malum.

Vide quae ad cap. 111. P. Syrus:

Ad tristem partem strenua est suspicio.

J. T.

Ibid. Ὑπονοίας] Recte igitur *Seneca* in irae devitatione monet *tollendam ex animo suspicionem & conjecturam, fallacissima irritamenta*; lib. II. de Ira, cap. XXIV. Idem lib. III. cap. XXX. *Taurum color rubicundus excitat: ad umbram aspis exsurgit: ursos leonesque mappa proritat. Omnia, quae natura fera ac rabida sunt, consternantur ad vana. Idem inquietis & stolidis ingeniis evenit; rerum suspicione feriuntur.* Ausonius in epist. ad Paulinum:

Nec quae compositis male suada & credula causis
Concinnat verisimilis suspicio culpas.

Ira

23. Et quod omnium miſerrimum eſt, hic quidem, rerum omnium ignarus, accedit ad amicum hilaris, ut qui nullius mali ſibi ſit conſcius, & conſueta loquiturque ac facit, undique inſidiis circumventus miſer. Alter vero, ſi quid generoſi pectoris habeat ac liberalitatis, & fiduciae, ſtatim erumpit iram, & impetum animi effundit, tandemque admiſſa defenſione intelligit, ſe fruſtra contra amicum incitatum fuiſſe.

Καὶ τὸ πάντων οἴκτιστον, ὁ μὲν δὴ εἰδὼς τὰ γεγενημένα, προσέρχεται τῷ φίλῳ Φαιδρὸς, ἅτε μηδὲν φαῦλον ἑαυτῷ [d] συνεπιστάμενος, καὶ τὰ συνήθη λέγει, καὶ ποιεῖ, παντὶ τρόπῳ ὁ ἄθλιος [c] ἐνεδρευόμενος. ὁ δὲ, ἢν μὲν [f] ἔχῃ τι γενναῖον, καὶ ἐλεύθερον, καὶ παρρησιαστικὸν, εὐθὺς [g] ἐξέρρηξε τὴν ὀργὴν, καὶ τὸν θυμὸν ἐξέχεε, καὶ τέλος, τὴν ἀπολογίαν [h] προαισθόμενος, ἔγνω μάτην κατὰ τοῦ φίλου [i] παροξυμένου.

24. Si vero minus generoſus ſit atque humilior, admittit ille quidem, & ſummis labris arridet; ſed idem odit, & clanculum frendit dentibus, &, ut ait poëta, iram te-

Ἦν δὲ ἀγεννέστερος καὶ ταπεινότερος, προσίεται μὲν καὶ προσμειδιᾷ τοῖς χείλεσιν ἄκροις, μισεῖ δὲ, καὶ λάθρα τοὺς ὀδόντας ἀλαπρίει, καὶ, ὡς ὁ ποιητής φησι, βυσσοδο-

[d] Συνεπιστάμενος] Ἐφιστάμενος B. [e] Ἐνηδρευμένος] Ita Edd. & B. Ἐνεδρεύομενος V2. [f] Ἔχῃ] Ἔχει B. [g] Ἐξέρρηξε] Διερρηξε *Coll.* [h] Προαισθόμενος] Nil mut. Edd. nec B. An προσεισόμενος; marg. *J.* [i] Παροξυμένος] Παρωξυμμένος B. Nil mut. Edd.

12. Τὰ συνήθη] Πέποιθα τοῦτο ἐγὼ, ὦ θεία δίκη, καὶ πάντα, εἰ καὶ μὴ, πρὸς βραχὺ, νικῶσα Ἀλήθεια. G.

Ita enim illic legendum: non, *male ſuadae credula cauſis*, uti partim Cel. *Graev.* vidit, partim nos emendandum judicamus. *Compoſitae cauſae* ſunt fictae calumniae. Sic *Phaedr.* f. 1.

Qui fictis cauſis innocentes opprimunt.

Hic autem lubens legam; ἀεὶ· πάντες πρὸς τὰς λαθρηδὸν λεγομένας, καὶ μ. ὑπ. ἀβουλίας. *J.T.*

6. Τὴν ἐπιβουλὴν ἀγνοοῦντος] Egregie *Cicero* Verrina II. cap. 15. *Eum qui palam eſt adverſarius, facile cavendo vitare poſſis: hoc vero occultum, inteſtinum, ac domeſticum malum non modo non exiſtit, verum etiam opprimit, antequam perſpicere atque explorare potueris.* Facete Hiſpani,

Del agua manſa me guarde Dios, que
de la brava me guardaré.
Id eſt,
A flumine leni ac placido me Deus tutum praeſtet:
A torrente facile me ipſe tutabor.
J.T.

15. Ἐξέρρηξε τὴν ὀργὴν] *Seneca* de Ira l. II. cap. 29. *Quid eſt iniquius, quam ſecreto credere, palam iraſci?* *J.T.*

17. Προσιέμενος] In omnibus libris noſtris hic legebatur antea προαισθόμενος, quo quid abſurdius dici poteſt? Immo vero προσιέμενος, ut c. 15. & 25. *M. du S.*

Προαισθόμενος] Si *praeſentit*, *praecipit*, cur adjicitur τέλος; Suſpicor ſcripſiſſe Lucianum προσιέμενος, *admittens*, vel ſi quod verbum ejusdem poteſtatis propius ad literas verbi προαισθόμενος accedit. *J.M.G.*

Προαισθόμενος] Et hic *Solani* emendationem recipiendam duco; verum quia & aliud verbum effingi poteſt, quod ſatisfaciat, vitioſam lectionem exhibeo, donec Codd. ſubſidio veniant. *J.F.R.*

20. Τοῖς χείλεσιν ἄκροις] Hoc eſt, non ex animo. Sic *ſummis labiis hoſpitem invitare*, dixit *Hieronymus*. Noſter autem, ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφεῖν, in *Apologia* & in *Dialog. Meretr.* ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους τοὺς ὅρκους ἔχειν. plura *Eraſm.* in Adagiis. *J.T.*

22. Ὡς ὁ ποιητής φησι] *Homer.* Ὀδυσ. ρ.

Ἐσθλὰ ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδομεύων.
Bona praedicantes, mala autem in pectoribus occultabant loquentes.

& Ὀδυσ. θ. in adult. Martis & Ven. de Vulcano: κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων. Eſt & apud *Heſiod.* δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων. *Dolum mente occulens.* *Heſych.* βυσσοδομεύει, ἐνθυμεῖται, μηχανᾶται, ἀποκεκρυμμένως βουλεύεται, καὶ οὐ βάθους. Noſter in Philopatride, c. 1. μύχιον δὲ βυσσοδομεύεις, ἄνω ⊖ κάτω θεὶς πολῶν, κερδαλεόφρονι ἐοικώς. *J.T.*

Ibid. Βυσσοδομεύει τὴν ὀργὴν] Namque, ut in Medea *Seneca*,

Ira quae tegitur, nocet:
Profeſſa perdunt odia vindictae locum.
J.T.

Βυσσοδομεύει] Utitur hoc verbo *Heſiodus*, ἀ. 3. δόλον φρεσὶ —ων. Utitur etiam *Homer.* Od. Δ. 676. & alibi. Sed apud neutrum tota occurrit phraſis. *M. du S.*

δομεύει τὴν ὀργήν. ἃ δὴ ἐγὼ οὐδὲν οἶμαι ἀδικώτερον, οὐδὲ δυσπρεπέστερον, ἐνδακόντα τὸ χεῖλος ὑποτρέφειν τὴν χολήν, καὶ τὸ μισος [a] ἐν αὐτῷ κατάκλειστον αὔξειν, ἕτερα μὲν κεύθοντα ἐνὶ Φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγοντα, καὶ [b] ὑποκρινόμενον ἱλαρῷ καὶ κωμικῷ προσώπῳ, μάλα πεπαθῆ τινα καὶ [c] πένθους γέμουσαν τραγῳδίαν. μάλιστα δὲ τοῦτο

net alta mente repoſtam. Qua ſane re nihil equidem injuſtius eſſe arbitror, aut ſervilius; commorſo labio, clanculum alere bilem, & concluſum intra ſe augere odium, aliud ſub pectore tectum habere, aliud vero dicere, atque ſimulare, ſub hilari & comica perſona, triſtem plenamque tragoediam. Maxi-

a Ἐν αὐτῷ] Ἑαυτῷ ſine οὐ *Fl.* b Ὑποκρινόμενον] Recepi ex *V2.* & B. & marg. *A1.* Ὑποκινούμενον Edd. cett. c Πένθους] Reſtitui ex *J.* Omiſſum enim in cett. & B.

23. Ἀδικώτερον] Cæcilius apud *A. Gellium* lib. XV. cap. 9.

Nam ii ſunt inimici peſſimi, fronte hilari,
Corde triſti: quos neque ut apprehendas, neque ut
mittas, ſcias. *J.T.*

24. Ἐνδακόντα τὸ χεῖλος] More indignantium. Vide *Eraſm.* in Adag. *Mordere Labium.* *J.T.*

26. Ἕτερα μὲν κεύθοντα] Achillis verba ſunt apud *Homerum* Iliad. I.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅστις ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ Φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.
Ille mihi inviſus, non ſecus ac inferni portæ,
Qui aliud in animo verſat, aliud autem loquitur.

Hinc *Phocylides:*

Μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἀλλ' ἀγορεύων.
Neque aliam occultes in corde ſententiam, alia proloquens.

Et tamen, ut *P. Syrus* ait:

Homo ſemper in os fert aliud, aliud cogitat.

Ἕτερα μὲν κεύθοντα] *Iliad.* I. 312. *J.T. M. du S.*

28. Καὶ ὑποκινούμενον] Non cepit hæc interpres. Repone igitur; *& hilari mimicoque vultu triſtia & tragica conſilia verſat.* Lege autem cum Cel. *Graevio*; ὑποκρινόμενον. mox lego: κακῶν γέμουσαν. *Val. Flaccus:*

Fingit placidis fera pectora dictis.

J.T.

Ibid. Ὑποκινούμενον ἱλαρῷ & κωμικῷ προσώπῳ μάλα πεπαθῆ τινα & γέμουσαν τραγῳδίαν] Salmurienſis interpolator: *plenam affectibus tragoediam in ſe commovet.* Quanto rectius & elegantius Philippus Melanchthon: *agitque laeta & comica facie tragoediam meram, & nihil non triſte patientem.* Sed tamen πεπαθὴς non eſt *triſte patiens*, ſed potius cum de homine loquuntur, eſt graviter commotus, & affectus. Περιπαθὴς ὢν τοῖς ὄψοις apud *Athenaeum* lib. I. Dipnoſoph. eſt qui obſoniis valde movetur & delectatur, obſoniorum valde avidus. πεπαθὴς τραγῳδία eſt tragoedia acerba in eum, de quo agitur. ὑποκινεῖσθαι τραγῳδίαν, Græcis eſt inſolens loquendi genus. Sed ſcribendum ſine dubio & mora, ut olim conjeceram, & nunc in Mſ. meam conjecturam veram eſſe deprehendi, ὑποκρινόμενον τραγῳδίαν *tragoediam agendam.* ὑποκρίνεσθαι eſt propriam hiſtrionum fabulam agentium in ſcena, unde ὑποκριτὴς eſt hiſtrio. In *Pſeudologiſta* cap. 19. κἀκεῖνα μέμνηνται ὡς τὸ εἰκὸς, ἃ πρὸς τὸ θέατρον ἐνεανιεύου, τοῖς ὀρχησταῖς ὑποκρινόμενος, καὶ στρατηγματάρχης ἀξιῶν εἶναι. Salmurienſis: *Ea etiam meminerunt, ut eſt conſentaneum, quae in theatro juvenis agebas, cum ſaltatoribus reſpondebas, atque una chori dux eſſe cupiebas.* Ultima verba non recte vertuntur. ὑποκρίνεσθαι non eſt *reſpondere*, ſed eſt hoc loco *ſecundas agere* ſeu *facere.* ſic interpretandum, *cum hiſtrionibus ſecundas faceres, & gregis dux eſſe cuperes.* Plautus Aſin. II, 1. *Jam nunc ſecundas mihi facis.* Proprie autem *grex* de hiſtrionibus. *Petron.*

Grex agit in ſcena mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.

Grex Romanus in antiqua inſcriptione de pantomimis. Ὀρχησταὶ autem dicebantur pantomimi, ut *cantores* hiſtriones. Nondum tamen locus eſt ab omni mendo purgatus. Quid enim γέμουσα *plena tragoedia?* Cujus rei erat plena? Excidit vocula. Credo Lucianum ſcripſiſſe γέμουσαν μίσους *plenam odii.* Et ſic totum locum vertendum, *agentem ſub perſona laeta & comica tragoediam valde aſperam & plenam odii.* *aſpera tragoedia* ut apud Sueton. in Auguſto: *aſperrimae litterae.* ſed *ſub perſona*, ut apud Mimum Syrum:

Heredis fletus ſub perſona riſus eſt.

Clariſſimus Vir *Jacob. Tollius*, conjecit legendum eſſe κακῶν γέμουσαν. quod non improbo. *J.G.G.*

Ὑποκρινόμενον] Mſ. Gr. & *V2.* In reliquis prave ὑποκινούμενον. *M. du S.*

Ὑποκινούμενον — προσώπῳ] Favet *Graevio* etiam Caſeliana lectio ὑποκρινούμενον. Ac de ſententia nullum eſt dubium. Illud non auſim negare, ὑποκινεῖσθαι fortaſſe ipſum quoque aptum huic rei verbum, cui tanquam rariori ſubſtituerit aliquis alterum ſolenne. Kr-

Maxime vero ita afficiuntur, cum delator qui olim amicus videtur fuisse ejus quem defert, tamen hoc facit. Tum enim neque vocem audire amplius volunt eorum, que vocem audire amplius volunt eorum, quos calumnia petiit, dum caussam dicunt: quod fide dignam accusationem ex longa, quam putant, amicitia praesumunt, neque hoc cogitant, multas saepe inter amicissi-

πάσχουσιν, ἐπειδὰν πάλαι φίλῳ ὁ ἐνδιαβάλλων δοκῶν εἶναι τῷ ἐνδιαβαλλομένῳ, ποιῆται ὁμοίως. τότε γὰρ [d] ὅτε φωνὴν ἀκούειν ἔτι θέλουσι τῶν διαβαλλομένων, ἢ τῶν ἀπολογουμένων, τὸ ἀξιόπιστον τῆς καλήγορίας ἐκ τῆς πάλαι δοκούσης φιλίας προειληφότες· οὐδὲ τοῦτο λογιζόμενοι, ὅτι πολλαὶ πολλάκις ἐν τοῖς φιλτάτοις μίσους ἐμπίπτουσιν

[d] Οὔτε] Οὐδὲ marg. *A1.*

37. Ὅτι πολλάκις] Οἷον ἡδὺ πνεῖς, Λυκιανὲ, κατὰ τὴν καρδίας, ὥσπερ *ἀσαρτίας & μύρου ἅπασαν ὑπόνοιαν τῶν ἀληθεύων. *V.*

* Ἀσαρτίας καὶ] In editis fuit ἀλαβάστρου, quod emendavit *Solan.* addens: C. D. ἀσαρτίας καὶ, & sic V. quo nomine unguentum aliquod haud dubie designare voluit. Certe sic tacite mutare, & ἀλαβάστρου edere, ut in Impr. factum est, non decet.

neiσθαι certe ad saltantes referri, nemo, puto, dubitat. Sic *Aristoph.* Νεφ. 296. Μέγα γάρ τι θεῶν κινεῖται σμῆνος ἀοιδαῖς, loqui videtur de modulato ingressu & saltatione, id est choro, nubium. Jam ὑποκινεῖσθαι ἱλαρῷ προσώπῳ τραγῳδίαν videtur idem significare quod κινεῖσθαι ὑπὸ προσώπῳ τραγῳδίαν, motus tragicos edere sub persona ridente. Τραγῳδίαν γέμουσαν simpliciter verti *plenam*, quod probabilis videretur *Gronoviana* interpretatio, licet quibus argumentis atque exemplis usus est vir doctissimus, de illis non idem per omnia existimem. *J.M.G.*

Ὑποκρινόμενον] Hoc recepi, quia verissime respondet κωμικὰς προσώπῳ; nam comoedorum propria hypocrisis, cujus mentio etiam hoc *Dial.* frequens. Cl. *Gesner.* vulgatum ὑποκινούμενον verterat, *agere*: Ego *simulare* reposui. *J.F.R.*

Ibid. Ἱλαρῷ & κωμικῷ] *Claudianus* in 1. Conf. Stiliconis lib. II. v. 34.

Invisos odisse palam; non virus in alto
Condere; non laetam speciem praetendere fraudi:
Sed certum mentique parem componere vultum.
J.T.

29. Περιπαθῆ τινα & γέμουσαν τραγῳδίαν] Quum simpliciter & pari vocum ordine reddidisset Melanchthon *agitque laeta & comica facie tragœdiam meram & nihil non triste patientem:* Benedictus illud nudum γέμουσαν gravatus *plenam affectibus tragœdiam* dedit, abolito modo, quo per copulativam se extendit Lucianus. Id exemplum video placere aliis, qui putant supplendam orationem, ut legatur κακῶν γέμουσαν. Quod omnino nequeo probare, etsi videatur prima fronte blandiri. Nam quum dicit Lucianus καὶ γέμουσαν τραγῳδίαν, simul tacite intelligit *plenam* eorum casuum, qui solent esse proprii tragœdiarum. Quod ipsum solent saepe omittere. Sic paulo ante dixit μεστὰς ὑποψιῶν, non addito quibus rebus essent repletæ. Sic in Symposio. οἱ σοφοὶ δὲ ἠσέλγαινον, καὶ ἐλοιδοροῦντο καὶ ὑπερεπίμπλαντο & ἐκεκράγεισαν. Utique nec hic speciatim quidquam addit. Quin etiam *Polybius* libro I. de prælio ad Ægates dicit, nunc πρὸς Ἄννωνα ποιήσεσθαι τὸν ἀγῶνα & πρὸς αὐτὰς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις καὶ προσέτε γέμοντα τὰ σκάφη, nunc αἱ μὲν γὰρ νῆες γέμουσαι δυχρήστως διέκειντο πρὸς κίνδυνον. Idem fit apud Græcos in aliis verbis. *J.G.*

Ibid. Πένθους] Sic *Ven.* utraque; in reliquis omnibus omissum, tam Mss. quam impressis. Sed genuina omnino scriptura, ut Συγγρ. c. 31. Epicurus apud *Diog. Laërt.* p. 301. B. ὁ δίκαιος ἀταρακτότατος. ὁ δὲ ἄδικος πλείστης ταραχῆς γέμων. Cl. *Bentlejus* reposuit, & pro γέμουσαν, σείουσαν, aut tale quid reponit. *M. du S.*

30. Γέμουσαν] Lege σείουσαν. *F.G.*

Ibid. Μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν] Verte: *Hoc autem tum illis maxime evenit, cum hic, qui calumniam struit, illi, qui calumnia appetitur, antehac amicus esse visus, eodem modo facit.* *J.T.*

31. Ἐπειδὰν πάλαι φίλῳ] *Palladas* lib. I. Anthol. cap. 42.

Οὐχ ὕτω βλάπτει μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδὸν,
Ὥσπερ ὁ τὴν καθαρὰν ψευδόμενος φιλίαν.
Τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα προειδότες ἐκτρεπόμεσθα.
Τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν ὑ προφυλασσόμεθα.
Ἐχθρὸν ἐγὼ κεῖνον κρίνω βαρύν, ὃς ποτε λάθρᾳ
Τὴν ἀπὸ τ' φιλίας πίστιν ἔχων ἀδικεῖ.

Non ita nocet, qui odium suum præ se fert,
Atque ille, qui sinceram simulat amicitiam.
Nam inimicum praescientes evitamus.
At ab eo, qui se amicum profitetur, nobis non cavemus.
Illum ego gravem judico inimicum, qui clanculum
Per amicitiæ fidem injuriam facit.
J.T.

33. Ποιῆται ὁμοίως] Interpretatus sum, quasi legeretur ὅμως, quod placuit etiam Caselio. *J.M.G.*

Ibid. Τότε γὰρ ὅτε φωνὴν] *Seneca* de Ira lib. I. cap. 7. *Commota enim semel & concussa mens ei servit, a quo impellitur.* *J.T.*

σιν αἰτίαι, τὰς ἄλλας λανθάνεσαι. καὶ ἐνίοτε οἷς αὐτός τις ἔνοχός ἐστι, ταυτὶ φθάσας καληγόρησε τὸν πλησίον; ἐκφυγεῖν οὕτω πειρώμενος τὴν διαβολήν. καὶ ὅλως, ἐχθρὸν μὲν οὐδεὶς ἂν τολμήσειε διαβάλλειν· ἄπιστος γὰρ [a] αὐτόθι ἡ καληγορία, πρόδηλον ἔχουσα τὴν αἰτίαν· τοῖς δοκοῦσι δὲ μάλιστα φίλοις ὑπεχειροῦσι, τὴν πρὸς τοὺς ἀκούοντας εὔνοιαν ἐμφῆναι προαιρούμενοι, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ἐκείνων συμφέροντι οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων ἀπέχονται.

Εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ μάθωσιν ὕστερον ἀδίκως διαβεβλημένους παρ' αὐτοῖς τοὺς φίλους, ὅμως ὑπ' αἰσχύνης, ὧν ὑπίστευσαν, [b] οὐδ' ἔτι προσίενται, οὐδὲ [c] προσβλέπειν τολμῶσιν [d] αὐτούς, ὥσπερ ἠδικημένοι, ὅτι μηδὲν ἀδικοῦντας ἐπέγνωσαν.

Τοιγαροῦν πολλῶν κακῶν ὁ βίος ἐπλήσθη καὶ τοῦτο ῥᾳδίως καὶ ἀνεξετάστως πεπιστευμένων διαβολῶν. ἡ μὲν γὰρ Ἀντεια,

mos cauſſas odii incidere, quae fugiant alios. Nonnunquam etiam, quorum aliquis ipſe reus eſt, eorum accuſare occupat alium, effugere ita criminationem tentans. Atque in univerſum inimicum criminari nemo auſit. Fidem enim ſtatim amittit delatio, quae cauſſam manifeſtam habeat. Sed illos aggrediuntur, qui maxime videntur amici, qua re ſuam adverſus audientes benivolentiam oſtentatum eunt, qui ipſorum utilitatis cauſſa ne familiariſſimis quidem parcant.

25. Sunt vero qui etiam cum deinde didicerunt, injuria delatos apud ſe amicos, tamen verecundia quadam fidei temere habitae, neque admittere quidquam *excuſationis*, nec adſpicere illos audent, tanquam injuria affecti *eo ipſo*, quod nihil injuſte egiſſe illos deprehenderunt.

26. Itaque malis multis impleta eſt vita, a creditis ita temere & ſine examine delationibus. Antia enim,

Aut

a Αὐτόθι] Sic Edd. fere omnes & B. Αὐτόθεν *J.* & *V2.* ac marg. *A1.* b Οὐδ' ἔτι] Ex emendat. *Solan.* Οὐδὲ τι Edd. priores. c Προσβλέπειν τολμῶσιν] Ita *Solan.* reſcripſit ex B. Vulgo inverſe: τολμῶσι προσβλέπειν. d Αὐτοὺς] Αὐτοῖς male *Fl.*

40. Οἷς αὐτὸς] Εἰς τὸν Ἰωσὴφ αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ. *V.*

* Οὐ κακῶς σοι δοκεῖ, ὦ † ἑρμηνεῦ· ὁ γὰρ εἰς Ἰωσὴφ ὁ λόγος αἰνίττεται, ἀλλ' εἰς Βελλεροφόντην, ὃς ὁ αὐτὸς παρόμοιον αὐτοῦ πέπονθεν εἰς τὴν τοῦ Προίτου γυναῖκα Ἄντειαν, ὡς φησιν Ὅμηρος ξυ ‡ Ζ, καὶ τὴν Χίμαιραν ἀντιγράφει αὐτός. ὁ πολὺ δὲ τὸ ξυ μέσῳ διάφορον. *V.*

* Οὐ κακῶς] Novum Scholium eſt; ſed ad eadem verba relatum. *M. du S.* Καλῶς legend. probe monet Cl. *Weſtenius.*

† Ἑρμηνεῦ] Ὡσμηνεῦ edita, ad quae haec nota addita: ſic clare legitur in Mſ. Videtur hoc ſcholion alterius eſſe Grammatici, qui auctori praecedentis ſcholii contradicat. Quid ſit ὡσμηνεῦ plane ignoro; niſi forte legendum ſit ἑρμηνεῦ, i. *interpres*, quo nomine praecedentem Scholiaſtam appellaret hujus ſcholii auctor. *J. Cler.* Immo ἱρμηνεῦ legitur, ε & ρ ita conjunctis, ut facile ὡς credas, non ἑρ. expreſſum. *M. du S.*

‡ Ζ] ἢ V. male. (vid. Il. Z. 164.) *M. du S.*

40. Αὐτός τις ἔνοχος] Sic apud *Senecam* in Hippolyto v. 720.

Regeramus ipſi crimen, atque ultro impiam
Venerem arguamus. Scelere vincendum eſt ſcelus.
Tutiſſimum eſt inferre, cum timeas, gradum.

Ita & Antoninus Caracalla, quum Getam fratrem obtruncaſſet, per totam regiam currens, clamabat μέγαν κίνδυνον ἐκπεφυγέναι, μόλις τε σωθῆναι. *Magnum ſe effugiſſe periculum, vixque evaſiſſe incolumem*, parricidio immanem ſuperaddens calumniam, ut eſt apud *Herodian.* lib. IV. cap. 4. Sic Jugurtha, cum Hiempſalem interfici curaſſet, & Atherbalem bello invaſiſſet, ſcelere velabat ſcelus, mentitus, *Hiempſalem ob ſaevitiam ſuam ab Numidis interfectum: Atherbalem ultro bellum inferentem, poſtquam ſuperatus ſit, queri, quod injuriam facere nequiſſet*; teſte *Salluſtio* cap. xv. belli Jugurth. *J. T.*

46. Τὴν πρὸς τοὺς ἀκούοντας εὔνοιαν] *Themiſtius* Oratione III. φύονται δέ τινες ἐν ἀνθρώποις ἀλώπεκες, μᾶλλον δὲ ἀνθρώπια σμικρά τε καὶ ἀνελεύθερα, τὰς ἀλώπεκας ὄπισθεν ἑφελκόμενα· οἱ δὲ αὐτῶν οὐκ ἀλώπεκας, ἀλλὰ δράκοντας ἰοῦ χαλεποῦ ἐν ἀτόποις μεσοῦσι ὑπερπονίας, καὶ κρυπτομένους εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας ὑποπετάσμασιν, οὓς ἀπελαύνειν χρεὼν καὶ ἀποσοβεῖν πορρωτάτω. *Exiſtunt autem etiam inter homines Vulpeculae quaedam, ſive homunciones potius exigui & illiberales, pone vulpes ſecum attrahentes: alii vero non vulpes, ſed ſerpentes difficilis & horribilis veneni plenos, adrepentes, & benevolentiae & humanitatis involucris obtectos, qui longiſſime abigendi & expellendi ſunt.* Ita apud Syneſium Typhonis uxor ad uxorem praefecti peregrinae militiae ventitans, & per calumniam Oſiridi necem ſtruens, ſeorum

Aut morere, inquit, *o Proete, aut interfice Bellerophontem*
Qui noſtrum invitae voluit conſcendere le-
ctum:

cum tamen ipſa prius pudore illius tentato repulſam tuliſſet. Et parum abfuit quin in certamine cum chimaera periret juvenis, qui hanc mercedem retulit ſuae temperantiae, & pudoris adverſus hoſpitem, ut libidinoſae mulieris inſidiis peteretur. Phaedra autem ipſa quoque ſimilia cum detuliſſet contra ſuum privignum, effecit ut exſecrabilis fieret patri, nihil, Dii boni! nihil nefandum cum patraſſet.

27. *Sane quam!* dicet aliquis. *Sed fide dignus nonnunquam eſt delator, qui juſtus caetera & prudens eſſe videatur: & oportebat rationem illius habere, qui nunquam tale maleficium commiſerit.* Numquid ergo eſt aliquis Ariſtide juſtior? Sed tamen ille etiam coivit

Τεθναίης, φησὶν, ὦ Πρῖτε, ἢ [e]κάκλα-
νε Βελλεροφόντιν,
Ὃς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ
ἐθελούσῃ·

αὐτὴ προτέρα ἐπιχειρήσασα, καὶ ὑφορθεῖσα. καὶ μικρᾶ ὁ νεανίας ἐν τῇ πρὸς Χίμαιραν συμπλοκῇ διεφθάρη, ἐπιτίμιον σωφροσύνης ὑποσχών, καὶ ἡ πρὸς τὸν ξένον αἰδὼς ὑπὸ [f]μάχλα γυναικὸς ἐπιβεβουλευμένη. ἡ δὲ Φαίδρα, κἀκείνη τὰ ὅμοια καλειπθεῖσα τῷ προγόνῳ, ἐπάραλον ἐποίησε τὸν Ἱππόλυτον γενέσθαι, ὑπὸ τοῦ πατρὸς, οἴμοι, ὦ θεοὶ, οἴμοι ἀνόσιον εἰργασμένον.

Ναὶ, φήσει τις. ἀλλ' ἀξιόπιστός ἐστιν ἐνίοτε ὁ διάβολλων ἀνὴρ, τότε ἄλλα δίκαιος, καὶ συνετὸς εἶναι δοκῶν, καὶ [g]ἐχρῆν προσέχειν αὐτῷ, ὅτε μηδὲν ἂν [h]τοιοῦτο κακουργήσαντι. ἆρ' οὖν τοῦ Ἀριστείδου ἔστι τις δικαιότερος; ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος συνέστη ὑπὸ

e Κάκταν] Al. male κάτθανε *Coll.* f Μάχλα] Μάχλης *Th. Mag.* g Ἐχρῆν] Χρῆν B. h Τοιοῦτο] Τοιοῦτον B.

58. Κάτθανε] Γραι. κάκταν. *G.*

rum ſeſe fingit miſereri, quibus cum liberis & uxoribus certa immineret ab Oſiride pernicies; καὶ ἅμα ἐδάκρυσεν ἂν ὑπογενειάζουσα τὰ παιδάρια, εὔνοιαν οἰκτῳ προσποιουμένη. *Simulque ejus complexa tenellos liberos lacrumari cœpit, benivolentiam hac commiſeratione aſſimulans.* *J.T.*

47. Ἐπὶ τοῦ ἐκείνων συμφέροντι] *Cicero* l. I. de Offic. cap. 13. *Totius autem injuſtitiae nulla capitalior eſt, quam eorum, qui tum, cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni eſſe videantur.* *Origines* lib. VI. contra Celſum: Τότε μάλιστα τὸ φαῦλον ἐν τῇ κύσει τῆς κακίας, καὶ τῇ ἀκρότητι αὐτῆς εἶναι χαρακτηρίζεται, ὅτε ὑποκρίνεται τὸ κρεῖττον. *Tum maxime nequitia ad cumulum & culmen improbitatis perveniſſe notatur, cum ſpeciem ſibi virtutis induit.* P. Syrus:

Malus bonum ubi ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus.
J.T.

52. Οὐδ' ὅτι] In omnibus antea οὐδέ τι corrupte. Statim etiam ex Mſ. Ox. ordinem vulgatum Impreſſorum mutavimus, in quibus prave legebatur τολμῶσι προσδλέπειν. *M. du S.*

58. Τεθναίης] *Homer.* Il. Z. 164. *M. du S.*

60. Ἔθελε] Corrige ἔθελεν. *F.G.* Neceſſario, ideoque vel ſine auctoritate alia paruí. *J.F.R.*

Ἔθελεν] Ita apud *Homerum* legitur, melius quam ut in libris noſtris eſt ἔθελε. *M. du S.*

62. Αὐτὴ προτέρα ἐπιχειρ.] Nota Hippodamiæ & Myrtili fabula; notiſſima Fauſtæ & Criſpi Cæſaris; minus celebris illa Damaſippes & Hebri apud Plutarchum de flumin. eſt & aliud novercæ privignum in amore immorigerum ad patrem deferentis exemplum apud *Heliodorum* in Æthiopicis, ut & apud *Apulejum* lib. X. Mileſiacor. Plura exempla *Muretus* congeſſit cap. XII. lib. I. Var. Lect. *J.T.*

64. Ἐπιτίμιον] Conf. T. I. Μισ. c. 4. T. II. Ὀργ. c. 4. Et Τοξ. c. 10. f. *M. du S.*

66. Μάχλα] *Thomas Magiſter* μάχλης in ſuo codice videtur legiſſe. Sic iterum uſurpat Noſter Ὀν. c. 4. *M. du S.*

Μάχλα] Pro vulgato facit, quod & ſupra, *Aſin.* c. 4. habuimus μάγος γάρ ἐστι δεινὸς ὁ μάχλος. quare & hic nihil mutaverim. *J.F.R.*

70. Οὐδὲν ἀνόσιον εἰργασμένον] Unde ipſa Phædra apud *Senecam:*

— *Falſa memoravi; & nefas,*
Quod ipſa demens pectore inſano hauſeram,
Mentita finxi. Vana puniſti, pater:
Juvenisque caſtus crimine inceſtae jacet,
Pudicus, inſons.
J.T.

76. Ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος] Unde hoc Lucianus acceperit, neſcio. *Plutarchus* certe, in Ariſtidis vita, negat.

ὑπὸ τ Θεμιστοκλέα, καὶ συμπαρώξυνε τ δῆμον, ἧς [a] φησιν ἐκεῖνος πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑποκεκνισμένος. δίκαιος μὲν γὰρ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης, ἄνθρωπος δὲ καὶ αὐτὸς ἦν, καὶ [b] χολὴν εἶχε, καὶ ἠγάπα [c] τινὰς, καὶ ἐμίσει.

Καὶ εἴγε ἀληθής ἐστιν ὁ περὶ τοῦ Παλαμήδους λόγος, [d] ὁ συνετώτατος τ Ἀχαιῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄριστος, τ ἐπιβουλὴν καὶ ἔνεδραν ὑπὸ φθόνου φαίνεται συνυφανθεῖσαν ἀνδρὸς ὁμαίμου, καὶ φίλου, καὶ ὑπὲρ τ αὐτὸν κίνδυνον ἐκπεπλευκότος. ἔτως ἔμφυτον ἅπασιν ἀνθρώποις ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτία.

contra Themistoclem; & concitavit una populum, eodem *nempe*, ajunt, quo iste civilis ambitionis pruritu solicitatus. Scilicet justus, si cum aliis comparetur, Aristides: at homo erat ipse quoque, & bilem habebat, & amabat quosdam atque oderat.

28. Et, si vera est illa de Palamede narratio, Graecorum ille prudentissimus, & aliis rebus optimus, machinationem illam atque insidias invidia composuisse deprehenditur contra virum consanguineum, & amicum, & qui ad ejusdem societatem periculi una navigaverat. Adeo insitum est hominibus omnibus in tali re peccare.

29. Quid

a Φησιν] Vulgo male φασιν, sed φ.ὶ per compend. B. *Fl. Fr.* B1. & 2. χολᾶν *Ald. Fr.* & *H.* sine puncto subscripto, item B. b Χολὴν] Bene sic *P. A.* χολᾷν male *S. Fl.* c Τινὰς] Τινὰ *Fl.* & B. d Ὁ] Sine artic. B.

78. Φιλοτιμίας ὑποκεκνισμένος] Τὸ λόγιον τοῦτο ταύτῃ ὑποκεκνισμένος ἀντὶ τοῦ ᾗ γὰρ ταύτῃ ᾗ φθονούμενος αὐτῷ. ἐχθρὸς δὲ ἦν *ἀεὶ Θεμιστοκλέους Ἀριστείδης. διὸ ὁ συν αὐτῷ πρεσβευτὴς πεμφθεὶς Ἀριστείδης, βούλει, φησὶ, ἐπὶ τῶν †ὁρέων, Θεμιστόκλεις, τὴν ἔχθραν ἀπολίπωμεν, ἐν γὰρ δοκῇ, πάλιν αὐτὴν ἐπανιόντες ‡ἀναλῃψόμεθα. *V.*

* Ἀεὶ Θεμις.] C. Θεμιστοκλῆς ἀεὶ Ἀριστείδου διὸ. At in C. D. M. eodem quo in Ed. *A.* modo legitur, nisi quod διὸ recte habet, non διὰ, ut illa. *M. du S.*

† Ὁρέων] Nullo sensu hic antea legebatur ἐχθρῶν. Vox quam reposui ex C. est, & V. ipso. *M. du S.* Fors ὄρεων.

‡ Ἀναλῃψόμεθα] Ἀναλειψ. editum antea. Emendavit *M. du S.*

gat ab eo Themistoclem vel dicto, vel facto læsum. *J. T.*

78. Ἧς φασιν ἐκεῖνος πολιτικῆς φιλοτιμίας] Ἧς φασιν ἐκεῖνος εἶχε πολιτικῆς φιλοτιμίας. *Th. M.*

Ἧς φασιν ἐκεῖνος] Vertendum fuerat: *ejusdem, cujus ille, ut ferunt, popularis gloriæ cupidus: vel eadem, qua ille, ut ajunt, ambitione popularis flagrans.* *J. T.*

Ἧς φασιν ἐκεῖνος] Post inventum φησιν, quod jam ad ἐκεῖνος referendum, commate quod ante & post φασιν in plerisque erat, sublato, nihil opus est *Marciliana* τοῦ εἶχε inversione, *Aldina* & *H.* uno tenore ἧς φασιν ἐκεῖνος π. φ. ὑ. quo facilius medicinam admittunt. *J. F. R.*

Ἧς φασιν ἐκεῖνος &c.] An sic leg. videtur: Ὡς φασιν, ὑπὸ πολ. φιλ. κεκνισμένος. Vel sic: πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑπο κεκνισμένος. Sic *Electr.* 1. ἡλέκτρᾳ πέρι. *F. G.* Sed dein vidit vulgatam sanam esse, addens: πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑποκεκνισμένος. Sic infra: τὴν δὲ νῦν ἠρέμα διολισθαίνουσαν τ καμάτων. Plura adderem, si spatium daretur. *J. F. R.*

Ibid. Φησιν ἐκεῖνος] Legebatur antea φασιν, ἐκεῖνος in Impr. & Mss. Ox. sed verba haec, cum Luciani non sint, sed scriptoris Anonymi, ita rescribendum fuit. De horum autem inimicitia *Polyaen.* Strat. I. p. 45. *M. du S.*

79. Ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους] *Ad alios comparatus.* *J. T.*

81. Χολᾶν εἶχε] An χολὴν εἶχε; *F. G.*

83. Εἴγε ἀληθής ἐστιν ὁ περὶ τοῦ Παλαμήδους λόγος] In dubium etiam vocat *Strabo* VIII. p. 368. D. quia de eo silet *Homerus*: cui objectioni quid respondeatur, apud *Philostratum*, docebit te Casaubonus in nota; nempe factum id ab Homero, ut honori Ulyssis, cujus fraude perierat Palamedes, consuleretur. *M. du S.*

phrade autem prius. Nam dic mihi, per ego te Vulgivagam, & Genetriculam, & Cybeben oro, quare tibi reprehenſione aut riſu dignum *Apophradis* nomen viſum eſt? Ita ſane. Nec enim erat Graecorum proprium; ſed alicunde quaſi comiſſatum venit illis a Celtarum, aut Thracum, aut Scytharum colluvie. Tu vero (noſti enim Athenienſium omnia) ſtatim hoc excluſiſti, & praeconio de Graeco *ſolo* ejeciſti. Hinc riſus, quod barbare loquor, & peregrinum in morem, & terminos Atticos egredior. Verum enim vero quod aliud ita Athenienſibus patrium ſit, atque hoc nomen, qui magis quam tu norunt talia, dixerint: adeo ut citius Erechtheum & Cecropem peregrinos atque advenas eſſe Athenis oſtendas, quam *Apophrada* demonſtres non domeſticam eſſe indigenamque Atticae.

δὲ τ ἀποφράδα πρότερον. εἰπὲ γάρ μοι πρὸς [b] Παανδήμου, καὶ [c] Γενετυλλίδα, καὶ [d] Κυβήβης, πῆ σοι μεμπτὸν, καὶ γέλωτος ἄξιον τοῦνομα εἶναι ἔδοξεν ἡ ἀποφράς; νὴ Δί', ἐγὼ μὲν οὖν τῶν Ἑλλήνων ἴδιον, ἀλλά πόθεν [e] ἐπεισκωμάσαν αὐτοῖς ἀπὸ τ πρὸς Κελτοὺς ἢ Θρᾷκας, ἢ Σκύθας, ἐπιμιξίας. σὺ δὲ (ἅπαντα γὰρ οἶδα τὰ τ Ἀθηναίων) ἐξέκλεισας τοῦτο εὐθὺς, καὶ ἐξεκήρυξας τοῦ Ἑλληνικοῦ. καὶ ὁ γέλως ἐπὶ τούτῳ, ὅτι βαρβαρίζω, καὶ ξενίζω, καὶ ὑπερβαίνω τοὺς ὅρους τοὺς Ἀττικούς. καὶ μὴν τί ἄλλο ἔστως Ἀθηναίοις ἐπιχώριον, ὡς τοῦτο τοὔνομα, φαῖεν ἂν οἵγε σοῦ μᾶλλον τὰ τοιαῦτα εἰδότες; ὥστε θᾶττον ἂν Ἐρεχθέα, καὶ τ Κέκροπα, ξένους ἀποφήναις, καὶ ἐπήλυδας εἶναι τῶν Ἀθηνῶν, ἢ τ ἀποφράδα δείξειας σὸν οἰκείαν καὶ αὐτόχθονα τ Ἀττικῆς.

Πολ-

b Παανδήμου] Τῆς addit *Solan.* non dicens unde. *c* Γενετυλλίδα] Γενετυλλίδων male *F.* & marg. *A1.* *d* Κυβήβης] Recte ſic *F.* Κυδίδης male Edd. cett. & M. *e* Ἐπεισκωμάσαν] Nil mut. Edd. & M.

97. Καὶ Γενετυλλίδων] Εἰς ἀφροδίσια σκῶψαι βουλόμενος τ κακοδαίμονα τυτονὶ, τοῖς τοιούτοις αὐτὸν ὀνόμασιν ὀρχῶσαι διέγνωκεν, ἃ προδήλως τ αἰχρᾶς Ἀφροδίτης εἰσὶν ἐπίθετα. *V.*

Γενετυλλὶς δαίμων ὀφλὰ τὴν Ἀφροδίτου γενέσεως αἰτίως. ob quod & appellata ſic. οἱ δὲ περὶ τὴν Ἄρτεμίν φασιν τ τοκετῶν ἐφόρους. καὶ πάλιν ὀφλὰ τὴν γένεσιν. *Ariſtoph.* ἐκ τοῦ μέλους, ὦ ποτνιαι Γενετυλλίδες, καὶ Θηλυδριῶδες & καλεγλωττισμένον, καὶ μαινδαλωτόν. Γενετυλλὶς, ἤτοι ἡ Ἀφροδίτη, ὡς γενέσεως αἰτία. *G.*

12. Ἐπήλυδας] Ξένους, ἐποίκους. *G.*

haec obteſtatio, ſeu adjurationem malis, quam in libello *contra Indoctum* c. 3. illa *Libanitidis* mentio. Videtur autem etiam Γενετυλλὶς parum honeſta jam *Ariſtophanis* aetate fuiſſe, cujus loca jam laudata *Graevio*. Hanc ipſam ob cauſſam auſus ſum non *Genetricem* hic reddere, quod honeſtum Romae, ac tantum non ſeverum numen eſt, ſed *Genetriculam*. *F. M. G.*

Πρὸς Παανδήμου] Non ſatis video cur articulum neceſſario inſertum velit *Solan.* Nam in his formulis articulus frequentius omitti amat, ut ſupra *Bacch.* c. 5. πρὸς Χαρίτων. infra c. 16. πρὸς Ἀδώνιδος, quae adſeveratio eadem eſt, atque hic. Dein c. 26. pr. Πρὸς θεῶν. item c. 28. πρὸς θεῶν εἰπέ μοι. & c. 31. f. πρὸς Διός. Ac *Dipſ.* c. 9. πρὸς Φιλίου. Et crebro alibi. Verum & addi interdum articulum, quis inficiabitur? nam & paullo ſupra, *Adv. Indoct.* c. 3. Πρὸς τ Λιβανίτιδος. Sed ideo non inſerendus, ubi ab Libris abeſt. *F. F. R.*

Ibid. Γενετυλλίδος] In *F.* uti in Mſ. Gr. Γενετυλλίδων. quam ſcripturam ſciolus aliquis invexerit, qui cum Ἐρωτ. c. 42. Γενετυλλίδας plurali numero legiſſet, & hic ita legendum eſſe credidit: ſed longe alia ratio eſt; ſervandaque omnino vulgata, quamvis *Pauſanias* etiam plurali numero habeat p. 2. 3. *M. du S.*

98. Κυδίδης] Corrige Κυδήδης. *Heſych.* Κυδήδη, ἡ μήτηρ τ θεῶν, καὶ ἡ Ἀφροδίτη. Depravate apud *Heſych.* Κυδήκη legitur, pro Κυδήδη. *Suid. Euſt.* *F. G.*

Κυδήδης] Conf. infra Τραγοπ. vſ. 30. *M. du S.*

99. Νὴ Δία] Ἀποσιώπησις hic notanda eſt. *M. du S.*

5. Ἑλληνικοῦ] Ἔθνους aut ſimile quid ſubauditur. *F. G.*

13. Ἀποφράδα] Ad hoc verbum *F. Brod.* Miſc. p. 2. c. 17. p. m. 498. haec commentatur: Notatus eſt, (ait) a quodam Lucianus, ut ex ejus ſcriptis cognoſcimus, quod vocem hanc ἀποφράς, perinde ac barbaram uſurpaſſet: quam vel uno hoc argumento ἑλληνικοτάτην probare poſſem, quod eam *Plato* νόμων ζ. in ore habuerit: ὁπόταν ἡμέραι μὴ καθαραί τινες, ἀλλ' ἀποφράδες ὦσι. *Plutarch.* οὐκ ἂν ἔφη σήμερον ἀγωνισώμεθα προθύμως, ἵνα & ταύτην ἐξ ἀποφράδος & σκυθρωπῆς ἱλαρὰν, καὶ προσφιλῆ Ῥωμαίοις ποιήσωμεν. *Dionyſ. Halic.* Τὴν δὲ ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ᾗ τὸ πάθος ἐγένετο, μελαίνάν τε & ἀποφράδα τίθενται. Id eſt atram, inauſpicatam & nefaſtam. Dicitur & ἀποφρὰς ὥρα πω, meo judicio parum ſcite. *Aul. Gell.* L. IV. c. 19. *Religioſi dies dicuntur*

Πολλὰ γὰρ ἔστιν, ἃ καὶ αὐτοὶ κατὰ ταὐτὰ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ὀνομάζουσιν, ἀποφράδα δὲ μόνοι ἐκεῖνοι τὴν μιαρὰν, καὶ ἀπευκτὴν, καὶ ἀπαίσιον, καὶ ἄπρακτον, καὶ σοὶ ὁμοίαν ἡμέραν. ἴσθι καὶ μεμάθηκας ἤδη ὁδῷ πάρεργον, τί βούλεται αὐτοῖς ἡ ἀποφὰς ἡμέρα, ὅταν μήτε αἱ ἀρχαὶ χρηματίζωσι, μήτε εἰσαγώγιμοι αἱ δίκαι ὦσι, μήτε τὰ ἱερὰ ἱερουργῆται, μήθ' ὅλως τι τῶν αἰσίων τελῆται, αὕτη ἀποφὰς ἡμέρα.

12. Multa enim sunt, quae ipsi eodem modo, ac reliqui homines, appellant. *Apophrada* autem soli isti, atrum, & abominandum, & infaustum, & inauspicatum, & similem tibi diem. Ecce jam obiter didicisti, quid sibi velit apud illos dies *Apophras*: cum neque magistratus sui copiam faciunt, neque in jure aliquis conveniri potest, neque sacra peraguntur, neque omnino rerum, quas faustas esse volumus, quidquam peragitur: illa dies *Apophras* est.

Ἐνομίσθη δὲ τοῦτο ἄλλοις ἐπ' ἄλλαις αἰτίαις, ἢ γὰρ ἂν ἡττηθέντες μάχαις μεγάλαις, ἔπειτα ἔταξαν ἐκείνας τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς τὰ τοιαῦτα ἐπεπόνθεισαν, ἀπράκτους καὶ ἀκύρους τῶν ἐννόμων πράξεων εἶναι, ἢ καὶ, νὴ Δία. καίτοι ἄκαιρον ἴσως, καὶ ἔξωρόν γε ἤδη, γέροντα ἄνδρα μελαπαιδεύειν, καὶ ἀναδιδάσκειν τὰ τοιαῦτα, μηδὲ τὰ πρὸ τούτων εἰδότα. πάνυ γοῦν τοῦτ' ἴσθι τὸ λοιπὸν, κἂν ἐκμάθῃς αὐτὸ, πᾶν ἡμῖν εἰδὼς ἔσῃ. πόθεν γάρ, ὦ οὗτος; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα [a] κἂν ἀγνοῆσαι συγγνώμη, ὁπόσα ἔξω τοῦ πολλοῦ πάτου, καὶ ἄδηλα τοῖς ἰδιώταις· τὴν ἀποφράδα δέ, ἂν δὲ βουληθεὶς ἂν, ἄλλως εἴποις. ἓν γοῦν τοῦτο καὶ μόνον ἁπάντων τοὔνομα ἔστω, [b] φησί τις.

13. Illud vero aliis aliisque de causis receptum est. Aut enim magnis superati praeliis, deinde dies hosce, quibus talia illis evenerant, nefastos esse constituerunt, quibus nihil legitimae actionis, ita quidem ut ratum deinde esset, posset suscipi: aut etiam per Jovem .... Quamquam intempestivum forte, & serum nimis jam, aliter instituere senem hominem, ac de novo docere talia, qui neque ea, quae praecedunt, noverit. Nimirum, *dicas forte*, hoc est *solum* reliquum: & hoc si discas, futurum ut omnia deinde noveris. Unde enim, mi homo? Reliqua enim si ignores, condonandum fuerit, quae extra communem *quasi* viam, & plebejis incognita: sed *apophrada*, ne si velis quidem, aliter dixeris. Unum nempe hoc & solum omnium nomen hoc esto, dicit *forte* aliquis.

Ἀλλὰ καὶ τῶν παλαιῶν ὀνομάτων τὰ μὲν

14. Sed de veteribus quoque nominibus alia

[a] Κἂν] Καὶ *Fl.* [b] Φησί] Nil mut. Edd. & M. Leg. *φήσει*.

tur tristi omine infames, impeditique, in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum est. Ego, pace Gellii, fastos dies voco, quibus fari licet praetori tria verba solemnia: *Do, dico, addico*: quorum primum ad actiones, quibus rem dari petimus: secundum ad facta vel rei vindicationem; postremum ad exsecutiones pertinet, sicut & *adjudico*. His contrarios *nefastos* recte Latineque nominari pugno. Ovid. *Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur*. Horat. *Ille & nefasto te posuit die*. Varro: *vocantur dies nefasti per quos dies nefas fari praetorem, do, dico, addico*. &c. (*Horatii* ille locus est 2. Od. 13. 1. *Ovidii* 1. Fast. 47. Sed haec posteriora jam pueri sciunt. Addidi tamen, quia *Brodaeus* commentator primus Luciani dixit, & illo tempore nondum cuilibet nota erant. *J.F.R.*

30. Νὴ Δία] Hic aliquid desiderari videtur. *F.G.* Desideratur quidem; sed studio omissum, ἀποσιώπησις enim est. Et in marg. Parisinae additum: *Praecisio*. *J.F.R.*

Ibid. Ἔξωρον] Idem quod ἀφῆλιξ, de quo v. c. 15. *J.F.R.*

35. Κἂν ἀγνοῆσαι] Κἂν ἀγνοήσαις legendum videtur. *F.G.* Non male; sed non plane necessarium, si comma, quod feci, auferatur, ut construatur συγγνώμη τοῦ ἀγνοῆσαι. *J.F.R.*

39. Τοὔνομα] Post τὸ, τοὔνομα, τελεία στιγμὴ ponenda videtur. *F.G.*

40. Φήσει] Ita emendandum fuit, pro *φησὶ*, quod in omnibus libris nostris est, etiam in M. *M. du S.*

Φησί] Φήσει *Solan.* edi voluit. Facerem, si auctoritas librorum accederet. Interea cum eo sentio, cum li-

alia dicenda ſunt ; alia minus: quae nimirum non uſitata vulgo , ne perturbemus audientes , auresque eorum quibuscum verſamur , vulneremus. Ego vero , bone vir , peccaveram , ſi ad te iſta de te dixiſſem ; oportebat enim , oportebat aut Paphlagonum , aut Cappadocum , aut Bactrianorum vernacula tecum agere , ut intelligeres , quae dicerentur , & auditu tibi eſſent jucunda. Sed apud Graecos reliquos Graeca , puto , lingua utendum eſt. Deinde cum Attici etiam diverſis temporibus multa in lingua ſua mutaverint , hoc inter praecipua nomen remanſit , ita ſemper dictum , & ab omnibus.

15. Dicerem etiam eos , qui ante nos hoc nomine uſi ſunt , niſi & ea ratione te perturbaturus eſſem , peregrina tibi & incognita poëtarum , ac rhetorum , & hiſtoricorum nomina recenſendo. Potius nec ego tibi , qui dixerint , nominabo. Omnes enim norunt. At tu mihi unum ſi oſtenderis antiquorum non uſum eo nomine , aureus , ajunt , ſtabis Olympiae. Etſi , quisquam ſenex & devexa aetate haec talia ignorat , idem mihi videtur ignorare , Athenas urbem eſſe in Attica , & in Iſthmo Corinthum , & Spartam in Peloponneſo.

16. Reliquum illud forte tibi fuerit , uti

λεκτέα , τὰ δ' ὄ , ὁπόσα αὐτῷ μὴ συνήθη τοῖς πολλοῖς , ὡς μὴ ταράττοιμεν τὰς ἀκοὰς , ᾗ τιμῶσκοιμεν τ συνόντων τὰ ὦτα. ἐγὼ δὲ , ὦ βέλτιστε , πρὸς μὲ σὲ ἴσως ταῦτα ᾤ σ' εἰπὼν , ἥμαρτον , ἐχρῆν γ , ἐχρῆν ἢ χ' τὰ Παφλαγόνων , ἢ Καππαδοκῶν , ἢ Βακτρίων πάτρια διαλέγεσθαί σοι , c ἕως ἐκμάθῃς τὰ λεγόμενα , ᾗ σοὶ ἀκούειν ἡδέα. τοῖς δ' ἄλλοις Ἕλλησιν , οἶμαι , καθ' Ἑλλάδα γλῶτταν συνεῖναι χρή. εἶτα ᾗ τῶν Ἀττικῶν χ' χρόνους τινὰς πολλὰ ἐντρεψάντων τ αὐτῶν φωνῆς , τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα τ ὄνομα διετέλεσεν , ὅτως ἀεὶ , ᾗ πρὸς ἁπάντων αὐτῶν λεγόμενον.

Εἶπον ἂν ᾗ τοὺς πρὸ ἡμῶν κεχρημένους τῷ ὀνόματι , εἰ μὴ ᾗ ταύτῃ σε διαταράξειν ἔμελλον , ξένα σοι ᾗ ἄγνωτα ποιητῶν , ᾗ ῥητόρων , ᾗ συγγραφέων ὀνόματα d διεξιών. μᾶλλον δὲ ὐδ' ἐγώ σοι τοὺς εἰπόντας ἐρῶ. πάντες γ ἴσασιν. ἀλλὰ σύ μοι ἕνα τ πάλαι δείξας ὐ κεχρημένον τῷ ὀνόματι , Χρυσᾶς , φασὶν , ἐν Ὀλυμπίᾳ e στάθητι. χαίτοι , ὅστις γέρων ὢν , ᾗ ἀφῆλιξ , τὰ τοιαῦτα ἀγνοεῖ , δοκεῖ μοι ὅτι ᾗ Ἀθῆναι πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Ἀττικῇ , ᾗ Κόρινθος ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ , ᾗ Σπάρτη ἐν τῇ Πελοποννήσῳ , μὴ εἰδέναι.

Λοιπὸν ἴσως ἐκεῖνό σοι λέγειν , ὡς τὸ ἦ ὄνο-

c Ἕως] Sic Edd. & M. Ὡς emendat *Solan.* d Διεξιών] Bene ſi: plurimae, Διεξιόν *F.* e Στάθητι] Στάχυσιν *W.* male.

64. Ἀφῆλιξ] Πρεσβύτης. *V.*

librorum vulgo ſcribo. *F. F. R.*

42. Οὐ , ὁπόσα] Cur ſequente vocali adſpirata, non ſcriptum eſt ἃ χ; vid. Codd. vett. *F. G.*

Οὐ , ὁπόσα] Nihil varietatis reperio. Sed quia periodus clauditur , vel ſaltem vox quieſcit poſt οὔ , & vel punctum minus potuiſſet poni , ideo non opus erat οὔχ ſcribere , quia ſic adſpiratio ſequens non conjungitur cum οὔ. *F. F. R.*

48. Ὡς] In omnibus libris noſtris ἕως , quod cum ferri non poſſet , ego mutavi. *M. du S.*

51. Συνεῖναι] A σύνειμι , unde συνουσία , non a συνίημι , συνῆκα &c. *converſor , converſatio.* *F. G.*

52. Ἐντρεψάντων] Sic T. II. *Quom. Hiſt.* c. 15. ὀλίγον ἐντρέψας. *M. du S.*

53. Ἐν τοῖς μάλιστα] Supra T. II. *Gall.* c. 24. κάλλει τ πόλεων σὺ ταῖς μάλιστα. Vid. de hac phraſi Cl. *Hemſterh.* T. I. p. 3. σὺ τοῖς μάλιστα εὐδόκιμος. *F. F. R.*

62. Χρυσοῦς , φασὶν , ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι] Proverb. *F. B.*

Χρυσοῦς] Virg. *Et eris mihi magnus Apollo.* *M. du S.*

Χρυσοῦς &c.] Vid. *Bergl.* ad *Alciphr.* I. ep. 30. f. Nam habuimus crebro, ut plura addere nolim. *F. F. R.*

64. Ἀφῆλιξ] *Alciphr.* I. Ep. 6. etiam comparativo utitur ſcribens: ἀλλ' ὡς ἀφηλικέστερος , ᾗ γυναικὶ πάλαι συνών. *F. F. R.*

ὄνομα ἤδεις, τὸ δὲ χρῆσιν αὐτῷ ἄκαιρον ἠτιάσω· Φέρε δὴ καὶ ὑπὲρ τούτου πρὸς σὲ ἀπολογήσομαι τὰ εἰκότα, σὺ δὲ πρόσεχε τὸν νοῦν, εἰ μὴ πάνυ ὀλίγου σοι μέλῃ τοῦ μηδὲν εἰδέναι. [a] εἰ οἱ πάλαι πολλὰ τοιαῦτα πρὸ ἡμῶν ἀπέρριψαν ἐς τοὺς σοὶ ὁμοίους ἕκαστοι τοὺς τότε· ἦσαν γὰρ καὶ τότε, ὡς τὸ εἰκὸς, βδελυροί τινες ἐς τὰ ἤθη, καὶ μιαροὶ, καὶ κακοήθεις τὸν τρόπον. καὶ ὁ μὲν Κόθορνόν τινα εἶπεν, εἰκάσας αὐτοῦ τὸν βίον, ἀμφίβολον ὄντα τοῖς τοιούτοις ὑποδήμασιν· ὁ δὲ Λυπάνην, ὅτι τὰς ἐκκλησίας θορυβώδης ῥήτωρ ὢν, ἐπετάραττεν· ὁ δὲ Ἑβδόμην, ὅτι ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις, καὶ ἐκεῖνος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε, καὶ διεγέλα, καὶ παιδιὰν ἐποιεῖτο τὴν σπουδὴν τοῦ δήμου· [b] μὴ δῶς ἂν καὶ μοὶ, πρὸς Ἀδώνιδος, εἰκάσαι

odicas, nomen quidem te ſciviſſe, ſed uſum intempeſtivum a te eſſe reprehenſum. Age igitur, pro hoc etiam, ut par eſt, cauſſam dicam, tu vero animum adverte, ſi non nimis parum tua referre putas, nihil ſcire. Si antiqui multa id genus ante nos jecerunt in tui ſimiles ſuae quisque aetatis: (fuerunt enim tum quoque, ut vero ſimile eſt, abominandi quidam moribus, & impuri, & malefica vita) & alius Cothurnum quendam appellavit, vitam illius depingens, quae talibus calceamentis comparari poſſet; alius Rabiem, quod conciones tumultuoſus orator perturbaret; alius ſeptimum, quod ut pueri ſeptimis *cujusque menſis* diebus, ſic ille in concionibus luderet, rideretque, ac ludibrio ſibi feriam rem populi haberet: nonne igitur mihi etiam hoc, per Adonidem, dederis, uti comparem hominem undi-

a Εἰ] Deeſt in *Fl.* & W. b Μὴ] Delet *Marcil.* adeſt in Edd. & M.

71. Ἠτιάσω] Ἐμίμφου. *V.*

77. Βδελυροὶ] Αἰσχροποιοί. *G.*

78. Κόθορνον] Theramenem ita dictum fuiſſe veterum multi prodidere. V. *Suid.* & ſupra Ἔρωτ. c. 50. *M. du S.*

Κόθορνον] *Pollux* 7, 90. ſeq. inter genera calceorum, ὁ δὲ κόθορνος ἑκάτερος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν. ὅθεν καὶ τὸν Θηραμένην κόθορνον ἐκάλουν, ἀφ' ὧν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτεριστής. *J. M. G.*

80. Λυπάνην] An Δυσάνην; quaſi δυσαχῆ ἔτεμον. Placet. *F. G.*

Λυπάνην] Quo hic reſpexerit, ut & in ſequenti exemplo, ignoratur. Legimus apud *Ælianum* de Deotimo Athenienſi, qui χώρᾳ etiam audiebat. V. H. II. 41. *M. du S.*

Λυπάνην] Quid rei aut vocis aut formae ſit λυπάνη, neſcio an aliquis temere dixerit. Illud ſatis docet orationis tenor, poſtulari primo nomen appellativum rei, non hominis; deinde tale nomen, quod ad ſignificandum hominem *turbulentum in concionibus* aptum ſit. Dum quis melius quid vel ex libris vel ex ingenio proferat, ſuſpicari licebit, fuiſſe a Luciani manu λύσσαν. Qui ad luxuriem librariorum circa ductus geminati ſigma & caſus in ἄν attendit, ei non improbabilis, puto, hac parte conjectura noſtra videbitur, quam reſpectu ipſius rei commendat ſimilitudo, quae intercedit, inter illud furoris genus, quod λύσσαν Graeci vocant, quod nempe levi morſus aut ſalivae contagio communicatur ac transfunditur; atque inter ſeditioſos demagogi alicujus aut tribuni *furores*, quibus implere & quaſi inficere velut contagione quadam alios ſolent. Vid. inſignis locus ſupra *Nigrin.* c. 38. it. alius in fine *Philopſeudis*, & tertius in *Philopatr.* c. 22. *J. M. G.*

82. Ὁ δὲ ἑβδόμην, ὅτι ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις, καὶ ἐκεῖνος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε] Interpres: *Rurſus alius Hebdomam, quod perinde atque pueri ſeptimis diebus, ille etiam in concionibus luderet.* Hae ſeptimae dies non ſunt ſabbata, quorum *Sueton.* in Tib. meminit: *Diogenes Grammaticus diſputare ſabbatis Rhodi ſolitus, venientem, ut ſe extra ordinem audiret, non admiſerat: ac per ſervulum ſuum in ſeptimum diem diſtulerat*, ut exiſtimat vir magnus. ſed ſeptimos dies cujuscunque menſis, quos hebdomades lunae dixit *Gellius* XV, 2. Illi dies ſacri erant Apollini, quia ſeptima luna Thurgalionis natus erat, ut conſtat ex *Heſiodo* in ἔργοις καὶ ἡμέραις, v. 770. Vide ibi Proclum Convivia tum agitabant, & pueri ludebant. Septimus quoque dies poſt recens natum infantem a patribus familias celebrabatur, quippe quo nomen ei imponebatur, quamvis hoc alii decima facerent. Vide *Harpocrationem* in ἑβδομιόμῳ. Sed haec ſeptima dies huc non pertinet, ſed illa ſeptima menſis. De qua vide viros doctiſſimum *Meurſium* Graecia feriata in ἑβδόμη, & *Seldenum* de jure naturae & gentium III, 17. *J. G. G.*

Ibid. Ἑβδόμην] Fruſtra ſunt, qui ex hoc Luciani loco, aliisve ſimilibus, morem per ſeptimanas numerandi elicere conantur. Septimus enim hic dies, menſis ſeptimus eſt, ut ex *Gellio* patet L. XV. c. 2. Apol-

dique malum, flagitio omni innutritum, inauſpicato diei atque infauſto.

17. Nos etiam claudos dextro pede averſamur, & maxime ſi mane illos videamus: & ſi quis aut exſectum videat aut caſtratum, aut ſimiam, ad primum domo egreſſum, in ſua veſtigia reverſus redit, auguratus non bonas ſibi futuras illius diei actiones, poſt malum illud atque obſcenum primum omen. In principio vero, atque in foribus, primoque egreſſu, ſummoque velut mane totius anni, ſi quis videat cinaedum, facientem infanda patientemque, notabilem hac ipſa re, ruptumque & vietum, & tantum non nomine ſuorum operum appellatum, impoſtorem, praeſtigiatorem, perjurum, perniciem, παμπόνηρον ἄνθρωπον, ἀπάσῃ κακίᾳ σύντροφον, ἡμέρᾳ δυσφήμῳ καὶ ἀπαισίῳ;

Ἡμεῖς καὶ τοὺς χωλοὺς τῷ δεξιῷ ἐκτρεπόμεθα, καὶ μάλιστα εἰ ἑωθεν ἴδοιμεν αὐτούς. κἂν εἴ τις βάκηλον ἢ εὐνοῦχον ἴδοι, ἢ σίθηκον, εὐθὺς ἐξιὼν τῆς οἰκίας, ὅπῃ πόδα ἀνατρέφει, καὶ ἐπανέρχεται, οὐκ ἀγαθὰς μαντευόμενος τὰς ἐφημέρους ἐκείνας πράξεις ἔσεσθαι αὐτῷ, ἅτε πονηρῷ τῷ πρώτῳ καὶ δυσφήμῳ κληδονίσματι. ἐν δὲ τῇ θύραις, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ ἐξόδῳ, καὶ ἑωθεν τοῦ ἔτους, εἴ τις ἴδοι κίναιδον, καὶ ἀπόρρητα ποιοῦντα, καὶ πάσχοντα, ὅπισθιον ἐπὶ [c] τούτῳ, καὶ ἀπερρωγότα, καὶ μονονουχὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὀνομαζόμενον, ἀπατεῶνα, γόητα, ἐπίορκον, ὄλεθρον, κύ-

[c] Τούτῳ] Τούτου W.

pollini ſacer; (v. *Graev.* not. ad Heſ. συμπ. 770.) non in orbem recurrens ſeptimus quisque. Quod eo magis monitum oportuit, quia ſummo viro *H. Grotio* fraudi fuiſſe video. Adde *Plut.* Συμπ. VIII. 1. 1277, 2. Et 1467. f. *Meurſ.* Gr. fer. in ἑβδόμῃ. Et *Spanh.* 657. Et Noſtr. Δικ. c. 12. *M. du S.*

85. Μὴ δῶς ἂν κάμοι] Δῶς ἂν κάμοι, extrita negatione. *Th. M.*

Μὴ δῶς &c.] *Non dederis?* &c. interrogative. *F.G.* Bene, & ſecutus ſum; adeoque μὴ jam ſervandum. *J.F.R.*

Μὴ δῶς ἂν κάμοι πρὸς Ἀδώνιδα εἰκάσαι παμπόνηρον ἄνθρωπον, ἀπάσῃ κακίᾳ σύντροφον, ἡμέρᾳ δυσφήμῳ & ἀπαισίῳ] Vindicanda eſt prima hujus orationis vocula μὴ, quam exteri jubet *Marcilius*. Etenim ſi recte attendatur, adeo ea non exterenda eſt, ut ſi abeſſet, inculcanda neceſſario foret, ad fulciendum ſenſum. Diſputat Lucianus contra eum, a quo accuſatus fuerat, inepte & barbare locutus eſſe, qui ipſum appellaſſet ἀποφράδα. Poſt multa tamdem dicta, ita pergit pag. praecedenti, D. *Tu vero animum adverte (niſi plane non curae tibi ſit, ignorantem eſſe) ſi veteres ante nos in eos, qui tibi ſimiles tum erant, talia multa, quale eſt* ἀποφράς, *jactarunt (erant enim etiam tum, ut veroſimile eſt, aliqui abominandis moribus, peſſima & ſiniſtra indole; atque alius quidem dixit quempiam Cothurnum, vitam ejus ambiguam comparans his calceamentis; alius vero dixit alium Lypaën, quod orator tumultuoſus conciones ſoleret turbare: alius dixit alium Hebdomen, quod perinde atque pueri ſeptimis diebus, ipſe etiam in concionibus luderet & rideret, ſeriumque populi ſtudium in ludum verteret) nonne itaque, per Adonin, & mihi conceſſeris, hominem, omni malitiae adſuetum, comparare diei atro ac inauſpicato?* Operae fuit, totam hanc periodon ponere, ut ei univerſae lux accederet, quam non nimia interpretum diligentia offuſcarat. Duae, quarum notas inſerui, parentheſes inſunt, & eis conſideratis, ſenſus eſt planiſſimus. Liquet quoque, per ſignum interrogandi hanc orationem claudendam eſſe; quod & in Graecis fieri debet; idque diligenter obſervatum eſſe video a Florentinis. *J.J.*

86. Πρὸς Ἀδώνιδα] Similis obteſtatio iis, quas per Πάνδημον & Genetyllida conceptas, itemque per Libanitida, jam vidimus hic c. XI. *J.M.G.*

89. Τοὺς χωλοὺς τῷ δεξιῷ] Intell. ποδί. *Plin.* 28, 3. f. 7. *Deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt contagia regerimus. Simili modo & faſcinationes repercutimus, & dextrae clauditatis occurſum.* *J.M.G.*

Ibid. Χωλοὺς τῷ δεξιῷ] Sic libri omnes noſtri; haud ſane commode. *M. du S.*

Ibid. Τῷ δεξιῷ] An a dextra vel ad dextram, intellecto converſi, an dexteritate? Ἐπίχω. *F.G.*

91. Ἢ εὐνοῦχον ἴδοι] Vid. ſupra *Eun.* c. 6. *M. du S.* Adde *Brod.* Miſcel. P. 2. p. 509. qui veterum de hac ſuperſtitione teſtimonia, Chryſoſtomi, Luciani, Appiani, Plutarchi, Senecae, Xenophontis, Juvenalis, Suetonii, ac Ciceronis, profert. *J.F.R.*

96. Κληδονίσματι] Nihil hic varietatis invenio. At ſupra *Amor.* c. 39. in δυσκληδονίων fluctuabat ſcriptura, quam ad hanc adcommodavi, quia & conſtans, & cum *Suida* aliisque convenit. *J.F.R.*

98. Τῷ ἀπαιτῷ ἔτει] Subaudi τὸ, Ἀδῶ, i. e. Ἀδῶνιδι ἀπαιτοῦντι ἔτει. *F.G.*

4. Κύ-

κύφωνα, βάραθρον, μὴ φύγῃ, μηδ' εἰκάσῃ τοῦτον ἀποφράδι ἡμέρᾳ;

carcerem, barathrum, non fugiat? non atro hunc diei comparet?

Ἀλλ' οὐχὶ σὺ τοιοῦτος; οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, εἰ ἐγὼ τὴν ἀνδρίαν οἶδα τὴν σὴν, ὅσγε καὶ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τούτῳ μοι δοκεῖς, ὅτι μὴ ἀπόλλυταί σοι ἡ δόξα τῶν ἔργων, ἀλλὰ πᾶσι δῆλος εἶ καὶ περιβόητος. εἰ δὲ καὶ ὁμόσαι χωρήσειας, καὶ ἀρνήσαιο μὴ τοιοῦτος εἶναι, τίσι πιστὰ ἐρεῖς; τοῖς πολίταις τοῖς σοῖς (ἐκεῖθεν γὰρ ἄρχεσθαι δίκαιον) ἀλλ' ἴσασιν ἐκεῖνοι τὰς πρώτας σου [a] τροφὰς, καὶ ὡς ποθεν [b] σεαυτὸν τῷ ὀλέθρῳ ἐκείνῳ παραλιώτῃ, συμπεριεφθείρου πάντα ὑπηρετῶν, ἄχρι δή σε τὸ τοῦ λόγου τοῦτο, ῥάκος πολυχρόους ἐργασάμενος, ἐξέωσε.

Nonne talis tu es? Non negaveris, si fortitudinem tuam novi, qui etiam multum tibi ea in re placere videaris, quod non periit tibi fama operum, sed manifestus es omnibus & famosus. Si vero manum conferere velis ac negare te talem esse: quibus fidem dictorum facies? civibusne tuis? inde enim incipere aequum est. Sed norunt illi prima tua alimenta, & quomodo deditus tua voluntate perdito illi militi cum illo corruptus fueris, in omnibus ei subserviens, donec te lacerum, quod ajunt, pannum cum effecisset, exegit.

Καὶεῖνα [c] μέμνηνται, ὡς τὸ εἰκὸς, ἃ πρὸς τὸ θέατρον ἐνεανιεύου, τοῖς ὀρχησταῖς ὑποκρινόμενος, καὶ συνλαγματάρχης ἀξιῶν εἶναι. οὐδεὶς γὰρ πρό σοῦ ἀνεισῆλθεν εἰς τὸ θέατρον, οὐδ' ἂν ἐμήνυσεν, ὅ, τι τὄνομα τῷ δράματι· ἀλλὰ σὺ κοσμίως πάνυ, χρυσᾶς ἐμβάδας ἔχων, καὶ ἐσθῆτα τυραννικὴν, προ-

19. Etiam illa meminerunt, ut probabile est, quomodo in scena adolescentem te validum ostenderis, cum saltatoribus accommodares operam tuam, & dux gregis esse postulares. Nemo enim te prius in theatrum prodibat, neque quod nomen esset fabulae indicabat. Sed tu decenti habitu, aureis indutus calceis, vesteque tyrannica prae-

a Τροφὰς] Nil mut. Edd. nec M. Τρυφὰς C. b Σεαυτὸν] Σαυτὸν W. c Μέμνηνται] Bene Edd. longe plurimae & M. Μέμνηται male V2. ait *Solan.* sed fluctuante scriptura.

4. Κύφωνα] Κύφωνες ξύλα ἦσαν ἐπιτιθέμενα εἰς τοὺς τὲ πόδας τῶν καθεζομένων, ἵνα μὴ εὐρῶσιν (1) ἀνακύψαι. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ, ὦ τύμπανα, ὦ κύφωνες, οὐκ ἀρήξετε; κύφων δέ ἐστι δεσμὸς ξύλινος, ὃν οἱ μὲν κλοιὸν, ὁ δὲ (2) καλοιὸν ὀνομάζουσιν. ἔνθεν καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος κύφων τάσσεται καὶ ἐπὶ πάντων δυσχερῶν καὶ ὀλεθρίων. καὶ (3) κυφωνισμὸς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν. (4) Ἀρχίλοχος δὲ, αἰτὶ τοῦ κακοῦ, καὶ ὀλέθριος. εἴρηται κύφων παρὰ τὸ ἀναγκάζειν τοὺς δεσμίους κύφειν. ἐὰν δέ τις θρασυνόμενος τὰ οὐ τοῦ νόμου παρ' ὑδὲν (5) ποιήσηται, δεδέσθω ἐν κύφωνι πρὸς τὰ ἀρχεῖα ἡμερῶν κ'. ἐπιῤῥεόμενος μέλιτι γυμνὸς ἐν γαλακτὶ, ἵνα ὑπὸ μελίτταις καὶ μυίαις δεῖπνον. (6) τοῦ δὲ χρόνου διελθόντος κατὰ κρημνῶν ὠθεῖσθαι, σολὴν γυναικείαν (7) περιβαλόντα. V.

20. (8) Νεανιεύεσθαι] Νέου ἔργα ποιεῖ, κομπάζεται, καὶ νὴ (9) τολμᾷ, ἐγκαυχᾶται. V.

(1) Erat in Ms. prima duntaxat hujus vocis syllaba, sed reliquas ex *Suida* supplevimus, indidemque quaedam in sequentibus manifesto corrupta emendavimus: utrobique enim res iisdem verbis exprimebatur, exceptis pauculis, ut ex collatione satis liquebit. Superiora etiam de Ariphrade ex *Suida* emendata. *J. Cler.*

(2) Καλοιὸν] Exc. G. κλοιὸν, οἱ δὲ καλιὸν. C. κλοιὸν, οἱ δὲ καλιὸν.

(3) Κυφανισμὸς] Exc. G. κυφαπισμὸς. Lege κυφωνισμός. C. κυφαισμός.

(4) Ἀρχ. δὲ, αἰτὶ τοῦ κακοῦ, καὶ ὀλ.] Κύφων δυσχερὴς καὶ ὀλέθριος καὶ πονηρός.

(5) Ποιήσηται] Ποιήσεται Edita, mutavit *T. H.*

(6) Τοῦ δὲ χρόνου] In Exc. G. Τὸν δὲ χρόνον διε—— καὶ κρημνῶν. nisi quod pro voce ultima legit κριμνὸν, mendose τ. δ. χ. διελθόντος, κ. κ. C.

(7) Περιβαλόντα] Περιβαλόντας edita. Mutavit *M. du S.* Περιβάλλοντες emendarat *T. H.*

(8) Νεανιεύεται] Νεανιεύεται edita; sed ex mendosa Codicis scriptura.

(9) Τολμᾷ] Ita dedit *Solan.* pro vulgato τολμᾶν.

4. Κύφωνα] Κύφων κυρίως est κυρτὸς seu τὸ κυρτὸν. a κύφω κυφὸς, κύφων, &c. Κύφων ab Etym. exponitur κύρτωμα. Ponitur pro catasta, seu numella, aut collari aliove instrumento, quo vinciebantur nocentes, aut etiam torquebantur. Hic μεταφορικῶς de scelerato dicitur & malefico; sic Latine *carcer*, *crux*, *scelus*, & sim. *F. G.*

Κύφωνα] De propria vocis significatione, in quantum

praemittebare; benevolentiam petiturus a theatro, coronas ferens, discedens cum plausu, jam tum honoratus ab illis; sed modo orator ac Sophista. Itaque cum audient quondam talia de te illi, illud sane quod est in Tragoedia, duo sibi soles videre videbuntur ac Thebas duplices: atque in promtu statim erit omnibus, *Istene? qui tum? post ista?* Itaque ipse, prudenti sane consilio, omnino non accedis ad illos, neque in ista regione versaris, sed sponte exulas e patria, nec mala per hiemem, neque gravi per aestatem, sed pulcherrima & maxima earum quae in Phoenice sunt omnium. Nempe redargui, & versari cum scientibus & recordantibus antiquorum illorum, vere tibi suspendium est. Verum quid ita deliro? Quem enim tu verereris? Quid ultimorum turpe putares? Audio vero etiam possessiones apud illos magnas tibi esse, miseram illam turriculam adeo, ut Sinopensis

εισεπέμπε, εὐμένειαν αἰτήσων σὸν τῷ θεάτρῳ, στεφάνους κομίζων, καὶ κρότῳ ἀπιὼν, ἤδη τιμώμενος πρὸς αὐτῶν. ἀλλὰ νῦν ῥήτως καὶ σοφιστὴς. καὶ σὸν τοῦτο ἦν σύθωνλαί σοὶ τὰ τοιαῦτα ὑπὲρ σοῦ ἐκεῖνοι, τοῦτο δὲ τὸ ἐκ τῆς τραγῳδίας, δύο μὲ ἡλίους ὁρᾶν δοκοῦσι, διστὰς δὲ Θήβας. καὶ πρόχειρον ἅπασιν εὐθὺς τὸ, Ἐκεῖνος, ὁ τότε, καὶ μετ' ἐκεῖνα. τοιγάρτοι καὶ αὐτὸς εὖ ποιῶν, οὐκ ἐπιβαίνεις τὸ σὸν πάπαν, οὐδ' ἐπιχωριάζεις αὐτοῖς, ἀλλὰ φεύγεις ἐκὼν σὴν πατρίδα, οὔτε χεῖμα κακὴν, οὔτε θέρει [d] Ἀργαλέην, ἀλλὰ καλλίστην καὶ μεγίστην τῶν ἐν Φοινίκῃ ἁπασῶν. τὸ γοῦν ἐλέγχεσθαι, καὶ τοῖς εἰδόσι καὶ μεμνημένοις τῶν σῶν λαι ἐκείνων συνεῖναι, βρόχος ὡς ἀληθῶς ἔστι σοι. καίτοι τί ταῦτα ληρῶ; τίνα γοῦν ἂν αἰδεσθείης σύ; τί δ' ἂν αἰσχρὸν ἡγήσαιο τῶν ὑστάτων; συνθάνομαι δὲ καὶ κτήματα εἶναί σοι μεγάλα σὺν αὐτοῖς, τὸ δύστηνον ἐκεῖνο πυργίον, ὡς τὸ τοῦ [e] Σινωπέως πίθον,

[d] Ἀργαλέῳ] Ἀργαλέαν W. Nil abit a vulgato *Fl.* [e] Σινωπέως] Consentiunt Edd. & M.

46. Τοῦ Σινωπέως] Διογένους. *V.*

tum notat lignum, cui collum inseritur, ut κύπτειν cogatur, qui ita vinctus est, plura *Salmas.* de Mod. Usur. p. 814. seq. *J.M.G.*

15. Ὀλέθρῳ] Barbaro. *M.V.La Croze.*

Ὀλέθρῳ ἐκείνῳ] Cur *Gujetus* jam non corrigit ὀλεθρίῳ? ut supra fecit T. 2. *Alex.* c. 11. ubi pro ὄλεθροι ἐκεῖνοι Παφλαγόνες malit ὀλέθριοι. An quia ibi pluralis intolerabilior erat, quam hic singularis? At substantivum hic ab Luciano adhibitum, non modo ex praemisso ὄλεθρον, κύφωνα, patet; sed & alibi sic solet, ut *de Salt.* c. 5. ὀλέθρῳ τινι ἀνθρώπῳ. *Jov. Trag.* c. 43. ὁ Σαρδιανὸς ἐκεῖνος ὄλεθρος. Ac *Paras.* c. 42. Et quis nescit substantiva ejusmodi efficaciter adhiberi pro adjectivis, ut *pestis* pro homine pestilente *Act. Apost.* XXIV. 5. εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν. Et sexcenta similia. *J.F.R.*

16. Συμπεριεφθείρε] Scholium ad hanc vocem habet *Constantinus* in Lexico pro συμπερισυρόμενος αὐτῷ μὴ φθορᾶς ἢ μιαρᾶς ἀφαγωγῆς. Ego tamen συμπεριεφθείρε legendum censeo. *M.du S.*

18. Ῥάκος πολυχειρίας ἐργασάμενος] Proverb. *J.B.*

Ῥάκος πολυχειρίας] Conf. supra T. I. *Tim.* c. 32. ἀποδῶ πάλιν ἐμοὶ ῥάκος ἤδη γεγενημένον. De homine voluptatibus corrupto & ad nihil amplius apto, de qua proverbiali locutione vid. plura l. c. in nott. Cl. *Hemsterhusii* No. 38. *J.F.R.*

19. Μέμνηνται] Sic necessario scribendum, non μέμνηται, quia non ad ἐκεῖνα, sed ad πολίταις pertinet, de quibus ἴσασιν plur. num. jam dixit. *J.F.R.*

30. Τὰ τοιαῦτα ὑπὲρ σοῦ] *Talia de te*, te rhetorem esse & Sophistam scilicet. *F.G.*

31. Δύο μὲ ἡλίους] Ex *Euripide* Baccho 915. unde & *Virg.* Aen. IV. 470.

Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.

Adde *Plut.* T. II. p. 1083. E. Ed. Gr. *L. Xyl. M.du S.*

Δύο μὲ ἡλίους ὁρᾶν] Pentheus furens apud *Eurip.* Bacchis 916. seq. Καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲ ἡλίους δοκῶ, Διστὰς δὲ Θήβας κ. τ. λ. quod imitatus *Virg.* Aeneid. 4, 469. ubi reliquas imitationes dedit Lacerda. Add. *Ovid.* Artis 3, 764. ubi de ebrietate. Furiosos & ebrios hac in re jungit *Lactant.* de Opif. Dei 9, 1. *J.M.G.*

37. Πατρίδα] Phoenicius ergo hic, uti & *Indoctus*, de quo ad cap. 19. illius opusculi dictum est. *M.du S.*

Ibid. Χεῖμα κακὴν] *Hesiod.* Ἔργ. 638. *M.du S.*

Χεῖμα κακὴν] Alludit ad *Hesiodi* Ἔργ. 640. qui patrem suum habitasse dicit, οἰζυρῇ ἐνὶ κώμῃ, Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ. *J.M.G.*

38. Καλλίστων καὶ μεγίστων] Ἀντιόχειαν scilicet. *F.G.*

τ᾽ Διὸς αὐλὴν εἶναι πρὸς αὐτό. τὺς μὲ δὴ πολίτας ὑδαμῆ ὑδαμῶς μεταπείσειας ἂν, μὴ ὑχὶ τ᾽ ἁπάντων βδελυρώτατόν σε ἡγεῖσθαι, ὄνειδος κοινὸν ἁπάσῃ τῇ πόλει.

Τάχα δ᾽ ἂν τὺς ἄλλους τὺς ἐν τῇ Συρίᾳ προσλάβοις ὁμοψήφους, εἰ λέγοις μηδὲν πονηρὸν μηδὲ ἐπαίτιον βεβιῶσθαί σοι. Ἡράκλεις, ἡ μὲ Ἀντιόχεια χὴ τὸργον αὐτὸ εἶδεν, ὅτε τ᾽ Ταρσόθεν ἤκουσα ἐκεῖνον νεανίσκον ἀπαγαγών. ἀλλὰ χὴ [a] ἀναδέρειν αὐτὰ, αἰσχρὸν ἴσως ἐμοί. πλὴν ἀλλὰ ἴσασί γε, χὴ μέμνηνται οἱ τότε ὑμῖν ὀπισάντες, χὴ σὲ μὲ ἐς γόνυ συγκαθήμενον ἰδόντες, ἐκεῖνον δὲ, οἶσθα [b] ὅ, τι χὴ ποιοῦντα, εἰ μὴ πάντάπασιν ὀπιλήσμων τις εἶ.

Ἀλλ᾽ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ἴσως ἀγνοοῦσί σε, οἱ μὴ τὺς ἐν Συρίᾳ θαυμαστὺς ἄθλους ἐκείνους ὑποδεξάμενοι φεύγοντα, ἐφ᾽ οἷς εἶπον, ὑπὸ τ᾽ ἱματιοκαπήλων διωκόμενον, παρ᾽ ὧν ἐσθῆτας πολυτελεῖς πριάμενος, ἐφόδια εἶχες. ἀλλ᾽ οὐκ ἐλάττω σοι ἡ Ἀλεξάνδρεια σύνοιδεν, οὐδὲ, μὰ Δί᾽, ἐχρῆν δευτέραν τ᾽ Ἀντιοχείας κεκρίσθαι αὐτήν· ἀλλ᾽ ἥτε ἀκολασία γυμνοτέρα, χὴ ἡ αἰσχρεργία σοι ἐκεῖ ὀπιμανεστέρα, χὴ τὔνομα ὀπὶ τούτοις μεῖζον, χὴ ὀπὶ πᾶσιν ἀκάλυπτος ἡ κεφαλή· εἷς μόνος ἂν ὀπίστευσέ σοι ἐξάρνῳ γιγνομένῳ μηδὲν τοιοῦτον [c] ἐργάσασθαι, [d] χὴ

dolium cum illa comparatum Jovis aula esse videatur. Civibus ergo tuis nulla unquam ratione persuadeas, quo minus omnium te putent impurissimum, commune totius civitatis opprobrium.

20. Fortasse autem reliquorum in Syria suffragia feras, si dicas, nihil tibi malum neque obnoxium patratum esse? At Hercule ipsum opus vidit Antiochia, cum venientem illum e Tarso adolescentem abduxisti. . . . Verum etiam detegere ista turpe forte mihi fuerit. Interim norunt & meminere, qui tum adstiterunt, ac te conquinisentem viderunt, illum autem, facientem illud, quod tu nosti, nisi omnino obliviosus es.

21. Sed Aegyptii forte te ignorant, qui post praeclara illa in Syria certamina fugientem ob ea, quae dixi te, receperunt, cum vestiarii te mercatores persequerentur, a quibus emtas vestes pretiosas habebas pro viatico. Sed nec minorum tibi Alexandria conscia est, nec oportebat, ita me Jupiter, illam Antiochia inferiorem judicari. Verum libido magis nuda, & turpitudo flagitiorum furiosa magis, & major propter ista celebritas, & super omnia caput apertum. Unus solus neganti tibi credidit, nihil te tale fecisse; & auxilio tibi fuit,

a Ἀναδέρειν] Sic Edd. & M. b Ὅ, τι] Recte sic W. P. Ὅτι male pleraeque. c Ἐργάσασθαι] Εἰργασθαι marg. A1. d Καὶ βοηθὸς] Τῆς male Amst. sola. Καὶ cum cett. etiam M.

56. Ἀπαγαγὼν] Verbum de industria suppressum videtur propter rei turpitudinem. F.G.

Ἀπαγαγὼν] Conf. supra *Bis Accus.* c. 16. Et *Jens.* ad T. I. *Tim.* §. 16. No. 84. J.F.R.

59. Ἐς γόνυ συγκαθήμενον] I. e. εἰς τὰ γόνατα. Infra: ἐν γόνασι κείμενον dixit. F.G.

Ibid. Ἐκεῖνον δὲ, οἶσθα ὅτι ϕ ποιοῦντα] Legendum & hic ὅ, τι. J.F.

71. Ἐπιμανέστερα] (An forte ἐπιφανέστερα? nam altera vox est insolens.) *Kust.* Ἐπιμανῶς habes *Ic.* β. 25. ἐμμανέσθαι autem φιλοψ. c. 14. Quare non est sollicitanda haec scriptura. Certe consentiunt Codices, & aptissima est vox. M. du S.

Ἐπιμανέστερα] Cum praecedat γυμνοτέρα ἀκολασία, sequatur τὔνομα μεῖζον, & ἀκάλυπτος κεφαλή. credibile mihi fit non ἐπιμανέστερα legendum, sed ἐπιφανέστερα. Caeterum ἀκάλυπτον κεφαλὴν refero ad notum morem obnubendi in turpitudine & pudore caput. Vid. interpretes *Petroniani* ad illud c. 7. *operui caput.* J.M.G.

74. Τῆς βοηθὸς ἂν κατέστη ὁ τελευταῖος] Καὶ βοηθὸς ἂν κατέστη ὁ τελευτ. Illud autem εἷς μόνος ἂν ἐπίστευσέ σοι &c. accipe cum ironia. *Unus ille solus*, qui contra tibi unguis in ulcere, cujus tu domui. Th.M.

75. Μισθοδότης] Quaestorne an tantum, qui mercede nefas hoc emerit? Posterius verum esse existimo; nec ubi pro quaestore sumatur, reperio. M. du S.

87. Καθάρσιον] Supra *Amor.* c. 3. & 29. M. du S.

91. Καὶ

fuit, ultimus, qui te conduxit, vir inter principes Romanorum. Nomen ipsum tacere mihi permittes, idque cum sciant omnes, quem designem. Ille igitur quot alias res sustinuerit in *tua* consuetudine a te perpetratas, quid attinet dicere? Sed cum deprehendisset te pueri pocillatoris Oenopionis in genibus jacentem, quid putas? crediditne tibi, te non esse talem? ipsum opus cum videret? Non: nisi caecus omnino fuit. Verum indicavit nempe sententiam suam, qui statim domo te ejiceret, & purgamina quaedam, ut ajunt, post excessum tuum circumferret.

22. Ergo Achaia quidem & omnis Italia tuorum plena facinorum, & partae inde famae. Ac fruaris, opto, ista gloria. Itaque ad eos, qui mirantur, quae nunc fiunt Ephesi, illud equidem dico, quod est verissimum, quam non admiraturi tum essent, si priora tua nossent? Verum etiam novum quiddam hic, circa mulieres, addidicisti.

23. Nonne ergo tali homini convenit, dic mihi, *Apophrada* vocari. Sed quid, per Jovem, etiam osculum offerre nobis adhuc audes post isthaec facinora? hoc enim facis contumeliosissime, & illis maxime, quibus minime oportebat, tuis sodali-

βοηθὸς ἂν κατέστη ὁ τελευταῖος μισθοδότης ἀνὴρ ἐν τοῖς πρίστοις Ῥωμαίων. τέκνα δὲ αὐτὸ δώσεις ἀποσιωπῆσαί μοι, καὶ ταῦτα πρὸς πάντας εἰδότας, ὃν λέγω ἐκεῖνον; τοίνυν τὰ μὲν ἄλλα ὁπόσα ἔτλη ἐν τῇ συνουσίᾳ τολμηθέντα ὑπὸ σοῦ, τί χρὴ λέγειν; ἀλλ' ἡνίκα σε κατέλαβε τοῦ μειρακίου τοῦ οἰνοχόου τοῦ [c] Οἰνοπίωνος ἐν γόνασι κείμενον, τί οἴει; πίστευσεν ἄν σοι μὴ εἶναι τοιοῦτον, αὐτὸ τὸ ἔργον ὁρῶν; οὐκ, εἴγε μὴ πανταπασι τυφλὸς ἦν, ἀλλ' ἐδήλωσε τὴν γνώμην, αὐτίκα ἐξελάσας σου τῆς οἰκίας, καθάρσιόν γε, ὡς φασι, περιενεγκὼν ὀπίσω τῇ σῇ ἐξόδῳ.

Ἀχαΐα μὲν γοῦν καὶ Ἰταλία πᾶσα ἐμπέπλησται τῶν σῶν ἔργων, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς δόξης, καὶ ὄναιό γε τῆς εὐκλείας. ὥστε πρὸς τοὺς θαυμάζοντας ἔγωγε τὰ ἐν Ἐφέσῳ νῦν πραττόμενα ὑπὸ σοῦ, ἐκεῖνο λέγω, ὅπερ ἀληθέστατον, [f] πῶς οὐκ ἂν ἐθαύμαζον, εἰ τὰ πρῶτά σου ἤδεισαν; καίτοι καινὸν ἐνταῦθα καὶ τὸ πρὸς τὰς γυναῖκας προσέμαθες.

Οὐ [g] περὶ πόδα ἦν τῷ τοιούτῳ, εἰπέ μοι ἀποφράδα ὀνομάζεσθαι; ἀλλὰ τί, πρὸς Διός, καὶ φιλῆσαι τῷ στόματι προσέτι [h] ἀξιώσειας ἡμᾶς ἐπ' ἐκείνοις τοῖς ἔργοις; τοῦτο γοῦν τὸ ὑβριστότατον ποιεῖς, καὶ μάλιστα πρὸς οὓς ἥκιστα ἐχρῆν, καὶ τοὺς ὁμιλητὰς,

[c] Οἰνοπίωνος] Οἰνοπίονος penultima brevi W. [f] Πῶς] Ὡς L. & *Fl.* Nil mut. cett. & Exc. [g] Περὶ] Παρὰ *Schol. Fl.* & *Coll.* Vulgatum tuetur M, qui & mox ἔδει cum cett. [h] Ἀξιώσειας] Ἀξιώσεις W. *Fl.* & marg. *Al.*

97. Παρὰ πόδα] Ἐγγὺς, πλησίον. *G.*

91. Καὶ ὄναιό γε τῆς εὐκλείας] *Grand bien te fasse.* F.G. Conf. supra *Philops.* c. 27. *J.F.R.*

92. Ἐν Ἐφέσῳ] Ubi & hoc scriptum oportet; quod superius jam ad cap. 10. annotatum est. *M. du S.*

95. Πρῶτά σου ἤδεισαν] Interpres οὐκ ἤδεισαν legisse videtur. An legendum: πῶς ἔδει ἂν ἐθαύμαζον; &c. F.G.

Πρῶτά σου] *Non nossent* Bened. dederat. *Nossent* Micyllus. Lectio quidem *Gujeti* adjuvatur signo etiam interrogandi addito. Potest interim & οὐκ ita accipi, quasi: *quomodo non mirarentur, si priora nossent?* (Et in interrogatione οὐκ interdum additur, sensu eodem manente ac si omitteretur. Exempla dedi in libro *de Ambiguis*) sed vulgata hic tamen rectius exponitur, *qui fieri posset, ut non admirarentur*, ut ap. *Herodian.* III. 6. 14. πῶς ἔχει νῦν, καὶ προσελθούσης ὑμῖν τοσαύτης συμμάχου δυνάμεως, — ῥᾴστα κρατήσαιτε. *quis dubitet, quin nunc tantarum accessione virium — facile profligaturi sitis?* Nec ibi potest abesse negativa, neque in vulgato illo τις οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τὴν ἀρετήν; quare neque hic in Luciano quidquam mutaverim. *J.F.R.*

97. Περὶ πόδα] Hoc verum esse, vid. ad *Asin.* c. 20. Etsi & alibi cum παρὰ confunditur in Edd. ut ibi indicatum. *J.F.R.*

τὰς, οἷς ἱκανὰ ἦν ἐκεῖνα μόνα τὰ κακὰ τῦ σῦ στόματος ἀπολαύειν, τὸ βάρβαρον τῶν ὀνομάτων, τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς, τὸ ἄκριτον, τὸ ἄτακτον, τὸ πάντη ἄμυσον, καὶ τὰ τοιαῦτα· φιλῆσαι δέ σε ὀπὶ τύτοις μὴ γένοιτο, ὦ ἀλεξίκακε· ἀσπίδα μᾶλλον ἢ ἔχιδναν φιλῆσαι ἄμεινον, δῆγμα ἐκεῖ τὸ κινδύνευμα, καὶ ἄλγημα, καὶ ὁ ἰατρὸς εἰσκληθεὶς, ἐπήμυνεν· ἀπὸ δὲ τῦ σῦ φιλήματος, καὶ τῦ ἰῦ ἐκείνυ, τίς ἂν ἢ ἱεροῖς ἢ βωμοῖς προσέλθοι; τίς δ' ἂν θεὸς ἐπακύσειεν ἔτι εὐχομένυ; πόσων ῥαντηρίων, πόσων ποταμῶν δεῖ;

Καὶ τοιῦτος αὐτὸς ὢν, καταγέλας τῶν ἄλλων ἐπ' ὀνόμασι, καὶ ῥήμασιν, ἔργα τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἐργαζόμενος. καίτοι ἐγὼ μὲ ἀποφράδα μὴ εἰδὼς, ἠχυνόμην ἂν μᾶλλον, ἢ ὅπως εἰπὼν ἀχνηθείην ἄν· σὲ δὲ ὐδεὶς ἠτιάσαλο ἡμῶν βρωμολόγυς λέγοντα, καὶ τροπομάθλητας, καὶ ῥησιμελρεῖν, καὶ Ἀθηνιῶ, [a] τὸ Ἀθηνῶν ὀπιθυμῶ, καὶ [b] ἀνθοχραλεῖν, καὶ [c] σφενδικίζειν, καὶ χειροβλημᾶσθ. κακὸν κακῶς σε ὁ λόγιος Ἑρμῆς

bus, quos satis erat illa sola oris tui mala exhaurire, nomina barbara, vocem asperam, nihil discretum, nihil ordinatum, a musis aliena omnia, & quae his similia sunt. Osculum autem te ferre insuper, absit, Depulsor malorum! natricem aut viperam osculari potius est. Morsus hic periculum, & dolor, quem advocatus depellit medicus. A tuo vero osculo, & isto veneno, quis ad templa accedat vel altaria? Quis Deus amplius precantem exaudiat? quot adspersionibus, quot fluminibus opus erit?

24. Ac talis ipse cum esses, risisti alios de nominibus ac verbis, facinora talia ac tanta perpetrans? Verum ego si nescissem *Apophrada*, pudore afficerer potius, tantum abest, ut me usum eo nomine, negem: at te nemo nostrum adhuc accusavit, cum *verbicrepos* diceres, & *morefutiles*, & *vocimetiri*, & *Athenurio* h. e. Athenas cupio, & *floripotentem esse*, & σφενδικίζειν, & χειροβλημᾶσθαι. Male te malum hominem dicendi

a Τὸ Ἀθηνῶν ἐπιθ.] Absunt a *Fl.* b Ἀνθοκρατεῖν] Sic *J. Bl. P. H. S.* &c. Ἀνθοκροτεῖν *Fl.* ex qua se id quoque adsciviisse notat marg. *A1.* Ἀνθοκροατεῖν W. c Σφενδικίζειν] Σφενδακίζειν *Fl.* Vulgato favet M.

4. Τὰ κακὰ ἀπολαύειν] De hoc verbo in bon. & mal. partem valente vid. Cl. *Hemsterh.* T. I. ad *Nigr.* c. 30. p. 70. 71. Item ad *Tim.* c. 2. p. 101. Ac *Solavi* notam ibi praemissam, vel potius *Jensii*, qui etsi refutatur ab *Hemsterhusio*, habet tamen exempla quaedam haud inepta. Adde *Philops.* T. 2. c. 40. ubi ἀπέλαυσα per *abstuli* recte *Gesnerus* reddit; quum & ibi in mal. partem valeat. *J. F. R.*

22. Βρωμολόγυς] Forsan βρομολόγυς. βρόμος *sonitus*, *fragor*. *F. G.*

Βρωμολόγυς] Tenui hanc in interpretando rationem, ut quae verba sola compositionis insolentia peccare viderentur, ea similibus, quoad posset Latinis redderem; ultima vero, quae plane barbara sunt, Graece scripta apponerem. Nempe pro σφενδονίζειν *funda emittere*, σφενδικίζειν dixerat homo, quasi esset nomen σφένδιξ, & χειροβλημᾶσθ voluit esse *manu projicere*, quod formavit contra omnem analogiam ex βέβληκαι. Caeterum observo, verborum quae hic reprehenduntur, nullum apud *Pollucem* esse, quem alias fugillari a Luciano, falso id quidem, creditum est. Vid. ad *Lexiphanem*. *J. M. G.*

23. Τροπομάθλητας] Μάθλης *lorum*, *flagrum*. *F. G.*

24. Τὸ Ἀθηνῶν ἐπιθυμῶ] Glossema videtur. *F. G.*

Τὸ Ἀθηνῶν ἐπιθυμῶ] Omisit *Fl.* & sane Scholium sapit. Agnoscit tamen Codex M. cum Impr. omnibus. *M. du S.*

25. Χειροβλημᾶσθ] Ψηλαφᾶν, χειροτρίβειν. *F. G.*

26. Ὁ λόγιος Ἑρμῆς] Habuimus non semel. Sed videri etiam potest Rev. *J. Elsn.* ad *Act. Apost.* XIV. 12. *J. F. R.*

28. Τῶν Ἰαλέμων] V. *Zenob.* IV. 39. & Pantin. *ad Apostol. adag.* X. 39. *Menandr.* Fr. p. 84. No. 3. εἰς τοὺς ἰαλέμους δὲ τοῦτον ἐγγραφε. *M. du S.*

Τῶν ἰαλέμων] Jalemum frigidum fuisse poëtam, facile credimus *Hesychio*, *Eustath.* ad Il. Z. p. 494, 43. *Bas.* atque adeo Ἰαλέμως ψυχρότερος, quod refertur etiam ab Apostolio 10, 39. Sed luctus etiam, θρῆνος, πένθος notionem illi nomini adjunctam negari non potest. Vid. *Eurip.* Orest. 1391. Supplic. 281. Troad. 600. it. *Eustath.* ad Il. Σ. p. 1223, 8. & Apostolius l. c. itemque 6, 54. Quare facile condono *Joh. Clerico*, etsi forte verum non vidit, cum ad *Menandr.* p. 85. putavit Ἰαλέμως in fragmento Comici esse *frigidos* i. e. lu-

di arbiter Mercurius ipsis tuis cum verbis conterat. Ubi enim librorum ista invenis? In angulo forte Ialemorum poëtarum cujusdam defossa, rubiginis & aranearum plena, aut forte de Philaenidis tabulis, quas prae manu habes; te tamen ac tuo ore dignissima.

25. Cum vero in mentionem oris incidi, quid dicas, si tecum in jus vocato lingua (ita enim ponamus) injuriae, aut minimum contumeliae agat, dicens, *Ego te, ingrate, pauperem & omnium inopem cum accepissem, & victus indigum, primo in theatris ut florerес effeci, quae modo Ninum te, modo Metiochum, & paullo deinde post Achillem constituerim. Postea syllabas colligere docentem pueros diu alui. Jam vero, alienas agens orationes, Sophista ut videreris, effeci, gloriamque tibi, quae nihil ad te pertineat conciliavi. Quid igitur tantum habes, quod mihi objicias, quod ita mecum agis, & imperia*

ἐπιτρίψειεν αὐτοῖς λόγοις. ϖῦ γ᾽ ταῦτα τ῀ βιβλίων εὑρίσκεις; ἐν γωνίᾳ ϖυ τάχα τ῀ ἰαλέμων τινὸς ϖοιητ῀ καλορωρυγμένα, εὐοξῶτ῀ κ᾽ ἀραχνίων μεστὰ, ἅπερ ἐκ τ῀ Φιλαινίδ῀ δέλτων, ἃς ἁλὰ χειρὸς ἔχεις· σῦ μύτοι, κ᾽ τῦ σῦ ϛόματ῀ ἄξια.

[d] Ἐπεὶ δὲ τῦ ϛόματ῀ ἐμνήσθην, τί φαίης ἂν, εἴ σε ἡ γλῶττα [e] εἰς δικαϛήριον ϖροκαλεσαμένη (θῶμεν γ᾽ ὅτως) ἀδικήματ῀, ἢ, τὸ μετριώταλον, ὕβρεως διώκοι, λέγουσα; Ἐγώ σε, ὦ ἀχάριϛε, ϖένητα κ᾽ ἄϖορον ϖαραλαβοῦσα, κ᾽ βίᾳ δεόμενον, τὰ ϖρῶτα ἐν τοῖς θεάτροις εὐδοκιμεῖν ϖοίησα, νῦν μὲν Νῖνον, νῦν δὲ [f] Μητίοχον, εἶτα μικρὸν Ἀχιλλέα τιθεῖσα, ταῦτα δὲ, ϖαῖδας συλλαβίζειν διδάσκουσα, μακρῷ χρόνῳ ἔβοσκον, ἤδη δὲ κ᾽ τὰς ἀλλοτρίας τύτυς λόγυς ὑϖοκρινόμενον, σοφιϛὴν εἶναι δοκεῖν ϖοίησα, κ᾽ τ῀ μηδὲν ϖροσήκουσαν δόξαν ϖεϖῆφα· τί τοίνυν τηλικοῦτον ἔχων ἐγκαλεῖν, τοιαῦτά με ϖατίθης, κ᾽ ἐπιτάϖεις ἐπιτάγματα αἰσχι-

d Ἐπεὶ] Bene M. & Edd. plurimae. Ἐπὶ male *J.* *e* Εἰς] Ἐς W. *f* Μητίοχον] Sic M. & Edd. excepta *Fl.* quae Μητίχον, cum marg. *A1.*

lugendos, quia mortui nimirum. *J.M.G.*

29. Ἰαλέμων] Κακοδαιμόνων, δυϛήνων, ἀθλίων, ὀδυνηρὸς ἀξίων. *Hesych.* *F.G.*

Ἰαλέμων] In Parisina Ἰαλίμων erat majusculo I exaratum, ut nomen proprium, atque ita etiam conversum: *Jalemo frigidioribus*. Adlusione facta ad Proverb. *Jalemo frigidior*. Sed cum transierit in adjectivum, servo ceterarum Edd. morem, etsi ab *Jalemo* Calliopes filio poëta ineptissimo, ortum traxisse videtur. *J.F.R.*

30. Φιλαινίδ῀] Τῆς ἑταίρας. *F.G.*

Φιλαινίδ῀] V. Ἐρωτ. c. 28. *M.du S.*

35. Ἀδικήματ῀] Subaudi ἕνεκα. *F.G.*

Ἀδικήματ῀ ἢ τὸ μετριώταλον ὕβρεως] Si haec vera est lectio, oportet ἀδίκημα etiam speciale, & gravis quidem criminis, nomen fuisse, forte *impietatis*, ut in illa Socratis accusatione, ἀδικεῖ ὁ Σωκράτης κ. τ. λ. cujus respectu ὕβρις possit μετριώταλον videri. Lingua, res sancta ac divina, turpissime profanata &c. Alioquin transpositione levi ita concinnari possit hic locus, ut nihil, quod offendere quemquam possit, relinquatur, ὕβρεως, ἢ τὸ μετριώταλον, ἀδικήματ῀, διώκοι. Caeterum ὕβριν ad impudicas praesertim & Venereas contumelias pertinere, monuerat *Casaub.* ad Athen. 6, 19. & pluribus docuit *Dan. Heins.* ad *Hesiod.* p. 210. seq. ubi etiam ἀδικίαν eadem ratione dictam observat. *J.M.G.*

40. Μητίοχον] Forsan Ἀντίοχον. Immo vero erat Athenis τὸ Μυτίχε tribunal; de quo consule *Potterum*. Fuit & Metiochus Miltiadis filius, de quo hic locus intelligi non potest. *Fl.* Ed. Μητίχον. M. cum reliquis Impr. facit. Mihi quid decernam N. L. *M.du S.*

Μητίοχον] Ἀντίοχον. *M.V. La Croze.*

45. Εἶναι δοκεῖν] De εἶναι abundante dictum paullo supra ad c. 6. ad ἀναισχυντία ὅσα. De duplici infinitivo ad *Philops.* c. 7. & 39. Item *Hipp.* c. 1. pr. δεῖν ἐπαινεῖν. *J.F.R.*

47. Τοιαῦτά με ϖατίθης] Eandem quam hic noster, turpitudinem tangit & *Lactantius* V. 9. cum de iis loquitur, *qui sanctissimam quoque sui corporis partem contra fas omne polluant & profanent*. Rursus L. VI. 23. *Quid dicam de iis, qui abominandam, non libidinem, sed insaniam potius exercent? Piget dicere: sed quid his fore credamus, quos non piget facere? Et tamen dicendum est, quia fit. De istis loquor, quorum teterrima libido & exsecrabilis furor, ne capiti quidem parcit. Quibus hoc verbis, aut qua indignatione tantum ne-*

χιτα, καὶ ὑπουργίας καταπτύστους; οὐχ ἱκανά μοι τὰ ὑπὲρ τὴν ἡμέρας ἔργα, ψεύδεσθαι, καὶ ἐπιορκεῖν, καὶ τὰς τοσούτους ὕθλους καὶ λήρους ἀφανλεῖν, μᾶλλον δὲ τὸν βόρβορον τῶν λόγων ἐκείνων ἐμεῖν; ἀλλ' οὐδὲ νυκτὸς τὴν κακοδαίμονα σχολὴν ἄγειν ἐᾷς· ἀλλὰ μόνη σοι πάντα ποιῶ, καὶ πατοῦμαι, καὶ [a] μιαίνομαι, καὶ [b] ἀντὶ γλώσσης, ὅσα καὶ χειρὶ χρῆσθαι διέγνωκας, καὶ ὥσπερ ἀλλοτρίαν ὑβρίζεις, καὶ ἐπικλύζεις τοσούτοις κακοῖς. λαλεῖν μοι ἔργον ἐστὶ μόνον· τὰ δὲ τοιαῦτα ποιεῖν καὶ πάσχειν, ἄλλοις μέρεσι προστέτακται. ὡς ὄφελε καμέ τις, ὥσπερ τὴν τοῦ Φιλομήλας, ἐκτεμεῖν. μακαριώτεραι γάρ μοι αἱ γλῶτται τῶν τὰ τέκνα καταδηδοκότων.

Πρὸς θεῶν, ἢν λέγῃ ταῦτα ἡ γλῶττα, ἰδίαν αὐτῇ φωνὴν λαβοῦσα, καὶ τὸν πώγωνα συνήγορον ἐπικαλεσαμένη, τί ἂν ἀποκρίναιο αὐτῇ; ἐκεῖνα δηλονότι, ἃ καὶ πρὸς τὸν Γλαῦκον ἔναγχος εἴρηταί σοι, ὅτι πεπραγμένῳ ἤδη τῷ ἔργῳ αἰτιώμενον, ὡς ὅτι τούτῳ ἐνδοξος ἐν βραχεῖ, καὶ γνώριμος ἅπασι γεγέννησαι. πόθεν ἂν οὕτω θαυμαστὸς ὅτι τοῖς λόγοις γενόμενος; ἀγαπητὸν δὲ ὁπωσοῦν κλεινὸν καὶ ὀνομαστὸν εἶναι; εἶτα καταρι-

mihi imperas ſpurciſſima, ac deſpuenda miniſteria? Nonne ſatis mihi erant diurna illa opera, mentiri, pejerare, tot nugas & deliramenta exhaurire, vel potius coenum orationum illarum vomere? At tu neque noctibus infelicem me otioſam eſſe pateris: ſed ſola tibi facio omnia & conculcor, & inſanio. Et pro eo quod lingua nata ſum, ut manu uti me decreviſti: meque tanquam alienam contumelioſe tractas, & tot malis obruis. Loqui meum opus unicum eſt: iſta vero talia & facere ac pati aliis membris a natura injunctum eſt. Itaque utinam me quoque aliquis, ut illam Philomelae exſecet! Beatiores enim me ſunt linguae eorum, qui ſuos ipſi pueros devorarunt.

26. Per Deos! ſi iſta dicat ſuum ſibi ſermonem ſumens lingua, & advocatam ſibi adſciſcat barbam tuam, quid illi reſpondeas? Illa nempe, quae etiam ad Glaucum nuper a te dicta ſunt, de perpetrato jam facinore expoſtulantem, te hac ipſa re nobilem brevi tempore & conſpicuum omnibus factum. Unde enim tantum celebritatis dicendo conſecutus eſſes? Optabile autem eſt, quacumque demum ratione celebrem eſſe atque nobilem. Tum enumera-

res

a Μιαίνομαι] Bene *S.* & *A.* ſolae. Μαίνομαι male *J. H P. B1. Fr. Fl. Ald.* b Ἀντὶ] Nil mut. Edd. nec M. Ἀντί; vult *Gron.*

neſas proſequar. vincit officium linguae ſceleris magnitudo. *M. du S.*

Τοιαῦτά με ἀφιεῖσης] Vid. ſupra T. I. *Nigr.* c. ult. τῷ αὐτὸ τοῦτο ἀφιέντι, notamque Cl. *Hemſterh.* 45. Et Noſtrum in locis ibid. ab *Solano* indicatis, qui fruſtra διαχῶσι ibi tentat, quum & eod. modo duplici accuſ. jungat Noſter *Gymn.* c. 6. ſcribens ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι ἀφείη, ubi alia quoque ſimilia dedi. *J.F.R.*

52. Διαντλῶ] An *exſequi?* *F.G.*

55. Μιαίνομαι] Excidiſſe in Edd. prius ι. errore typogr. facile quidem divinaveris; mirere tamen, qui tam diligenter propagetur error, etiam in iis Edd. ubi Latina verſio habet *contaminor*; nam nemo, credo, μαίνομαι *furo* hic volet legere, quando πατοῦμαι praemittitur, furentes enim ſe non ita conculcari ſinunt. *J.F.R.*

56. Καὶ ἀντὶ γλώσσης, ὅσα ἐς χειρὶ χρῆσθαι διέγνωκας] An haec paria eſſe poſſunt illis, quae apponuntur ab Micyllo & Benedicto *ac lingua perinde ut manu uti decreviſti?* Certe ſic illi penitus omittunt voculam ἀντὶ. Quae quidem ſane perincommoda eſt, niſi bene inſpexeris. Legendum enim καὶ ἂν τί γλώσσης ὅσα ἐς χειρὶ χρῆσθαι διέγνωκας; Eſt enim exprobratio per interrogationem excitatior, *& quid lingua aeque ut manu uti decreviſti?* *J.G.*

Ibid. Ἀντὶ γλώσσης] Verſionem *Benedicti* caſtigat Cl. *Gron.* Sed & ipſe alium errorem committit, vertens: *quid lingua aeque ut manu uti decr.* An γλώσσης & χειρὶ igitur jungenda, & ad idem verbum χρῆσθαι referenda? Quin γλώσσῃ ſaltem etiam tum ſcribendum fuerat, ubi ἀντὶ mutaveris. At nihil opus erit, modo lectionem *Gronovianam* reddas: *Et quae pars linguae eſt, qua ceu manu uti decreveris?* At vereor ut acutioribus adrideat iſta & verſio & emendatio. Mihi certe difficultas quaedam reſtare videtur, quam tollere in re tam turpi non laboro. *J.F.R.*

71. Πόθεν ἂν] Mallem πόθεν γὰρ. *F.G.* Propius ad literas accederet, ſi πόθεν ἄν legas. *J.F.R.*

73. Καλαριθμήσειν αὐτῇ] Καλαριθμήσειεν αὐτὴ, ſubaudito

res illi multas illas tuas appellationes, quas per gentes accepisti. Qua in re miror, te Apophrade audita indignatum esse, illis autem nominibus non fuisse offensum.

27. In Syria rhododaphne vocatus es: qua vero causa, ita me Pallas amet! enarrare pudet; itaque quantum ad me, obscurum porro sit: in Palaestina vero sepes, propter barbae spinas arbitror, quae interea pungeret, tum enim adhuc eam radebas: in Aegypto angina, quod manifestum est; parum enim abfuisse ajunt, quin suffocarere, cum in nautam quendam, de iis qui trium velorum naves habent, incidisses, qui irruens ipsum tibi os obturaverit. Athenienses quidem, viri optimi, nulla circuitione usi, sed unius te literae additione honorantes Atimarchum (*principem infamium*) appellabant: oportebat enim illo etiam amplius quiddam tibi inesse. In Italia autem vah! Heroicum illud cognomen adeptus es, Cyclops, cum supra veterem illum apparatum, ad Homericae fabulae imitationem peragere impuritatem velles. Atque ipse quidem jacebas ebrius jam, poculum illud manu tenens libidinans Polyphemus. Ado-

a Τι] Τοι *Fl.* & marg. *A1.* b Ἥδιον] Recepi ex L. & S. Ἴδιον Edd. cett. c Καὶ ὅλον] Ὀλίγον δοὺς *Fl.* Al. ὀργίλον. al. ὀλίγον. *Colb.* Sed nostrae Edd. in vulgato consentiunt. d Ἐκπομπεύει] Ἐμπομπεύει *Fl.* & marg. *A1.*

92. Καὶ ὀργίλον ἐπιδοὺς ἑ.] Γραι. καὶ ὀλίγον. *G.*

9. Μεταβαινόντων] Μεταβαλλόντων forsan legendum. *F.G.*

20. Ὅτε] Mallem ὅτι. *M. du S.*

24. Ἀποσπάσαι] Ἀποσπᾶσθαι legendum videtur. τὸ ἀποσπάσαι hic locum habere non videtur. *F.G.*

Ἀποσπάσαι] Errat *Gujetus*; offenderunt ad id verbum etiam Cl. *Graev.* ac *Gron.* Vid. T. 2. *Icarom.* c. XI. παμπόλυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας, ubi ἀποσπᾶν pro *recedere, abire* recte defenditur ab Clar. *Jens.* adde & a nobis ibi indicatam Cl. *Hemsterh.* notam ad *Deor. Dial.* XX. No. 63. aliaque. *J.F.R.*

28. Καὶ τοίνυν — θαυμασιώτερος] Haec insititia videntur & spuria. *F.G.*

33. Ἰσγίου] V. *Xen.* Ἀπομν. III. p. 457. Ed. *Steph.*

χρῆσ-

splendor si inumbretur, viridem lucem spargit: ita alium atque alium ornatum pennae illius ad lucem induunt.

12. Quin ipsum etiam mare habere, quo nos alliciat, & cupidine quadam, cum tranquillum est, ad se trahat, vel me tacente nostis; cum etiam si aliquis plane mediterraneus sit & navigandi imperitus, tamen & ipse conscendere navim velit, & circumnavigare, & multum discedere de terra, idque in primis si videat ab aura secunda leniter inflari vela, navim autem blando levique motu per summos labi fluctus.

13. Itaque hujus etiam pulchritudo oeci apta est, quae impellat ad dicendum, & dicentem excitet, & plausum illi omni ratione paret. Equidem his ipsis moveor, & jam sum motus, & in oecum dicendi causa ingressus sum, tanquam ab iynge quadam aut Sirene tractus a pulchritudine, spe non parva fretus, etiamsi ad hunc diem informis nostra fuit oratio, pulchram visum iri, velut veste honesta ornatam.

14. Verum enim vero etiam alia non ignava oratio, sed generosa, ut videri vult, cum inter dicendum me interpellavit & abrumpere dictionem conata est, tum postquam desii, non vera, ait, me dixisse, sed mirari se, si aptiorem esse ad edenda eloquentiae specimina dicam pulchritudinem

τὸ ὑπὸ τῷ ἡλίῳ κυαναυγὲς, εἰ σκιαθείη, χλοαυγές ἐστιν, οὕτω μέλαινόσμεῖται πρὸς τὸ φῶς ἡ πτέρωσις.

Ὅτι μὲ γὴ καὶ ἡ θάλαττα ἱκανὴ προσκαλέσασθαι, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐπισπάσασθαι ἐν γαλήνῃ φανεῖσα, ἴστε, κἂν μὴ εἴπω· [e] ὥστε, εἴ καὶ παντάπασιν ἠπειρώτης καὶ ἀπειρόπλους τις εἴη, πάντως ἂν ἐθελήσειε καὶ αὐτὸς ἐμβῆναι, καὶ περιπλεῦσαι, καὶ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσαι, καὶ μάλιστα εἰ βλέποι τὴν μὲ αὔραν κύφως ἐπιριάζουσαν τὴν ὀθόνην, τὴν δὲ ναῦν προσηνῶς τε καὶ λείως ἐπ' ἄκρων ἠρέμα διολισθαίνουσαν τῶν κυμάτων.

Καὶ τοίνυν καὶ τῇδε τῇ οἰκίᾳ τὸ κάλλος ἱκανὸν καὶ παρορμῆσαι ἐς λόγους, καὶ λέγοντα ἐπεγεῖραι, καὶ πάντα τρόπον εὐδοκιμῆσαι παρασκευάσαι. ἐγὼ μὲ δὴ τούτοις πείθομαι, καὶ ἤδη [f] πέπεισμαι, καὶ ἐς τὸν οἶκον ὑπὸ λόγοις παρελήλυθα, ὥσπερ ἀπὸ ἴυγγος ἢ Σειρῆνος τῷ κάλλει ἑλκόμενος, ἐλπίδα μικρὰν ἔχων, εἰ καὶ τέως ἡμῖν ἄμορφοι ἦσαν οἱ λόγοι, καλοὺς αὐτοὺς φανεῖσθαι, καθάπερ ἐσθῆτι καλῇ κεκοσμημένους.

Ἕτερος δέ τις οὐκ ἀγεννὴς λόγος, ἀλλὰ καὶ πάνυ γενναῖος, [g] ὡς φησι, καὶ μεταξύ μου λέγοντος ὑπέκρυσε, καὶ διακόπτειν ἐπειρᾶτο τὴν ῥῆσιν. καὶ ἐπειδὴ πέπαυμαι, οὐκ ἀληθῆ ταῦτα λέγειν φησί με, ἀλλὰ θαυμάζειν, εἰ φάσκοιμι ἐπιδεεστέρους εἶναι πρὸς λόγων ἐπίδειξιν οἶκος κάλλος, γρα-

e Ὥστε] Ex emendatione *Solan.* Ὅτε Edd. priores. *Marc.* Nil mut. Edd.

f Πέπεισμαι] Πέπυσμαι male *Fl.*

g Ὡς] Ὅς vult

27. * Διολισθάνουσαν τὴν κυμάτων] Ὡς καινά σου αἱ παραδείξεις, Λουκιανέ; *V.*

33. Ἀπὸ ἴυγγος] Ex Theocrito; ἴυγξ ἕλκε τυ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸ ἄνδρα. *G.*

* Διολισθάνουσαν] Sic erat in Editis *Schol.* at in textu Luciani διολισθαίνουσαν. Sed ita variatur & alias in hoc verbo. Conf. *Gymn.* c. 28. Verum recte esse in textu Luciani, nemo dubitet. Vid. *Contempl.* c. 1. *J. F. R.*

χρῆσόν μοι τὴν ἴυγγα, ἵνα. Scholiastes *Theocriti* filiam Ἡλιοῦς facit. Alius ibidem Πειθοῦς. ad Id. II. *M. du S.*

Ibid. Ἀπὸ ἴυγγος] Mirum, ni ὑπὸ hic legendum. Etsi memini supra dicta ad T. I. *Tim.* p. 103. 104. Et *Gymn.* c. 20. No. 51. ubi vidimus ἀπὸ saepe poni ubi ὑπὸ locum potius haberet. At quia ideo differentia non tollenda inter has praepositt. & facillima scribarum ac typothetarum in his est aberratio, suspicio non est dissimulanda, & hic ὑπὸ praestare. *J. F. R. Th. M.*

39. Ὡς φησι] Ὅς φησι.

Ὡς φησι] *Ut ait.* Immo, *ut ait ipse.* *F. G.*

γραφῇ ϗ χρυσῷ κεκοσμημένον. αὐτὸ γὰρ τοῦτο
ὃ τοιοῦτον ἀποβαίνειν. μᾶλλον δέ, εἰ δο-
κεῖ, αὐτὸς παρελθὼν ὁ λόγος ὑπὲρ ἑαυ-
τοῦ, καθάπερ ἐν δικασταῖς ὑμῖν, εἰπάτω,
ὅτῳ λυσιτελέστερον ἡγεῖται τῷ λέγοντι εὐ-
τέλειαν οἴκου ϗ ἀμορφίαν. ἐμοῦ μὲ ἀκηκόα-
τε ἤδη λέγοντος, ὥστε οὐδὲν δέομαι δὶς
περὶ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν. ὁ δὲ παρελθὼν ἤδη
λεγέτω, κἀγὼ σιωπήσομαι, ϗ πρὸς ὀλί-
γον αὐτῷ μεταστήσομαι.

Ἄνδρες τοίνυν δικασταί, φησὶν ὁ λόγος,
ὁ μὲν προειπὼν ῥήτως, πολλὰ ϗ μεγάλα
τόνδε τὸν οἶκον ἐπῄνεσε, ϗ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ
ἐκόσμησεν· ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω ψόγον αὐ-
τοῦ διεξελεύσεσθαι, ὥστε ϗ τὰ ὑπ' ἐκείνου
παραλελειμμένα προθήσειν μοι δοκῶ. ὅσῳ
γὰρ ἂν ἡμῖν καλλίων φαίνηται, τοσῷδε
[a] ὑπεναντίως τῇ τοῦ λέγοντος χρείᾳ δεί-
χθήσεται. ϗ πρῶτόν γε ἐπειδὴ γυναιξὶν, ϗ
κόσμου, ϗ χρυσοῦ ἐκεῖνος ἐμνημόνευσε, κἀ-
μοὶ ἐπιτρέψατε χρήσασθαι τῷ παραδείγμα-
τι. φημὶ γὰρ ἔγωγε ϗ γυναιξὶ καλαῖς οὐχ ὅπως
συλλαμβάνειν εἰς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ ϗ
ἐναντίωσιν τοῦ κόσμου τοῦ πολύν, ὁπόταν τις
ἐντυγχανόντων ἕκαστος ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ,
ϗ τῶν λίθων τῶν πολυτελῶν ἐκπλαγείς, ἀντὶ
τοῦ ἐπαινεῖν ἢ [b] χρόαν, ἢ βλέμμα, ἢ δεί-
ξιν, ἢ πῆχυν, ἢ δάκτυλον. ὁ δὲ ταῦτ'
ἀφεὶς, εἰς τὸν σαρδῶ, ἢ [c] τὸν σμάραγδον, ἢ
τὸν ὅρμον, ἢ τὸ ψέλλιον ἀποβλέπει, ὥστε
ἀχθοῖτο ἂν εἰκότως παρορωμένη, ὅτι τὸν

oeci pictura & auro ornatam. Contrarium enim quodammodo evenire. Quin, si videtur, ipsa in medium progressa oratio pro se apud vos, tanquam judices, dicat, quare commodiorem esse putet dicenti vilitatem loci atque deformitatem. Me quidem orantem jam audistis: ergo non opus est, me bis de eadem re verba facere. Ista vero jam progressa in medium dicat, tacebo interim ego, & paullulum illi decedam.

15. Sic igitur oratio: *Qui modo dixit orator, Judices, multis & magno opere laudavit hunc oecum, suaque illum oratione ornavit. Ego vero tantum abest, ut reprehensionem illius velim dicere, ut etiam praetermissa ab illo additurus mihi videar. Quo enim ille vobis pulchrior videbitur, tanto magis contrarius dicentis usui ostendetur. Ac primum quandoquidem mulierum, & mundi & auri mentionem iste fecit, etiam mihi, ut ea similitudine utar, permittite. Ajo enim ego pulchris etiam mulieribus non modo nihil ad hoc, ut formosiores videantur, conferre, sed contrarium etiam esse mundum copiosum, cum videntium unusquisque ab auro & lapidibus pretiosis perculsus, pro eo quod laudare debebat aut colorem, aut oculorum conjectum, aut collum, aut brachium, aut digitum; relictis hisce ad Sardam aut Smaragdum, aut monile, aut armillam respicit; adeo ut illa habeat, quod indigne ferat, se propter mundum*

a Ὑπεναντίως] Ὑπεναντίου *Pell.* b Χρόαν] Χρόα male *Fl.* c Τὸν] Τὴν L. & *Fl.*

54. Μεταστήσομαι] *Migrabo, secedam, ipsi locum dabo secedens.* *F.G.*

Μεταστήσομαι] Olim notavi ad hunc locum, non satis notam fuisse hanc significationem verbi docto Athenaei interpreti, qui 12, 5. p. 523, B. μεθίστασθαι τοῖς κρείττοσι reddiderit *ad praestantiores commigrare*, cum deberet, *cedere fortioribus*. Sed quis finis fuerit, si quis castigare velit optimorum etiam interpretum peccata? quot adnotationes in Lucianum scribendae essent? Caveamus nobis eo diligentius, in simili stadio qui decurrimus. *J.M.G.*

58. Ψόγον αὐτοῦ] Τοῦ οἴκου scil. *F.G.*

59. Ὑπ' ἐκείνου] Τοῦ ῥήτορος προειπόντος. *F.G.*

62. Ὑπεναντίως] Ὑπεναντίου legit Interpres. *F.G.*

73. Εἰς τὸν Σαρδῶ] Σάρδιον λίθον. *Sardam* Plinio. *corneolam vulgo. corgnivola* Italice. Σαρδῶ, σάρδιος λίθος, σάρδινος, & Sarda, παρὰ τὴν Σαρδὼ νῆσον omnia, ut & Σαρδόνυξ, seu Σαρδώνυξ. *F.G.*

Ibid. Τὸν Σμάραγδον] Τὸν Σμ. *P. H.* & *J.* plene. τὸν aliae per compendium, quod facile permutatur cum τὴν. Sed τὴν pleniſſime *Fl.* ſine compendio. At genus nondum muto, quia & Latinis saepe mascul. est. Vid. *Cl.*

dum praetervideri, non habentibus otium ad eam laudandam ſpectatoribus, ſed obiter tantum ad ipſam reſpicientibus.

16. *Quod quidem neceſſario etiam accidere arbitror illi, qui inter opera adeo pulchra dicendi facultatem velit oſtendere. Deliteſcit enim quidquid dicitur in magna vi rerum pulcherrarum, & obſcuratur, atque una abripitur, quaſi lucernam quis magnum in incendium injiciat, aut formicam in elephanto vel camelo oſtendat. Hoc ergo cavendum dicenti. Ad haec vox etiam ipſa confunditur, in vocali adeo & ſonoro oeco dicentis. Reſonat enim, & reclamat & contra dicit, aut potius occultat clamorem, quale quid etiam tuba facit tibiae, ſi una canant, aut celeuſma canentibus mare, ſi per fluctus illum ſonum accinere remigio velint. Vincit nimirum ſonus magnus, & ad ſilentium illum qui minor eſt redigit.*

17. *Quin illud ipſum, quod dicebat adverſarius, excitari a pulchro oeco dicentem, & alacriorem reddi, illius, mea quidem ſententia, fit contrarium. Percellit enim ac terret, & cogitationem perturbat, facitque timidiorem; dum cogitat, omnium turpiſſimum eſſe, ſi in loco formoſo habita non ſimilis ei videatur oratio. Sic enim manifeſtiſſime aliquis deprehendatur. Velut ſi quis armis indutus pulcherrimis deinde fugiat ante alios, cujus nempe ignavia ipſis ab armis fiat apertior. Hoc ipſum perpendens*

κόσμον, ὄχι ἀγόντων σχολὴν ἐπαινεῖν αὐτῷ τ̃ θεατ̃ῶν, ἀλλὰ πάρεργον αὐτῆς ποιουμένων τ̃ θέαν.

Ὅρα ἀνάγκη, οἶμαι, παθεῖν καὶ τ̃ ἐν οὕτω καλοῖς ἔργοις λόγους δεικνύοντα. λανθάνει γ̃ ἐν τῷ μεγέθει τ̃ καλῶν τὸ λεχθὲν, καὶ ἀμαυροῦται, καὶ συναρπάζε. καθάπερ εἰ λύχνον τις εἰς πυρκαϊὰν μεγάλην φέρων ἐμβάλοι, ἢ μύρμηκα ἐπ' ἐλέφαντ, ἢ καμήλῳ δεικνύοι. τοῦτο γοῦν φυλακτέον τῷ λέγοντι. καὶ προσέτι [d] γε μὴν καὶ τ̃ φωνὴν αὐτῷ ἐπιπαράπεσαι, ἐν οὕτως εὐφώνῳ καὶ ἠχήεντι οἴκῳ λέγων. ἀντιφθέγγεσαι γ̃, καὶ ἀντιφωνεῖ, καὶ ἀντιλέγει, μᾶλλον δὲ ἐπικαλύπτει τ̃ βοὴν, οἷόν τι καὶ σάλπιγξ θρᾷ τ̃ αὐλὸν, εἰ συναυλοῖεν, ἢ τοὺς κελευστὰς ἡ θάλαττα, ὁπόταν πρὸς κύματ ἦχον ἐπᾴδειν τῇ εἰρεσίᾳ θέλωσιν. ἐπικρατεῖ γ̃ ἡ μεγαλοφωνία, καὶ καταπίνει τὸ ῥῆθον.

Καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅπερ ἔφη ὁ ἀντίδικος, ὡς ἄρα ἐπεγείρει ὁ καλὸς οἶκ τ̃ λέγοντα, καὶ προθυμότερον παρασκευάζει· ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ ἐναντίον [c] ποιεῖ. ἐκπλήττει γ̃, καὶ φοβεῖ, καὶ τ̃ λογισμὸν διαταράττει, καὶ δειλότερον ἐργάζε ἐνθυμούμενον ὡς ἁπάντων ἐστὶν αἴσχιστον ἐν εὐμόρφῳ χωρίῳ μὴ ὁμοίους φαίνεσθαι τοὺς λόγους. ἐλέγχων γ̃ οὗτός γε μάλιστ φανερώτατ, ὥσπερ ἂν εἴ τις πανοπλίαν καλὴν ἐνδὺς, ἔπειτα φεύγοι πρὸ τ̃ ἄλλων, ἐπισημότερ ὢν δειλὸς ἀπὸ τ̃ ὅπλων. τοῦτο δέ μοι δοκεῖ λογισάμν καὶ

[d] Γε] Omittit *Fl.* [e] Ποιεῖ] Reſcripſi ex *B2.* ac *Pell.* quum Edd. cett. ποιεῖν haberent.

Cl. *Burm.* ad *Ovid.* 2. Met. 24. Inveniri etiam ζωάφαγδ, vid. ſupr. T. I. *Jud. Voc.* c. 9. p. 90. Veluti & *Burm.* *zmaragdis* edidit, vide ibid. ab Cl. *Hemſt.* notatum, cui tamen adſentior; euphoniam cum *Priſciano* ſervandam, neque conſonantes hic triplicandas. *J. F. R.*

98. Ἐμοὶ δοκεῖν — ποιεῖν] Vitioſe quoque ſcribitur, ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ ἐναντίον ποιεῖν. ἐκπλήττει γ̃, καὶ φοβεῖ, καὶ τ̃ λογισμὸν διαταράττει. Vel δοκεῖ, vel ποιεῖ legendum omnino: potius ποιεῖ. Domum nimirum, quae ad artem exactiſſime exſtructa ſit, largam eloquenti ſpectatori praebere laudandi materiam, & admirationem ſuam eleganti oratione exponendi, dixerat alius quis: at hic, *Ut mihi videtur*, inquit, *contrarium facit* iſtiusmodi domus. *Percellit enim & terret, ac mentem conturbat*, &c. *J. J.*

99. Ποιεῖ] Ποιεῖν omnes fere libri noſtri, ſed ita emendarat jam *B2.* *M. du S.*

Ibid. Ἐκπλήττει] Subaudi τ̃ λέγοντα. *F. G.*

9. Ὁ

καὶ ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ ἐκεῖνος, εὐμορφίας ἐλάχιστον φροντίσαι, μᾶλλον δὲ καὶ παντελῶς ἀΐδρει φωτὶ ἑαυτὸν ἀπεικάσαι, ἵνα αὐτῶν παραδοξότερον φαίνηται τῶν λόγων τὸ κάλλος, ἐκ τῆς πρὸς τὸ ἀμορφότερον ἐξετάσεως. ἄλλως τε ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὴν τοῦ λέγοντος αὐτοῦ διάνοιαν ἀσχολεῖσθαι περὶ τὴν θέαν, καὶ τῆς φροντίδος τὸ ἀκριβὲς ἐκλύειν, τῆς ὄψεως ἐπικρατούσης, καὶ πρὸς αὐτὴν καλούσης, καὶ τῷ λόγῳ προσέχειν οὐκ ἐώσης. ὥστε τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντως ἔλαττον ἐρεῖν αὐτὸν, τῆς ψυχῆς διατριβούσης περὶ τὴν τῶν ὁρωμένων ἔπαινον;

Ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ οἱ παρόντες αὐτοὶ, καὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν παρειλημμένοι, ἐπειδὰν εἰς [a] τὴν τοιοῦτον οἶκον παρέλθωσιν, ἀντὶ ἀκροατῶν θεαταὶ καθίστανται. καὶ οὐχ οὕτω Δημοδόκος, ἢ Φήμιος, ἢ Θάμυρις, ἢ Ἀμφίων, ἢ Ὀρφεύς τις λέγων ἐστὶν, ὥστε ἀποσπάσαι τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς θέας. ἀλλ' οὖν ἕκαστος, ἐπειδὰν μόνον ὑπερβῇ τὴν οὐδὸν, ἀθρόῳ τῷ κάλλει περιχυθεὶς, λόγων μὲν ἐκείνων, ἢ ἀκροάσεως, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀΐοντι ἔοικεν· [b] ὅλος δὲ πρὸς τοῖς ὁρωμένοις ἐστὶν, εἰ μὴ τύχοι τις παντελῶς τυφλὸς ὢν, ἢ ἐν νυκτὶ, ὥσπερ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, ποιοῖτο τὴν ἀκρόασιν.

Ὅτι γὰρ οὐκ ἀξιόμαχον λόγων ἰσχὺς ὄψει ἀνταγωνίσασθαι, καὶ ὁ Σειρήνων μῦθος παρα-

Homericus ille orator videtur minimam curam habuisse pulchritudinis; potius imperito omnium homini se assimilasse, ut ipsius pulchritudo orationis tanto admirabilior ex ipsa ad illam deformitatem comparatione appareret. Alioqui necesse est, ipsum dicentis animum occupari in spectaculo, & exquisitam illam curam remittere, cum vincat illa species & ad se vocet, atque attendere ad orationem non patiatur. Quomodo ergo fieri potest, ut non omnino dicat deterius, occupato circa laudem eorum, quae videntur, animo?

18. *Omitto dicere, quod ipsi etiam praesentes & ad audiendum assumti, cum intrant in talem oecum, spectatores fiunt pro auditoribus. Neque quisquam ita vel Demodocus est, vel Phemius in dicendo, vel Thamyris, vel Amphion, vel Orpheus adeo, qui abstrahere mentem illorum a spectaculo possit: verum unusquisque transmisso solum limine, conferta illa pulchritudine circumfusus, orationem illam, sive auditionem, nec omnino audire videtur: sed totus est in his, quae videntur, nisi quis forte plane caecus sit, aut noctu, ut illud Areopagitarum consilium, audiat.*

19. *Neque enim satis valere vim verborum, quoties cum visu pugnandum est; Sirenum*

a Τὸν] Omittit art. *Fl.* b Ὅλος] Ὅλως marg. *A1.*

9. Καὶ ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ ἐκεῖνος] * Εἰς Πάριν Ἀλέξανδρον, ὥς φησιν Ὅμηρος, Ἀλέξανδρον θεοειδῆ, ὁ λόγος φησί. *V.*

26. Δημοδόκος, καὶ Φήμ.] Ὀνόματα μουσικῶν τε καὶ μελῳδῶν. *G.*

* Errat *Scholiast.* nisi ad fugientem, de quo paulo ante dixerat, referas. Heic enim de Ulysse sermo est. Vide l. c. in nott. *M. du S.*

9. Ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ] Ulysses. *F.G.*
Ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ] Nimis pulchri, nimis divini sunt versus de Ulysse *Homeri* Il. Γ, 217.

Στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας,
Σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα,
Ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν, ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς.
Φαίης κεν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἄφρονα δ' αὔτως,
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει,
Καὶ ἔπεα νεφάδεσσιν ἐοικότα χειμεριῇσι,
Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσσῆϊ γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος·
Οὐ τότε γ' ὧδ' Ὀδυσῆος ἀγασσάμεθ' εἶδος ἰδόντες.

Totos adscripsi, cum quod nimis mihi videntur amabiles, quos proinde dimittere statim quin lectori commendarem, non potui; tum propter ultimum praesertim versum, qui plane sententiam, quae hic proponitur confirmat: *Loquente Ulysse, nemo amplius speciem*

num etiam fabula, cum altera Gorgonum compoſita, doceat. Nam illae quidem praeternavigantes mulcebant, canendo & adulando carminibus, detinebantque appulſos, & mora omnino quadam opus illarum indigebat. Et aliquando aliquis praeternavigavit, & inaudita praetermiſit illorum carmina. At Gorgonum pulchritudo, quae eſſet violentiſſima, & ad principes animae partes pertineret, ſtatim videntes extra ſe rapiebat, faciebatque mutos: ut vero vult fabula, ac dicitur, lapidei prae admiratione facti ſunt. Igitur & quae de pavone paullo ante ad vos iſte dixit, ea pro me dicta arbitror. Etenim illius quoque quod delectat in ſpecie ineſt, non in voce. Et ſi quis juxta collocatos hinc luſciniam & cygnum canere jubeat, hinc inter ipſum cantum tacentem oſtendat pavonem; novi ego transituram ad hunc mentem, longum valere juſſis illorum cantibus: adeo invictum quid eſſe videtur ea, quae per viſum voluptas contingit.

20. *Et ego, ſi vultis, teſtem ad vos allegabo virum ſapientem, qui ſtatim teſtimonium mihi perhibebit, multo, quae videntur, his quae auditu percipiuntur eſſe validiora. Et mihi tu jam, praeco, huc voca ipſum Herodotum Lyxi F. Halicarnaſſo. Et quando,*

τεθεὶς, τῷ δεῖ τ̃ Γοργόνων διδάξειεν ἂν· ἐκεῖναι μὲ γὰ[c] ἐκήλων τὺς θεαμπλέονλας, μελῳδῦσαι, ϗ κολακεύσαι τοῖς ἄσμασι, ϗ καλαπλεύσανλας ἐπιπολὺ κατεῖχον, ϗ ὅλως τὸ ἔργον αὐτῶν ἐδεῖτό τιν@ ἀγατριβῆς· καὶ πό τις αὐτὰς ϗ παρέπλευσε, ϗ τ̃ μέλυς παρήκυσε. τὸ δὲ τ̃ Γοργόνων κάλλ@, ἅτε βιαιότατόν τε ὂν, ϗ τοῖς χαριωτάτοις τ̃ ψυχῆς ὁμιλῶν, εὐθὺς ἐξίστη τὺς ἰδόντας, ϗ ἀφώνυς ἐποίει· ὡς δὲ ὁ μῦθ@ βύλε), ϗ λέγε), λίθινοι ἐγίγνονλο ἀπὸ τ̃ θαύματ@. ὥστε ϗ ὃν ὑπὲς τ̃ ταὼ λόγον εἶπε πρὸς ὑμᾶς μικρὸν ἔμπροσθεν, ὑπὲς ἐμαυτ̃ εἰρῆσθ νομίζω. ϗ γὰ ἐκείνυ ἐν τῇ ὄψει, ὐκ ἐν τῇ φωνῇ τὸ τερπνόν. ϗ εἴ γέ τις θεατὴς ἀμῶ@ τ̃ ἀηδόνα ἢ τ̃ κύκνον, ᾄδειν κελεύοι, μέλαξὺ δὲ ᾀδόντων θεᾶσθαι δείξειε τ̃ ταὼ σιωπῶντα, εὖ οἶδ' ὅτι ἐπ' ἐκείνον μεταβήσεσθαι ἡ ψυχὴ, [d] μακρὰ χαίρειν φράσασα τοῖς ἐκείνων ἄσμασιν. ὕτως ἄμαχόν τι ἔοικεν εἶναι ἡ δι' ὄψεως ἡδονή.

Καὶ ἔγωγε, εἰ βύλεσθε, μάρτυρα ὑμῖν θεατήσομαι σοφὸν ἄνδρα, ὃς αὐτίκα μοι μαρτυρήσ, ὡς πολὺ ἐπικρατέστερά ὄσι τ̃ ἀκυομένων τὰ ὁρώμενα. καί μοι σὺ ἤδη, ὦ κήρυξ, πρόσκαλέσ αὐτὸν Ἡρόδοτον τ̃ [e] Λύξυ Ἁλικαρναστόθεν· καὶ εἰ καλῶς ποιῶν ὑπή-

c Ἐκήλων] Ἐσύλων marg. *A*1. & *Fl.* *d* Μακρὰ] Sic *J. P. H.* &c. Μακρὰν *Fl.* *e* Λύξυ] Et ſic *Fl.* cum cett. Ξύλυ vult *Gron.*

38. Τῶν Γοργῶν κάλλος] Ὅτι αἱ Γοργόνες κάλλει ἐκ εὐμορφίᾳ ἐξίστασαι οἱονεὶ ἀπελίθυν τὺς ἀνθρώπυς. *V.*

ciem illam & habitum cogitat: toti ſunt in verborum ipſius conſideratione. *J. M. G.*

11. Αἴδρει φωτὶ] *Hom.* Γ. 216. *M. du S.*

17. Πρὸς αὐτὴν] Αὐτὴν. *F. G.* Itaque ſic edidi invitis Edd. *J. F. R.*

21. Ἔπαινον] Minus commode dictum; nam id agit quod in rem eſt, maxime, qui dicturus laudem de laude cogitat, in eoque totus eſt; pro ἔπαινον ergo dicere debuit θαῦμα vel tale quid. *M. du S.*

26. Δημοδόκ@] De hoc & ſequente *Suidas* in ἀοιδὸς. Hunc Agamemnon apud uxorem, Phernicum Ulisſes apud Penelopen reliquerat. *M. du S.*

31. Ἀλλ' — ἔοικεν] E Poëta quopiam ſumpta videntur. *F. G.*

Ἀλλ' ἤδη &c.] *Hom.* Il. Ψ. 430. *M. du S.*

64. Λύξυ] *Urſinus* apud *Gronovium* AG. II. 71. monet Herodoti Patrem *Xylum* nominatum, non *Lyxum*, quod ex epigrammate apud *Steph. Byz.* V. Θύριοι conficit. Illud enim epigramma integrum de vetere libro Tzetzae deſcripſiſſe ſe teſtatur, qui *Xylum* nominandum doceat, adductis multorum teſtimoniis, & imprimis Zenonis auctoritate, a qua id accepiſſe ſe Tzetzes ſcribit. Unde & Lucianum emendare jubent. *M. du S.*

ὑπήκουσε, μαρτυρείτω παρελθὼν, ἀναδέξαθε δὲ αὐτὸν, Ἰαστὶ πρὸς ὑμᾶς λέγοντα, ὥσπερ αὐτῷ ἔθος. Ἀληθέα τάδε ὁ λόγος ὑμῖν, ἄνδρες δικασταὶ, μυθεῖται, καὶ οἱ πείθεσθε ὅσα ἂν λέγῃ τουτέων πέρι, ὄψιν ἀκοῆς προτιμέων. ὦτα γὰρ τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. ἀκούετε τοῦ μάρτυρος, ἅ φησιν, ὡς τὰ πρῶτα τῇ ὄψει ἀποδέδωκεν; εἰκότως. τὰ μὲν γὰρ ἔπεα πτερόεντά ἐστι, καὶ οἴχεται ἅμα τῷ προελθεῖν ἀποπτάμενα· ἡ δὲ τῶν ὁρωμένων τέρψις, ἀεὶ παρεστῶσα, καὶ θεωμένοισα, πάντως τὸ θεατὴν ὑπάγεται.

Πῶς οὖν ὁ χαλεπὸς τῷ λέγοντι ἀνταγωνιστὴς, οἷος ὅτω καλὸς, καὶ περίβλεπτος ὤν; μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον οὐδέπω φημί· ὑμεῖς γὰρ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ, καὶ μεταξὺ λεγόντων [a] ἡμῶν, ἐς τὴν ὀροφὴν ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους [b] ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς [c] ἐξητάζετε, πρὸς ἑκάστην ἀποστρεφόμενοι. καὶ μηδὲν αἰσχύνεσθε· συγγνώμη γὰρ, εἴ τι ἀνθρώπινον πεπόνθατε, ἄλλως τε, καὶ πρὸς οὕτω καλὰς καὶ ποικίλας τὰς ὑποθέσεις. τὸ γὰρ τέχνης τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὸ ἱστορίας μετὰ τοῦ ἀρχαίου τὸ [d] ὠφέλιμον, ἐπαγωγὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ πεπαιδευμένων θεατοῦ δέομενον. καὶ ἵνα μὴ πάντα ἐκεῖσε ἀποβλέπητε, ἡμᾶς ἀπολιπόντες, φέρε, ὡς οἷόν τε [e] γράψωμαι αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ. ἡδήσεσθε γὰρ,

praeclare ille quidem, obsecutus est, in medium progressus jam dicat testimonium. Patiemini autem illum Ionice vobiscum pro more suo loqui: Vera ista haec oratio apud vos, judices, loquitur, & credite illi, quae in hanc sententiam dixerit, visum esse praeferendum auditui, aures enim oculis fere sunt infideliores. *Auditis testem, quae dicat, ut primas tribuat visui. Merito sane. Verba enim alata sunt & abeunt, & simul dum prodeunt, avolant. Verum delectatio ex his, quae videntur, adstans semper ac manens, subit omnino spectatorem.*

21. *Quî igitur non validus dicenti adversarius sit oecus adeo pulcher, adeo spectabilis? Quin quod maximum est nondum dico. Vos enim ipsi, judices, dum nos dicimus, lunam respiciebatis, muros admirabamini, picturas examinabatis conversi ad singulas. Nec est, quod vos pudeat. Ignoscendum enim, si quid humani vobis acciderit: praesertim in argumentis ita pulchris ita variis. Ars enim exquisita, & historiae cum antiquitate utilitas, illecebras habent vere, & eruditis spectatoribus indigent. Et ne omnino relictis nobis eo respiciatis, age, quantum ejus fieri potest, verbis illa vobis depingam. Delectabimi-*

a Ἡμῶν] Restitui ex *F. S. Fr.* nam ὑμῶν *Bl. Fl. P. H.* aliaeque male. b Ἐθαυμάζετε] Sic Edd. omn. recte. c Ἐξητάζετε] Ita erat in *Fr. Fl. P. Bl. H. S.* Ἐξιτάζετε *F.* d Ὠφέλιμον] Bene *Fl. Fr. P. S. Amst.* Ὠφίλημον male *F. H.* &c. e Γράψωμαι] Et sic *Fl.*

71. Ὦτα γὰρ &c.] *Herodot.* I. 8. p. 3. *M. du S.*

74. Ἔπεια πτερόεντα] *Homer.* passim. *M. du S.*

Ἔπεια πτερόεντα] Cur verba alata vocentur hanc rationem reddit *Julian.* in Epistt. ad Eugen. p. 141. Collectionis Epistt. Graecanic. πάντως καὶ ὁ Ὅμηρος — πτερόεντας ὀνομάζει, διότι δύνανται παντάχοῦ φοιτᾶν, ὥσπερ οἱ ταχύτατοι τῶν ὀρνίθων, ἢ ἂν ἐθέλωσιν, ἅττοντες. Non addam quae Scholiast. *Hom.* atque *Eustath.* habent. *F. F. R.*

83. Ἡμῶν] Ὑμῶν esse sphalma typogr. suspicor ex *P.* quae *nos dicimus* tamen exhibuit in Latinis, etsi ὑμῶν Graece exhiberet. *F. F. R.*

Ibid. Ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς ἐξητάζετε] Male profecto *Marcilius* corrigit Θαυμάζετε; quod per se, ut cuivis facile pateat, redarguitur. *Nam vos ipsi, judices, interea dum nos dicebamus, ad tectum suspiciebatis, parietes mirabamini, picturasque examinabatis.* *F. F.*

84. Ἐθαυμάζετε] Θαυμάζετε. *Th. M.* Male, ut *Fens.* recte sentit; nam praeterita imperfecta & praecedunt, & sequuntur, & narrat quid factum sit, fierique soleat. *F. F. R.*

93. Γράψωμαι] Lege Γράψομαι. *F. G.* Recte, & parum aberat, quin invitis Edd. ita dedissem, licet sciam aor. subjunct. habere vim futuri. *F. F. R.*

1. Σχημάτων καὶ τόπων] Σχ. καὶ τύπων. *Th. M.* Ego in τό-

mini enim, puto, iis audiendis, quae ſpectan-
tibus admirationi ſunt. Ac forte illo ipſo no-
mine me laudabitis, & adverſario praepone-
tis, ut qui & ipſe oſtendam oecum, & volu-
ptatem vobis geminem. Difficultatem autem
incepti mei videte, qui audeam ſine coloribus,
& figuris, & loco, tot imagines conſtituere.
Tenuis nempe eſt verborum pictura.

22. *Igitur ad dextram intranti Argolicae fabulae Aethiopicus affectus permixtus eſt. Perſeus cetum interficit, & liberat Andromedan, uxorem paullo poſt ſibi habiturus, abitque illam ducens. Agit hoc obiter in ſuo ad Gorgonas volatu. In brevi autem tabella multa expreſſit artifex; pudorem virginis ac metum: inſpicit enim pugnam deſuper e ſcopulo: & auſum juvenis amatorium; & difficilem oppugnatu ſpeciem belluae. Atque haec quidem irruit ſpinis horrens, ac terribilis rictu: Perſeus autem laeva Gorgonem objicit; dextra ferit gladio, & qua parte vidit Meduſam cetus, jam lapis eſt; qua adhuc vivit, falce caeditur.*

23. *Deinde poſt hanc imaginem, alia tabula picta eſt plena juſtitiae, cujus animale exemplum ab Euripide vel Sophocle ſumſiſſe pictor videtur, qui ſimilem & ipſi pinxerunt imaginem: Juvenes duo ſodales Pylades Pho-*

οἶμαι, ἀκούοντες, ἃ καὶ ὁρῶντες θαυμάζετε. καὶ ἴσως ἄν με καὶ δι' αὐτὸ [f] ἐπαινέσαιτε, καὶ τῆ ἀντιδίκῳ προλιμήσαιτε, [g] ὡς καὶ αὐτὸν ἐπιδείξαντα, καὶ διπλασιάσαντα ὑμῖν τὴν ἡδονήν. τὸ χαλεπὸν δὲ τῆ τολμήματος ὁρᾶτε, ἄνευ χρωμάτων, καὶ σχημάτων καὶ τόπου, συστήσασθαι τοσαύτας εἰκόνας· φιλὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τῶν [h] λόγων.

Ἐν δεξιᾷ μὲν ἴσθι εἰσιόντι, Ἀργολικῷ μύθῳ ἀναμέμικται πάθος Αἰθιοπικόν, ὁ Περσεὺς τὸ κῆτος φονεύει, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καθαιρεῖ, καὶ μέλλει μικρὸν γαμήσας, καὶ ἄπεισιν, αὐτίκα ἄγων· πάρεργον τοῦτο δὲ ὅτι Γοργόνας πτήσεως· ἐν βραχεῖ δὲ πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου, καὶ φόβον· ἐπισκοπεῖ γὰρ [i] τὴν μάχην ἄνωθεν ἐκ πέτρας, καὶ νεανίου τόλμαν ἐρωτικὴν, καὶ θηρίου ὄψιν ἀπρόσμαχον· καὶ τὸ μὲν ἔπεισι πεφρικὸς ταῖς ἀκάνθαις, καὶ δεδιττόμενον τῷ χάσματι· καὶ ὁ Περσεὺς δὲ τῇ λαιᾷ μὲν προδείκνυσι τὴν Γοργόνα· τῇ δεξιᾷ δὲ καθικνεῖται τῷ ξίφει. καὶ τὸ μὲν ὅσον τοῦ κήτους εἶδε τὴν Μέδουσαν, ἤδη λίθος ἐστί· τὸ δ' ὅσον ἔμψυχον μένει, τῇ ἅρπῃ κόπτεται.

Ἐξῆς δὲ μοι πλάσατε τὴν εἰκόνα, ἕτερον [k] γράμμα γέγραπται δικαιότατον, ἃ τὸ ἀρχέτυπον ὁ γραφεὺς παρ' Εὐριπίδου ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν. [l] ἐκεῖνοι γὰρ ὁμοίαν [m] ἔγραψαν τὴν εἰκόνα, τὼ νεανία τὼ ἑταίρω,

f Ἐπαινέσαιτε] Ἐπαινέσητε *Fl.* & προτιμήσητε. g Ὡς καὶ] Ὡς μὴ καὶ *Fl.* h Λόγων] Λόγον *Ald.* male. i Τὴν] Articulo caret *Fl.* k Γράμμα] Δράμα *Fl.* quod verum credo. l Ἐκεῖνοι] Sic Edd. ἐκείνω vult *Solan.* m Ἔγραψαν τὴν] Sic dedi ex *Fl.* ἐγραψάτην cett.

τόπου Edd. conſentire video, neque ex Codd. quidquam varietatis notatum reperio. *J. F. R.*

5. Αἰθιοπικὸν] Cepheus, Caſſiope, & Andromede Aethiopes. *F. G.*

8. Πάρεργον τοῦτο δὲ ὅτι Γοργόνας πτήσεως] Benedictus, *atque ut extra inſtitutum, volatus ad Gorgonas.* An credimus ſic inſignem virum diſtinxiſſe? Verius crediderim ortum errorem ab typis, & continuo ductu expreſſiſſe ſententiam, quam largius ediderat Micyllus, *atque hoc parergon quoddam, ſive extra propoſitam rem additum fuit ad eum, quo ad Gorgonas abiit volatum.* Ex Benedicto oportet certe tolli abſurda commatis diſtinctio, ut *volatus* ſit genitivo caſu. *J. G.*

23. Ἐκεῖνω] Verbum in Duali numero poſitum in omnibus, excepta *Fl.* quae ἔγραψαν τὴν habet, hoc etiam pronomen in duali eſſe cum poſtularet, in omnibus libris noſtris antea legebatur tamen ἐκεῖνοι. *M. du S.*

Ἐκεῖνοι — ἔγραψαν τὴν] *Fl.* lectionem veram arbitror, quam exhibeo; nam ſi ἐγραψάτην cum cett. legis, ἐκεῖνοι cum *Solano* in ἐκείνω mutandum fuiſſet; licet mox ἄμφω φονεύσιν recte legatur; dualis enim nominis recte admittit pluralem verbi, non viciſſim. Etſi *al* κῆρες ἐξέδην *Hom.* Il. Θ. 73. Melius ergo erat lectionem bonam ſequi, quae a *Fl.* ſuppeditatur, quam

ρω, Πυλάδης τε ὁ Φωκεὺς, καὶ Ὀρέστης, [a] δοκοῦντε ἤδη τεθνάναι, λαθόντε τὰ βασίλεια, καὶ παρελθόντε, φονεύουσιν ἄμφω τ' Αἴγισθον. ἡ δὲ Κλυταιμνήστρα ἤδη ἀνῄρηται, καὶ ἐπ' εὐνῆς τινος ἡμίγυμνος πρόκειται, καὶ θεραπεία πᾶσα, ἐκπεπληγμένοι τὸ ἔργον, οἱ μὲν ὥσπερ βοῶσιν, οἱ δέ τινες, ὅπη φύγωσι, περιβλέπουσι. σεμνὸν δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπενόησε, τὸ μὲ ἀσεβὲς τ' ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραδραμών, ἐμβραδύνοντας δὲ τοὺς νεανίσκους ἐργασάμενος τῷ τοῦ μοιχοῦ φόνῳ.

Μετὰ δὲ τοῦτο θεός ἐστιν εὔμορφος, καὶ μειράκιον ὡραῖον, ἐρωτική τις παιδιά· ὁ Βράγχος ἐπὶ πέτρας καθήμενος, ἀνέχει λαγών, καὶ προσπαίζει τ' κύνα. ὁ δὲ πηδη-

a Δοκοῦντε] Δοκῶντε Edd. priores malo.

censis atque Oreſtes, qui jam putabantur eſſe mortui, atque ſic latentes, in regiam intrant, interficiuntque ambo Aegiſthum. Clytaemneſtra vero jam occiſa in cubili quodam ſeminuda jacet, ac miniſterium omne circumſtat, conſternati facinore, alii clamant, alii quorſum fugiant, circumſpiciunt. Specioſe illud commentus eſt pictor, cum impium quod fuit in hoc facinore oſtendit modo, & tanquam perpetratum jam praetercucurrit: ſed immorantes pinxit juvenes in caede adulteri.

24. *Poſt haec vero formoſus Deus eſt, & adoleſcentulus pulcher, luſus quidam amatorius. Branchus in petra ſedens, leporem retinet, & alludit cani: hic vero aſſilientis ad ipſum*

corrigendo aliam formare. Et licet alias permutationes dualis ac pluralis non ſemel viderimus, hic minus tamen convenit ἐκεῖνοι. *J.F.R.*

26. Δοκῶντε] Δοκοῦντε legendum omnino videtur: totus autem locus ſic corrigendus, Πυλάδης τε ὁ Φωκεὺς, καὶ Ὀρέστης δοκοῦντε ἤδη τεθνᾶναι, λαθόντε τε εἰς βασίλεια παρελθόντε φονεύουσιν ἄμφω. &c. *F.G.*

Ibid. Λαθόντε τὰ βασίλεια, καὶ παρελθ.] Verti ac ſi legeretur καὶ παρελθόντε τε λαθόντε εἰς τὰ βασίλεια. Caſus ſimiles fecerunt, opinor, ut λαθόντε praeponeretur, inde reliqua confuſio. *J.M.G.*

38. Ὁ Βράγχος] Branchus Apollinis Amaſius, alias filius. *F.G.*

48. Τὸ δὲ ἔργον] Corruptus hic locus eſt; quem, ſi pro πω, legas εἰ μὴ vel ſimile quid, forſan ſanitati reſtitues. Ulterius abſque MSS. ope mihi progredi non licet. *Fl.* τὸ δὲ ἔργον οὐχ ἑώρα σκέπων ἀλλ' ἐπὶ &c. Unde nondum, quid ſcripſerit Lucianus, ſatis patet. Quin & ante haec verba pro τόλμαν, ego τὸ μὴν ſcriptum fuiſſe non dubito. Totum refingant quibus meliores obtigerint Codices, aut felicior erit conjiciendi facultas. *M. du S.*

49. Οὐχ ἑώρακέ πω ἐπὶ τ' ἀσπίδος] Qui non ignorat hiſtoriam facti, ille hic aliquid deeſſe ſentit. Pherecydes apud *Schol. Apollo.* Argon. 4, 1515. de Mercurio & Minerva, Perſei in hoc facto adjutoribus, ὑποτίθενται αὐτῷ ὅτοι οἱ θεοὶ, ὅπως χρὴ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν ἀπεσκαμμένον· καὶ δεικνύουσιν ἐν τῷ κατόπτρῳ (ipſo nimirum clypeo politiſſimo) τὴν Μέδουσαν κ. τ. λ. Ipſe Perſeus narrat apud *Ovid.* Met. 4, 781.

Se tamen horrendae clypei, quod laeva gerebat,
Aere repercuſſo formam adſpexiſſe Meduſae &c.

Itaque omiſſam apparet particulam exceptivam, quae hoc forte modo expleri poterit, οὐχ ἑώρακέ πω, ἢ μὴ ἐπὶ τ' ἀσπίδος. Atque ita interpretatus ſum. *J.M.G.*

51. Τὸ πρόσιμον] Τὴν ἀπολίθωσιν ſcil. *F.G.*

52. Ἄνω τ' ἀντίθυρος] Leg. videtur τ' ἀντιθύρου, ſeu potius τοῦ ἀντιθύρου. ἀντίθυρος ἐλλειπτικῶς pro ἀντίθυρος τοῖχος. Infra p. 848. (Ed. Bened.) εἰς δὲ τ' ἀντίθυρον ἡ ἄλλη πληθύς. &c. vide locum. *F.G.*

Ἄνω τ' ἀντίθυρος, Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται] Sane quidem poſt vocem tertiam video in editionibus poni parvam diſtinctionem, non ſecus acſi inde ſupponere deberemus viros doctos, qui vel ediderunt vel interpretati ſunt, in Graeco ſermone agnoviſſe ἡ ἀντίθυρ, cujus ſecunda inclinatio foret τ' ἀντίθυρος. Sed nunquam eo vecordiae progredi potui, credens illos ſatis bene voces Luciani conſideraviſſe. Itaque quum puer eſſem, inſiſtens illorum veſtigiis cenſui ſcripſiſſe auctorem ἄνω τις ἀντίθυρος Ἀθηνᾶς ναὸς, *in mediis parietis ſuperiore parte obverſum oſtio templum Minervae poſitum eſt.* Neque hujus cogitationis nunc poenitet, eo magis quod hunc locum videam ab viro doctiſſimo infra *Symp.* c. 8. ſic tractari, quaſi vel ἄνω τ' ἀντιθύρου aut potius τοῦ ἀντιθύρου legendum eſſet: quorum utrumque non eſt immune vitii; quum nec prius bonam efficiat ſententiam aut ſyntaxin, nec etiam poſterius, quum ſi μέσος fuerit ἀντίθυρος, non fuerit neceſſe id rurſus exprimi; ſed recte dicit in medio pariete fuiſſe ἄνω aedem Minervae ἀντίθυρον. Quin etiam quum illic ſcribit Lucianus εἰς δὲ τ' ἀντίθυρον ἡ ἄλλη πληθὺς, non debet ſupponi ellipſis pro ἀντίθυρον τοῖχον, qui nullus illic legitur, ſed εἰς δὲ τ' ἀντίθυρον ſcilicet κλιντῆρα, qualem alium ad dexteram ingredientibus praceſſiſſe illic manifeſte legimus. *J.G.*

Ἄνω

ipſum in altum ſpeciem habet. Atque adſtans Apollo ſubridet delectatus utroque, & puero ludente, & tentante capturam cane.

25. *Poſt iſta iterum Perſeus, auſus illa, quae ante cetum geſta ſunt, & Meduſa cui caput praeciditur, tegensque Perſeum Minerva. At ille peregit facinus, ut opus ipſe ſuum non videret, praeterquam Gorgonis in clypeo ſuo imaginem: noverat nimirum quanti conſtaret directo viſu illam adſpexiſſe.*

26. *In medio pariete, ſuperne, e regione januae aedicula Minervae facta eſt. Dea e candido marmore: habitus non bellicus; ſed qualis fuerit pacem agente Dea bellica.*

σομιῷ ἔοικεν ἐπ' αὐτὸν εἰς τὸ ὕψος· καὶ Ἀπόλλων παρεστὼς μειδιᾷ, τερπόμενος ἀμφοῖν, καὶ τῷ παιδὶ παίζοντι, καὶ πειρωμένῳ τῷ κυνί.

Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ Περσεὺς πάλιν τὰ πρὸ τοῦ κήτους ἐκεῖνα τολμᾷ, καὶ ἡ Μέδουσα τεμνομένη τὴν κεφαλήν, καὶ Ἀθηνᾶ σκέπουσα τὸν Περσέα· ὁ δὲ τὸ μὲν τόλμαν εἰργάσται, τὸ δὲ ἔργον οὐκ ἑώρακέ πω, [b] ἀλλ' ὑπὸ τὴν ἀσπίδος, τὴν Γοργόνος τὴν εἰκόνα. οἶδε γὰρ τὸ πρόσιμον τῆς ἀληθοῦς ὄψεως.

Κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῖχον, ἄνω [c] τῆς ἀντίθυρος, Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται, ὁ θεὸς λίθου λευκοῦ, τὸ σχῆμα οὐ πολεμιστήριον, ἀλλ' οἷον ἂν γένοιτο εἰρήνην ἀγούσης θεοῦ πολεμικῆς.

Εἶ-

b Ἀλλ'] Inſerui ex *Fl.* omiſſum erat in cett. Sed pro ἑώρακέ πω eadem *Fl.* habet ἑώρα σκέπων, quod etiam adſcivit marg. *A1.* At nihili eſt. Pro πω *B1.* & 2. ποτε. *c* Τῆς ἀντίθυρος] Nihil mut. Edd. & *Coll.*

52. * Τῆς ἀντίθυρος] Ὡς ἀπὸ τῆς εὐθείας † ἡ ἀντίθυρ. *V.*

* Τῆς ἀντίθυρος] Ἀντίθυρε male V.

† Ἡ ἀντίθυρ] In Impreſſis ἡ ἀντίθυρος, quod plane abſurdum. Sed in V. C. & G. ἀντίθυρι, quod rem totam aperit. Τῆς ἀντίθυρος, inquit, a nominativo ἡ ἀντίθυρ, ut πυρὸς a πῦρ. *M. du S.*

Ἄνω τοῦ ἀντιθύρου] Huc usque de parietis dextri imaginibus a c. 21. pergit nunc ad cubiculi latus intrantibus adverſum, & quod ſupra januam priori oppoſitam erat, deſcribit. Vide autem Ἀλεξ. c. 6. & Συμπ. c. 8. ubi priore in loco videbis τὸ ἀντίθυρον in omnibus libris Noſtris ſcriptum inveniri; in poſteriori autem in Mſ. O. ſolo; at reliquos prae ſe ferre τὴν ἀντίθυρον. Hic vero omnes τῆς ἀντίθυρος; quod mutavimus. Fateor tamen eo inclinare animum, ut, putem hic τῆς ἀντιθύρου ſcriptum fuiſſe; ſicuti ἡ ὠθάθυρος *Plut.* 1096, 1. eſt poſticum. Cum enim neutro genere uſurpatur, ſubauditur ſemper τεῖχος. *M. du S.*

Ἄνω τις ἀντίθυρος Ἀθηνᾶς ναὸς] Sine ulla dubitatione recipienda conjectura *Gronovii.* Ἀντίθυρος ναὸς Ἀθηνᾶς eſt aedicula Minervae, in medio pariete, ex adverſo januae, ad ſymmetriam nimirum obtinendam, poſita. Ναὸν vel νεῶν non ſemper eſſe juſtum templum & aedem, ſed machinationem auguſtam, recipiendo ſigno Dei alicujus factam, cum viri docti, *Pricaeus* praeſertim, ad Actuum Apoſtolicorum 19, 24. oſtenderunt, tum luculenter ipſe Lucianus docet ſupra *Amor.* c. 13. f. ubi ἀμφίθυρος, quemadmodum hic ἀντίθυρος, Veneris νεὼς deſcribitur. *Aediculam* e Plinii narratione ibi reddidimus: qui etiam alias illa appellatione utitur. V. G. de *Lyſiae opere quodam, quod in Palatio ſuper arcum Divus Auguſtus dicavit in aedicula columnis adornata* lib. 36, 5. ſ. 4, 10. Add. 36, 13. ſ. 19, 2. Non dubito quin illa opera altaribus Chriſtianorum ſuperpoſita, ubi intra thecas quasdam & valvas vel ſigna Divorum, vel reliquiae aſſervantur, itemque illa quae vocantur *tabernacula*, ſtructurae interdum inſignes & magni operis, ab ναοῖς hiſce gentilium originem duxerint. *J. M. G.*

Ἄνω τῆς ἀντίθυρος] Τῷ ἀντιθύρῳ *Solan.* Τις pro τῆς *Gron.* ac *Geſn.* quibus adſentior, cum emendatio ſit facilior. Edi tamen paſſus ſum vulgatum, quum & alii conjicere queant, articuli tranſpoſitione haec ſanari poſſe, legendo ἀντίθυρος τῆς Ἀθηνᾶς. Niſi vel ſine tranſpoſitione ita conſtruere velis (quod tamen durius) Neutro gen. τὸ ἀντίθυρον habuimus ſupra, T. 2. *Alex.* c. 16. ubi *Soulius* noſter animadvertit, hic loci idem feminino genere occurrere. Sed qui τῆς ad nominativum ἀντίθυρος pertinere poterit? Maſcul. genere, & uſitatiore, legitur infra *Sympoſ.* c. 8. εἰς δὲ τὸν ἀντίθυρον. Sed & pro ἄνω ἀντὶ legat quis, qui verſionem priſtinam eo tendere viderit, quae dedit: *In medio autem pariete, ex adverſo januae Minervae aedicula quaedam eſt.* At quorſum tot conjecturas? Cedamus *Gronovio*, donec Mſſ. emendatiores nanciſcamur. *J. F. R.*

Εἶτα μὲν ταύτῃ ἄλλη Ἀθηνᾶ, ὑ λίθος αὕτη γε, ἀλλὰ γραφὴ [a] πάλιν. Ἥφαιστος αὐτῇ διώκει ἐρῶν, ἡ δὲ φεύγει· καὶ ἐκ διώξεως Ἐριχθόνιος γίγνεται.

Ταύτην ἕπεται παλαιά τις ἄλλη γραφή. Ὠρίων φέρει τὴν Κηδαλίωνα, τυφλὸς ὤν. ὁ δ' αὐτῷ σημαίνει τὴν πρὸς τὸ φῶς ὁδόν, ἐποχούμενος.

Καὶ ὁ Ἥλιος φανείς, ἰᾶται τὴν πήρωσιν, καὶ ὁ Ἥφαιστος Λημνόθεν ἐπισκοπεῖ τὸ ἔργον.

Ὀδυσσεὺς τὸ μὲν τοῦτο, δῆθεν μεμηνώς, [b] ὅτε συστρατεύειν τοῖς Ἀτρείδαις μὴ θέλων· πάρεισι δὲ οἱ πρέσβεις ἤδη καλοῦντες. καὶ τὰ μὲν ἐκ ὑποκρίσεως, πιθανὰ πάντα, ἡ ἀπή-γη, τὸ τὴν ὑπεζευγμένων ἀσύμφωνον, ἄγνοια τὴν δρωμένων· ἐλέγχεται δὲ ὅμως τῷ βρέφει. Παλαμήδης γὰρ ὁ τοῦ Ναυπλίου, συνεὶς τὸ γιγνόμενον, ἁρπάσας τὸν Τηλέμαχον, ἀπειλεῖ φονεύσειν, πρόχωπον ἔχων τὸ ξίφος, καὶ πρὸς τὴν δὲ μανίας ὑπόκρισιν, ὀργὴν καὶ θυμὸς ἀνθυποκρίνεται. ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς πρὸς τὸν φόβον τοῦτον σωφρονεῖ, καὶ πατὴρ γίγνεται, καὶ λύει τὴν ὑπόκρισιν.

27. *Tum post hanc Minerva alia, non marmor illa quidem, sed pictura rursus. Persequitur illam Vulcanus amator, illa se subducit, atque ex illa persecutione nascitur Erichthonius.*

28. *Hanc sequitur vetus quaedam alia pictura. Caecus Orion fert Cedalionem, hic vero insidens illi viam ad lucem monstrat.*

29. *Oriensque Sol caecitati illius medetur. Ac Vulcanus e Lemno rem inspicit.*

30. *Ulysses post ista, nempe furens, ut qui expeditionem suscipere cum Atridis nolit. Adsunt autem legati jam vocantes. Et simulatio ipsius satis illa quidem probabilis: currus, discrepantia jumentorum, eorum quae agerentur ignorantia. At deprehenditur tamen in puero. Palamedes enim Nauplii F. intelligens quid ageretur, raptum Telemachum interfecturum se minatur, stricto jam gladio, & adversus furoris simulationem iram & ipse vicissim simulat. At Ulysses ab hoc metu resipiscit, & fit pater, & simulationem solvit.*

31. *Ul-*

[a] Πάλιν] Interpunctio *Gesneri*. Ante edebatur: ἀλλὰ γραφή. πάλιν Ἥφ—. [b] Ὅτε — θέλων] Ὅτι — θέλει *Pell.* In vulgato consentiunt *J. Ald. Bl. Fl. Fr. H. P. S.* πότε *B2.*

58. Πάλιν] Aut tertia est Minerva, aut surreptitium est istud πάλιν. *M. du S.*

Ibid. Γραφὴ πάλιν. Ἥφαιστος] Sic interpungendum. πάλιν indicat, seriem picturarum interceptam ab aedicula Minervae rursus continuari. *J. M. G.*

60. Καὶ ἐκ διώξεως] Fabulam habes apud *Lactantium* I. 17. cujus haec extrema verba sunt: *In illa*, inquit, *colluctatione, Vulcanum profudisse aiunt semen, unde sit Erichthonius natus.* Ad quem locum *Lindenbrogius* Luciani *Philopseuden* pro hoc opusculo adfert; quod ideo moneo, ne frustra illud evolvas; nam ibi quidem cap. 3. *e terra natus Erichthonius* dicitur, sed nihil aliud. Confer etiam Ὀρχ. c. 39. ubi tangitur fabula, non ut hic, narratur. *M. du S.*

62. Ὠρίων φέρει τὴν Κηδαλίωνα] Quia haec fabula non est vulgo nota, non erit, credo, ingratum meo lectori, si aliquid de ea dixero. Orion ab Oenopione, qui in Chio regnabat, excaecatus & in littus maris expositus, Cedaliona puerum fabrum rapuit, & humeris impositio eo ductore usus est, ut ad orientem solem ab eo duceretur, ubi solis calore visum recepit. Naxius autem fuit, & ei Juno Vulcanum tradidit, ut fabrilem artem eum doceret. De eo *Eustathius* ad Iliad. Ξ, & *Apollodor.* L. I. qui tamen eum non nominat, sed hanc historiam narrat. *J. P. a G.*

66. Ὁ Ἥφαιστος Λημνόθεν] Fuerit itaque pictura talis, ut e Lemno, sua officina, prospiciens Vulcanus oculis prosequi videretur Orionem. Cur autem hoc quod Orion agit, *Vulcanus inspexerit*, Hyginus explicat poët. astron. 2, 34. Excaecatus ob vitiatam Meropen & de insula Chio ejectus, *existimatur Lemnum ad Vulcanum pervenisse, & ab eo quendam ducem, Cedalionem nomine accepisse* &c. *J. M. G.*

68. Ὅτε συστρατ. — μὴ θέλων] Legendum est, nisi vehementer fallor, ἅτε μὴ θέλων. *J. M. G.*

Ὅτε] Ἅτε legendum videtur. *F. G.* Recte, cumque Cl. *Gesn.* idem divinarit, cui multum tribuo, id potius habeo, quam *Pelleti* ὅτι θέλει. *J. F. R.*

71. Ὑπεζευγμένων] Subaudi ζώων, βοῶν, aut sim. *F. G.*

75. Πρόχωπον] Πρόχωπος idem est quod πρόσκωπος Grammaticis; sed τὸ πρόσκωπος magis placet. *F. G.*

Πρόχωπον] Cur *Guyet.* πρόσκωπον malit, non intelligo;

31. *Ultima Medea picta est zelotypia inflammata, pueros duos torvum adspiciens, & dirum quiddam animo agitans. Jam enim habet gladium. At miselli sedent ridentes, futurorum ignari, idque cum in manu videant gladium.*

32. *Haec omnia, judices, nonne, ut abducant auditorem, videtis, & ad spectaculum avertant, solumque eum qui dicit relinquant? Atque ego ista persecutus sum, non ut adversarium meum, audacem rati ac temerarium, qui difficilibus adeo rebus volens ipse se ingesserit, damnatum habeatis odio, atque in ipsa oratione destituatis: sed uti potius adjuvetis ipsi certamen, & conniventes, quantum ejus fieri potest, verba illius audiatis, perpensa nimirum operis difficultate. Vix enim vel sic potuerit, etiam si non judicibus vobis sed sociis utatur, non usquequaque indignus magnifico isto oeco putari. Quod vero pro adversario ista peto, nolite mirari; Ob amorem enim hujus oeci, quisquis est, qui in eo dicit, velim probari.*

Ὑστάτη δὲ ἡ Μήδεια γέγραπται, τῷ ζήλῳ διακαὴς, τὼ παῖδε ὑποβλέπουσα, καί τι δεινὸν ἐννοοῦσα· ἔχει γοῦν ἤδη τὸ ξίφος, τὼ δ' ἀθλίω καθῆστον γελῶντε, μηδὲν τῶν μελλόντων εἰδότε· καὶ ταῦτα ὁρῶντε τὸ ξίφος ἐν ταῖν χεροῖν.

Ταῦτα πάντα, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐχ ὁρᾶτε ὅπως ἀπάγει μὲν τὴν ἀκροατὴν, καὶ πρὸς τὴν θέαν ἀποστρέφει, μόνον δὲ καταλείπει τὴν λέγοντα; καὶ ἔγωγε διεξῆλθον αὐτὰ, οὐχ ἵνα τὴν ἀντίδικον τολμηρὸν ὑπολαβόντες, καὶ θρασὺν, εἰ τοῖς οὕτω δυσκόλοις ἑαυτὸν ἑκὼν φέρων ἐπέβαλε, καταγνῶτε, καὶ μισήσητε, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἐγκαταλίπητε, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτῷ συναγωνίσησθε, καὶ ὡς οἷόν τε καταμύοντες, ἀκούητε τῶν λεγομένων, λογιζόμενοι τοῦ πράγματος τὴν δυσχέρειαν. μόλις γὰρ ἂν οὕτω δυνηθείη οὐ δικασταῖς, ἀλλὰ συναγωνισταῖς ὑμῖν χρησάμενος, μὴ παντάπασιν ἀνάξιος τῆς τοῦ οἴκου πολυτελείας νομισθῆναι. εἰ δὲ ὑπὲρ ἀντιδίκου ταῦτα δέομαι, μὴ θαυμάσητε· ὑπὸ γὰρ τοῦ τὴν οἶκον φιλεῖν, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ λέγοντα, ὅστις ἂν ᾖ, βουλοίμην ἂν εὐδοκιμεῖν.

go; πρόσκωπος enim *remex* est, ὁ πρὸς κώπην. *Thucyd.* I. c. 10. *Long. Past.* II. p. 41. ναῦν μικρὰν καθελκύσαντες, καὶ οἰκέτας προσκώπους καθίσαντες, ubi frustra *Mollius* conjicit προκώπους forsan legendum. Noster T. I. *Contempl.* §. 1. ἀντλεῖν ἐκέλευσα ἢ πρόσκωπον εἶναι. ibid. §. 7. ναύτης ἀεὶ ὁ πρόσκωπος ὤν. Quum πρόκωπος sit, *promptus*, *strictus*, *nudus*; ut notum ex *Herodian.* VII. 6. 19. προβαλόντες τὰ ξιφίδια — φονεύουσιν, ἔχοντές τε αὐτὰ πρόκωπα, προπηδῶσιν. Ibid. c. 5. 10. ἔχων πρόκωπον τὴν δεξιὰν. *manu capulo admota.* Quinam vero Grammatici idem esse dicant, πρόκωπος & πρόσκωπος, nescio; nisi quod male ap. *Poll.* I. S. 95. πρόκωπος *remex* legas, ubi πρόσκωπος recte corrigunt Commentt. *J. F. R.*

ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ.

Ὄναρ τί τοῦτο, λαμπρότατε Κυϊντίλλε, [a] κελευσθεὶς [b] προσφέρω σοι δῶρον, τοὺς μακροβίους, πάλαι μὲν τὸ ὄναρ ἰδὼν, καὶ ἱστορήσας τοῖς φίλοις, ὅτε ἐτίθεσο τῷ δευτέρῳ σου παιδὶ τὄνομα· συμβαλεῖν δὲ οὐκ ἔχων, τίνας ὁ θεὸς κελεύει μοι προσφέρειν σοι τοὺς μακροβίους, τότε μὲν [c] ηὐξάμην τοῖς θεοῖς [d] ὅπως μήκιστον ὑμᾶς βιῶναι, σέ τε αὐτὸν, καὶ παῖδας τοὺς σούς· τοῦτο συμφέρειν νομίζων καὶ σύμπασι μὲν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, πρὸ δὲ τῶν ἁπάντων αὐτῷ τε ἐμοὶ, καὶ [e] πᾶσι τοῖς ἐμοῖς. καὶ γὰρ καὶ μοί τι ἀγαθὸν ἐδόκει προσημαίνειν ὁ θεός.

LONGAEVI.

SOmnio monitus hoc facere, o Quintille clariſſime, munus ad te defero Longaevos: *ſomnio*, *inquam*, quod olim vidi, cum nomen poneres filio tuo ſecundo, ac narravi amicis. Sed quod conjicere non poſſem, quosnam Longaevos tibi offerri Deus juberet: tum quidem vota Diis nuncupavi, ut quam longiſſime & tu vivas & tui filii; utile id eſſe ratus cum univerſo hominum generi, tum praeter caeteros & ipſi mihi & meis omnibus: etenim mihi quoque bonum quiddam praeſignificare videbatur Deus.

2. Re

a Κελευσθεὶς] Κελευθεὶς *Fl.* b Προσφέρω σοι] Bene *P. B. J.* &c. Προσφέρωσι *H.* c Ηὐξάμην] Sic pleraeque. Εὐξάμην *Fl.* d Ἐπὶ μήκιστον] Sic *Fl.* & *B* 1. 2. 3. Ἐπημήκιστον *J.* Ἐπιμήκιστον junctim aliae. e Πᾶσι] Nil mut. Edd. neque Codd.

5. Συμβαλεῖν] Διακρίναι, νοῆσαι. *V.*

ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ] Ante mortuum Demonactem ſcriptus videtur hic liber, quem, quo erat in eum favore, catalogo longaevorum non annumerare nefas duxiſſet. De eodem argumento ſcripſit etiam *Phlegon*, cujus liber extat. vide etiam Laevinum Lemnium *de occult. nat. mir.* & Merc. *Hiſt.* 1696. p. 317. & ſeqq. & alibi paſſim. *M. du S.*

1. Ὄναρ τι] Ex ipſa ſomnii commemoratione conjicit *Joh. Clericus* Bibl. Anc. & Mod. T. 22. p. 226. auctorem non eſſe Lucianum; ſed forte Ariſtidem, cujus ſuperſtitio nota eſt. Argumentum nimis imbecillum, quod vel ipſo primo libellorum Luciani refutetur. Caeterum legendum puto non ὄναρ τι, quod libros occupavit; ſed ὀνείρατι. *J. M. G.*

Ὄναρ] Pro κατ' ὄναρ, *per ſomnium*, frequens aliis, frequens Noſtro. T. I. *Tim.* §. 20. f. ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσι. T. 2. *Gall.* c. 1. f. ὅρα ὅπως μὴ, ὄναρ πλουτῶν, λιμώττῃς ἀνιγρόμβροτον. & vel centies alibi. Probe ſcivit hoc vir Doctiſſ. probe etiam meminit; quare igitur ὀνείρατι malit, neſcio; niſi quod τι forſan alibi non addat Noſter. De accentu V. Κυϊντ. vid. fin. huj. *Dial.* *J. F. R.*

Ὄναρ] In marg. verſionis *Geſnerianae* moneor, ut notas Clar. *J. Henr. Maji* inſeram, quas ille in *Diſſert.* ſuper hoc Luciani libello, Gieſſae Ao. 1724. defendente Doct. *J. Herm. Bennero*, nunc ibid. Profeſſore Clariſſ. edidit. Sed cum Bibliopolae ſerio monuere, curarem, ne ultra tertium tomum haec editio excurreret; ut utriusque petitioni aliquid dem, potiſſima ſaltem indicando, vel excerpendo, inſeram. Ὄναρ igitur *Majus* hic notat de *vero*, ἐνύπνιον de falſo dici, ex *Macrob.* ad Somn. Scip. I. 3. *Suid. Heliod.* & *Artemid.* Id vero diſcrimen haud eſſe perpetuum, ex *Luciani Somn.* aliisque recte probat. Dein phraſin ὄναρ κελευσθεὶς pro κατ' ὄναρ Noſtro adſerit ex *Pſeudom. Gall. Chronoſol. Theophyl. Ælian.* & *Ach. Tat.* *J. F. R.*

Ibid. Κυϊντίλλε] [Altercatio fuit inter Herodem Atticum & Quintillios fratres tum Graeciae praefectos (*Philoſtr.* p. 545. & 559.) ea autem coepta eſt circa annum Chr. CLXXI. Pythiaque CLXXXIX. eo anno celebrata; ſiquidem, referente *Philoſtrato* p. 545. l. c. nonnulli dicebant initium illius altercationis fuiſſe Pythiorum ſolemne, quod diverſo judicio concentum muſicum auſcultaſſent. Id enim Pythium ſolemne ad annum CLXXV, quo ſubſequens ſolemne CXC. celebratum, referri nequit; uti ex ſequentibus liquebit. *Philoſtratus* enim veram altercationis hujus cauſam enarrans ibi ſcribit, Herodem tyrannidis apud Imperatorem, Quintilliorum literis accuſatum: poſtea ipſum atque adverſarios Imperatorem, tum in Pannonia bellum gerentem, & Sirmii degentem, adiiſſe; atque coram eo cauſſam egiſſe (558. A.) vivente adhuc *M. Aurelii* uxore, ac filiola adhuc balbutiente, (& modo trienni p. 561.) 558. D. Jam vero Fauſtina A. C. CLXXV. ſub hiemem obiit; atque paulo poſt Marcus epiſtolam ad Herodem ſcripſit, in qua cum de belli hibernis verba feciſſet, in quibus tum erat, & uxorem defleviſſet *recens mortuam*, addebat ἀπολογίαν pro judicio, quod ante adverſus eum in Pannonia

2. Re autem mecum conſiderata, in cogitationem veni, vero eſſe ſimile, Deos, quum viro doctrinae ſtudiis operato haec imperent, jubere, de arte tibi *mea* aliquid ut offeram. Hunc igitur auſpicatiſſimum ratus nataliciorum tuorum diem, dono tibi eos, qui ad longam ſenectutem perveniſſe, cum ſana mente & corpore integro, memorantur. Etenim duplex quaedam tibi utilitas ex hoc libello naſcatur: hinc animus alacris & bona ſpes, fieri poſſe ut ipſe quoque vivas quam diutiſſime, hinc quaedam *petita* ab exemplis diſciplina, ſi cognoſcas, ut quique maxime & corporis ſui & animi curam geſſerit, ita ad longiſſimam ſenectutem, cum valetudine integra, perveniſſe.

Σκεπτόμενος δὲ κατ' ἐμαυτὸν, εἰς σύνοιαν ἦλθον, εἰκὸς εἶναι τὸς θεὸς, ἀνδρὶ περὶ παιδείαν ἔχονλι ταῦτα προστάττονλας, κελεύειν τί προσφέρειν σοι ἀπὸ τ τέχνης. ταύτῃ δὴν αἰσιωτάτῃ νομίζων τὴν γε τ σῶν γενεθλίων ἡμέραν, δίδωμί σοι τὸς ἱστορημένους εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὼ ἂν καὶ ὄφελος γένοιτό τί σοι ἐκ τῦ συγγράμματος διπλῦν. τὸ μὲ εὐθυμία τις, καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ αὐτὸν [f] ἐπιμήκιστον δύνασθαι βιῶναι. τὸ δὲ διδασκαλία τις ἐκ παραδειγμάτων, εἰ ἐπιγνοίης ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι κατά τε σῶμα, καὶ κτ' ψυχὴν, οὗτοι δὲ εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον, σὺν ὑγείᾳ παντελεῖ.

Νέ-

[f] Ἐπιμήκιστον] Sic pleraeque. Ἐπὶ μήκιστον *Fl. B*1. ac 2.

nia tulerat (p. 562. coll. cum 560. D.) *J. Maſſon.* Exc. ined.] Graeciae Praefecti erant ſub *M. Aurelio* Clariſſimi fratres *Quintillii*, quorum inter ceteros meminit *Lamprid.* in Commodo c. 4. quem vide, & in eum *Caſaub.* not. De fratre tam Charo nihil habere Lucianum, miror. Horum alter conſul fuit Anno C. 177. alter 180. Prior etiam anno 159. V. etiam *Dion. Caſſ.* L. LXXII. p. 819. & not. ad *Philoſtr.* l. c. Κωντίλλιοι vulgo ſcribitur. Ed. poſtrema ex Mſ. Κυντίλιοι habet. *Cardianum* & *Maximum Dio* nominat l. c. Pro Cardiano *Wottonus* p. 251. *Sext. Q.* Condianum vocari debere docet. *M. du S.*

Κυϊντίλλε] De hujus nominis formatione plura *Majus* & *Bennerus* Diſſ. dicta, qui demonſtrant *Quintillus* & *Quintilius* non diſcrepare; ſed quia nimis multa, & *Solanus* potiſſima jam dixit, non inſero. *J. F. R.*

2. Προσφέρωσι δῶρον] Προσφέρω σοι δῶρον. *Th. M.*

Προσφέρωσι δῶρον] Libros etiam diebus natal. aliaque occaſione donari ſolitos, ex Lucian. Cronoſ. *Iſocr.* ad Demon. obſervat Cl. *Majus*. *J. F. R.*

3. Ὅταρ ἰδῶν] Sic *Alciphr.* III. Ep. 10. *Theophr.* char. c. 3. & 16. Et Latini: *Somnium videre*. *J. H. Majus.*

4. Ἐτίθεσο τῷ δευτέρῳ] Nominalibus filii tui ſecundo geniti. *F. G.* Vid. *Elſn.* ad Evang. *S. Luc.* I. 62. *J. F. R.*

5. Συμβαλεῖν] *Divinando adſequi*. De qua ſignif. leg. Cl. *Jac. Elſn.* ad Evang. *Luc.* 2. 19. qui nec praeſentem Auctoris locum indictum praetermiſit. *J. H. Maj.*

6. Ὁ θεὸς] *Homer.* Il. A. 63. — καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. Et ex illo *Plin.* I. Ep. 18. *Syneſ.* initio Lib. de Inſomniis. *J. H. Majus.*

12. Πᾶσι] Utique ſcriptum hoc circa *M. Aurelii* extrema neceſſe eſt. Vid. not. ad Ἀλιξ. c. 56. *M. du S.*

17. Ἀπὸ τ τέχνης] Scil. *litterarum*, ut recte appinxit *Ant. Aemilius* Aquenſis in nott. Mſſ. & res clamat ipſa. *J. H. Majus.*

20. Ἐν ὑγιαιν. τῇ ψυχῇ] *Juven.* X. 356. *Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.* *M. du S.*

24. Αὐτὸν] Ita dedi pro vulgato αὐτὸν, quod ut ſaepiſſime feci, ita ne monerem quidem; niſi Cl. *Majus* id animadverti juſſiſſet, qui de αὐτὸν pro ἑαυτὸν ſuadet videndum *Euſtath.* ad Il. E. p. 522. Ed. Roman. & Cl. *Hemſterhuis* ad Dial. Luciani p. 23. ubi indicat, nihil hoc leviculo errore in Luciano aliisque frequentius. *J. F. R.*

66. Ἐπήκουον δὲ τὰ λοιπὰ] Verba haec plane amittunt elegantiam, si reddantur cum interprete *verum audiebam reliqua cum verba funderet, ac mirificis laudibus Proteum extolleret.* Narrat hic Lucianus, se audivisse quendam Theagenem φωνῇ μεγάλῃ καὶ τραχείᾳ in trivio virtutes latrantem, & deinde de Proteo seu Peregrino dixisse, sane qui clamat voce magna & aspera, gravate verba, & non nisi magno cum labore nisuque pronuntiat; *fundere verba* ii dicuntur qui prompta, facili, atque plena oratione utuntur; sic *fluentia ver-*

eules? Non enim Aesculapius ac Bacchus ful-
mine? Non enim ultima aetate in crateras
Empedocles?

5. Cum vero dixisset ista Theagenes, hoc enim clamoso illi nomen erat, interrogo adstantium aliquem, *Quid vellet sibi illud de igne, aut quid ad Proteum Hercules atque Empedocles?* Ille, *Non ita multo post*, inquit, *cremabit se ipse Proteus Olympiis. Quomodo*, inquam, *aut, qua de caussa?* Tum ille respondere parabat; clamabat autem Cynicus, ut alium exaudire non posses. Audivi igitur profundentem reliqua, & admirabiles quosdam dicendi excessus de Proteo proferentem. Nam Sinopensem il-

κλῆς ἅτως; ὁ γοῦν Ἀσκληπιὸς ἡ Διόνυσος κεραυνῷ; ὁ γοῦν τὰ τελευταῖα Ἐμπεδοκλῆς εἰς τὸν κρατῆρας;

Ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Θεαγένης (τοῦτο γοῦν ὁ κεκραγὼς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο) ἠρόμην τινὰ τῶν παρεστώτων, τί βούλεται τὸ περὶ τοῦ πυρὸς, ἢ τί Ἡρακλῆς ἡ Ἐμπεδοκλῆς πρὸς τὸν Πρωτέα; ὁ δὲ, Οὐκ εἰς μακρὰν, ἔφη, καύσει ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς Ὀλυμπιάσι. Πῶς, ἔφην, ἢ τίνος ἕνεκα; εἶτα ὁ μὲ ἐπειρᾶτο λέγειν· ἐβόα δὲ ὁ Κυνικὸς, ὥστε ἀμήχανον ἦν ἄλλου ἀκούειν. ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ, ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ, καὶ θαυμαστάς τινας ὑπερβολὰς διεξιόντος τοῦ Πρωτέως· τὸν μὲν γοῦν Σινωπέα, ἢ τὸν διδάσκαλον

verba apud Auctorem carminis ad Pison. Et *fluens cantus* apud *Valer. Flacc.* lib. 3. Argonaut. v. 158. εὔροια λόγων apud *Ælian.* lib. 8. c. 12. ποικ. occurrunt. vix habent Latini, quo elegantiam illam, quæ in verbis Luciani est, exprimant; nisi circumlocutione utantur, ut, exaudiebam *cum magno conatu reliqua dicentem.* Quo respiciunt etiam illa quæ sequuntur: ταῦτα ξὺν πολλῷ ἱδρῶτι διεξελθὼν ἐδάκρυε γελοίως. Et p. 43. ἐγὼ δ' ἀφεὶς αὐτὸν ἀφορρηγνύμενον. *ego relinquens illum, qui se vociferatione rumpebat.* Adde quod ἐξαντλέω semper de re molesta & gravi dicatur. *Euripid.* Med. v. 79.

Ἀπωλόμεθ' ἄρ' εἰ κακὸν προσοισόμεν
Νέον παλαιῷ, πρὶν τόδ' ἐξηντλῆσθαι.

Priusquam illud malum exhaustum sit. Et *Alcest.* v. 354.

— ἀλλ' ὅμως βάρος ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν.

Quomodo *exhaurire dolorem* & alia apud Latinos passim leguntur. *Gisb. Cuperus* Observ. l. 3 c. 2. *Almel.*

Ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ, ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ καὶ θαυμαστάς τινας ὑπερβολὰς διεξιόντος κατὰ Πρωτέως.] Clarissimus quidam & Amplissimus Vir, ut patet ex ejus nota *Amst.* editioni pag. 562. allita, videtur in Luciano legisse ἐξαντλοῦντος, cujus caussam nullam video. Et tamen tota Viri Cl. animadversio in ἐξαντλέω est posita. At ἐξαντλέω & ἐπαντλέω sunt diversissima; illud est *exhaurio*, hoc *infundo.* Id quod patet ex tritissimo proverbio, εἰς Δαναΐδων πίθον ἐπαντλεῖν. quo & utitur Noster; apud quem etiam in *Timone* c. 18. ait Plutus, ὥστε εἰς τὸν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, τοῦ κύτους μὴ ὄντος. *Quare in Danaidum dolium aquam ingesturus mihi videor, & incassum infusurus, fundo non continente.* Male quoque culpatur hic Interpres, qui ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ vertit, *quum verba funderet.* Interpretem satis defenderit *Budaeus*, ex *Synesio* proferens ἐπαντλεῖν τὸν λόγων, idque cum Cicerone *fundere*; cum Plauto *funditare verba* interpretans. Caeterum nimis crebro haec loquendi forma, ἐπαντλεῖν λόγους, *verba fundere, copiose de re quapiam dicere*, ab ipso Luciano nostro est usurpata, quam ut ea ignorari, multo minus damnari debuerit. In *Jove Tragoedo* c. 50. Τιμοκλῆς τὰ κοινὰ ταῦτα καθ' ἡμέραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ὑπερίτριπτα πάντα ἐπαντλεῖ. *Timocles vulgaria haec & quotidiana, alia super alia, omnia refutatu neutiquam difficilia, ingerit.* Sic Charon sermoni suo multos immiscens versus Homeri, dicitur πολὺν τὸν Ὁμηρον ἐπαντλεῖν, in *Contemplantibus* c. 23. Pro ἐπαντλέω eodem usu posuerunt Graeci & καλαντλέω. in *Demosthenis Encomio* c. 16. ἢ πού γε ἀφαρεῖ καλαχεῖν μου τὰ ὦτα, ὥσπερ βαλανεὺς καταντλήσας τὸν λοιπὸν λόγον; *Num in animum inducis implere mihi aures, instar balneatoris, reliquum sermonem exhaustum in me fundens?* In *Lexiphane* c. 17. τοσοῦτον βορβόρου σωρεύσας, κατήντλησάς μου μηδέν σε δεινὸν εἰργασμένου. (male in Salmuriensi hic εἰργασμένον excusum.) *Tantum coeni undiquaque corrasum in me, qui nullam tibi intuli injuriam, effudisti.* Paullo ante pro eo dixerat καταστεδάσαι· ait enim illic, Καὶ ἦν μὴ τάχιστα ἐξεμέσω ταῦτα πάντα, ὁπόσα διεξελήλυθας, οὐ δοκῶ, φοβουμένου, ὑφ' ὧν κατεσκέδασάς μου ὀνομάτων. *Ac nisi quamprimum omnia illa, quae recitasti, evomuero, certo scias, videor mihi mox insania fore correptus, circumstrepentibus me illis nominibus, quae in me modo effudisti.* Sic in *Eunucho* c. 2. ὅλας ἀμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων. *Integra convitiorum plaustra invicem in se effuderunt.* Caeterum τὸ ἐπαντλέω verbum restituendum est Scholiastae anonymo *Homeri:* apud quem quum ad Il. A. vs. 176. ἀφύξειν exponitur per ἀπαντλήσειν, lege ἐπαντλήσειν. idque congruens est cum verbo sequenti προσαμελήσειν, *accumulaturum esse*, quod ab Scholiasta expositionis causa additur. *J. J.*

67. Ἐπαντλοῦντος] Ἐπαντλεῖν contrarium est τῷ ἐξαντλεῖν. Alibi εἰς Δαναΐδων πίθον ἐπαντλεῖν. F. G.

69. Σινωπέα] Diogenem. *M. du S.*

λον αὐτῦ Ἀντισθένη, οὐδὲ ϖρὸς βάλλειν ἠξίου αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Σωκράτη αὐτόν· ἐκάλει δὲ τὸν Δία ὑπὲρ τῆς ἅμιλλαν. εἶτα μέντοι ἔδοξεν αὐτῷ ἴσως ϖως φυλάξαι αὐτὸς, καὶ ὕτω κατέπαυσε τὸν λόγον.

Δύο γὰρ ταῦτα, ἔφη, ὁ βίος ἄριστα δη-μιουργήματα ἐθεάσαλο, τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον, καὶ Πρωτέα· ϖλάσται δὲ καὶ τεχνῖται, τὸ μὲν Φειδίας, τὸ δὲ ἡ φύσις· ἀλλὰ νῦν ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς τὸ ἄγαλμα τοῦτο οἰχήσε, ὀχούμενον ὑπὲρ τοῦ ϖυρὸς, ὀρφανοὺς ἡμᾶς καλαλιπόν. ταῦτα ξὺν ϖολλῷ ἱδρῶτι διεξελθὼν, ἐδάκρυε μάλα γελοίως, καὶ τὰς τρίχας ἐτίλλελο, ὑϖοφειδόμενος μὴ ϖάνυ ἕλκειν, καὶ τέλος ἀπῆγον αὐτὸν λύζονλα μελαξὺ τῶν Κυνικῶν τινες, ϖαραμυθούμενοι.

Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος εὐθὺς ἀναβαίνει, οὐ ϖεριμείνας ἀϖαλυθῆναι τὸ ϖλῆθος, ἀλλὰ ἐϖ' αἰθομένοις τοῖς ϖροτέροις ἱερείοις ἐπέχει τὰς σπονδῶν. καὶ τὸ μὲν ϖρῶτον ὑπὲρ ϖολὺ ἐγέλα, καὶ δῆλος ἦν νειόθεν αὐτὸ δρῶν· εἶτα ἤρξαλο ὧδέ ϖως· ἐϖεὶ ὁ κατά-

olum, aut illius magistrum Antisthenem, ne comparare quidem illi dignabatur, sed nec ipsum Socratem: Jovem potius ad certamen illud provocabat. Deinde tamen visum illi est aequo aliquatenus fastigio utrumque servare, atque ita orationem finiit:

6. *Haec nempe duo*, inquit, *opera praestantissima spectavit orbis, Olympium Jovem & Proteum. Fictores & artifices alterius Phidias, alterius vero natura. At nunc de hominibus ad Deos hoc simulacrum abibit, invectum igni, nobis relictis orphanis.* Ista multo cum sudore ubi pronunciasset, ploravit ridicule, & crines sibi vellit, *aliquantum* tamen parcens, ne nimis traheret. Tandem gannientem adhuc Cynicum quidam velut consolantes abducunt.

7. Post hunc vero alius statim escendit, dilabi multitudinem non passus, sed ardentibus adhuc prioribus extis infundens libamina. Ac primo quidem multum risit, quod ex imis illum praecordiis facere, appareret. Tum ita fere exorsus est: *Quando-*

71. Σωκράτη] Nihil variare Edd. addiderat *Solan.* An quia Σωκράτει quaesivit? Ut supra *Paras.* c. 19. (ubi tamen *Fl.* etiam Σωκράτη) sed utramque terminationem probam esse ostendimus l. d. *J. F. R.*

76. Δία τὸν Ὀλύμπιον] Opus Phidiae, ex ebore & auro. Describitur a Pausania. *T. F.*

79. Τὸ ἄγαλμα τοῦτο] Nota duriorem metaphoram, sed Cynico convenientem. Peregrinum enim intelligit, quem cum Jovis Olympii simulacro comparavit. Ita & mox. *T. F.*

80. Ὀρφανοὺς ἡμᾶς καλαλιπ.] Respondent haec verbis *Evang. Joan.* XIV. 18. Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς: ad quae Rev. *Elsner.* ὀρφανοὺς tam parentes quam liberos *orbos* dici probat. *J. F. R.*

83. Τὰς τρίχας ἐτίλλελο] *Th. Mag.* v. τίλλω. *M. du S.*

87. Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος] Hic anonymus, quo velut ὑποκριτῇ utitur Lucianus, ὁ τῷ δράματος διδάσκαλος, Peregrinum suis coloribus depinget. *T. F.*

88. Ἀλλὰ ἐπ' αἰθομένοις] Metaphora a sacris ducta: non poterat χαριέστερον hic noster. *T. F.*

89. Ἐπ' αἰθομένοις] Μεταφορικῶς. *F. G.*

Ἐπ' αἰθομένοις] Non damnaverim repetitionem Praepositionis, ἐπ' αἰθομένοις ἐπίχει, sed sine fraude etiam fuerit, quod interpretatus sum, ac si legeretur mutatione tenuissima ἔτι αἰθομένοις. *J. M. G.*

90. Ἐπὶ ϖολὺ] Delerat *Solan.* ἐπὶ. Ego nondum, nisi auctoritas accesserit; etsi ἐπὶ ϖολὺ, *diu*, hic revera minus placet, quam simplex ϖολὺ, multum, i. e. *effuse* risit. *J. F. R.*

91. Νειόθεν] Homericum. *J. B.*

Νειόθεν] Poëtica vox est. Videlicet alludit ad locum *Homeri*, primulo initio Iliad. K.

Νειόθεν οὐκ κραδίης —— *T. F.*

Νειόθεν] *Homer.* Il. K. 10. *M. du S.*

94. Τὰ Ἡρακλείτου δάκρυα] *Juvenalis* X. de Democrito & Heraclito,

Jamne igitur laudas, quod de sapientibus alter
Ridebat, quoties de limine moverat unum
Protuleratque pedem; flebat contrarius alter?

T. F.

5. Οἷόν τι τὸ ἄγαλμα] Iterum ridet φορτικὴν illam metaphoram Theagenis. Eodem mox spectat, cum de Canone Polycleti loquitur. *T. F.*

11. Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν· Ἐπεὶ] Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν, ἐπεὶ. *Th. M.*

Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν] *Plinius* XXIV. *Idem* (Polycletus) *& Doryphorum viriliter puerum fecit, & quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam.* Hujus Canonis meminit quo-

doquidem execrabilis ille iſte Theagenes finem impuriſſimae orationis ſuae Heracliti fecit lacrimas ; ego e contrario a Democriti riſu incipiam , & denuo riſit tantum , ut etiam noſtrum plures ad riſus ſocietatem pertraheret.

8. Dein ſe convertens , *Aut quid enim aliud*, inquit, *viri*, *faciendum eſt*, *ubi audimus dictiones adeo ridiculas* , *videmus autem viros ſenes deſpuendae cujusdam gloriolae cauſſa tantum non ſaltare in caput in publico. Ut autem ſciatis* , *quale ſimulacrum ſit jam comburendum* , *me audite* , *qui diligenter obſervavi illius animum* , *& vitam exploravi : quaedam vero de civibus iſtius exquirendo cognovi* , *iisque* , *qui neceſſitate quadam recte iſtum noſſe debebant.*

9. *Hoc enim fictum naturae manibus ſimulacrum* , *hic Polycleti canon* , *cum ad virilem aetatem perveniſſet* , *in Armenia deprehenſus in adulterio plagas accepit ſane multas* , *ac tandem ſaltu de tegulis effugit* , *obturatum raphano podicem auferens. Deinde adoleſcen-*

ρατ@ Θεαγένης τέλ@ τ̃ μιαρωτάτων αὐτ̃ λόγων τὰ Ἡρακλείτ̃ δάκρυα ἐποιήσαλο , ἐγὼ χτ' τὸ ἐναντίον ἀπὸ τ̃ Δημοκρίτ̃ γέλωτ@ ἄρξομαι· καὶ αὖθις ἐγέλα [a] ὀπολύ , ὥστε κ̀ ἡμ̃ς τὺς πολλὺς ὀπὶ τὸ ὅμοιον ἐπεσπάσαλο.

Εἶτα ὀπιστρέψας ἑαυτὸν , Ἤ τί γ̀ ἄλλο , ἔφη , ὦ ἄνδρες , χρὴ ποιεῖν ἀκούοντας μὲ ὕτω γελοίων ῥήσεων , ὁρῶντας δὲ ἄνδρας γέροντας δοξαρίῳ καλαπτύστ̃ ἕνεκα , μονονχὶ κυβιστῶντας ἐν τῷ μέσῳ ; ὡς δὲ εἰδείητε οἷόν τι τὸ ἄγαλμά ὀστι τὸ καυθησόμενον , ἀκούσατέ μ , ἐξαρχῆς πάνυ φυλάξαντ@ τ̃ γνώμην αὐτ̃ , κ̀ τ̃ βίον ὀπιτηρήσαντ@· ἕνια δὲ πάνυ τ̃ πολιτ̃ αὐτ̃ ἐπυνθανόμην , κ̀ οἷς ἀνάγκη ἦν ἀκριβῶς εἰδέναι αὐτόν.

Τὸ γ̀ δ Φύσεως τ̃το πλάσμα κ̀ δημιούργημα , ὁ τ̃ Πολυκλείτ̃ κανών , [b] ἐπεὶ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξαλο , ἐν Ἀρμενίᾳ μοιχεύων ἁλὺς , μάλα πολλὰς πληγὰς ἔλαβε , κ̀ τέλ@ χτ' τ̃ τέγ̃ς [c] ἁλόμεν@ διέφυγε , ῥαφανίδι τ̀ πυγὴν βεβυσμέν@· εἶ-

a Ἐπιπολὺ] Jam & ſic P. cum ante divideret. b Ἐπεὶ] Recte *B. S.* Aliae Ἐπεὶ, quaſi nova periodus inciperet. c Ἁλόμεν@] Sic omnes. Malim ἁλόμεν@.

4. Κυβιστῶντας] Κυβεύοντας. G. Lege κολυμβῶντας.

15. Διέφυγε, ῥαφανίδι] Τοὺς μοιχοὺς γ̀ τοιαύτ̃ λάπτίνειν τοῖς παλαιοῖς ἔθ@ ποινήν. ἐπὰν γ̀ ἑάλω μ* πολλὰς τὰς + ἄλλας , τιλσυτῶντες , ῥαφανίδα τῇ πυγῇ τ̃ μοιχοῦ πάνυ ἀδρὰν ἔνειρον. *V.*

* Πολλὰς] Lege ποινὰς. *J. Gron.* Sed ſi ita legas, poſt ἄλλας reponito. *M. du S.*

+ Ἄλλας] Ἄλλας αἰκίας *Voſſ.* ad Catull. p. 42. ubi non intellexit τιλσυτῶντες. *J. Gron.*

quoque in lib. *de Saltatione* (c. 75.) Lucianus. τὸ δὲ σ̃μα κατὰ τ̀ Πολυκλείτ̃ Κανόνα ἤδη ἐπιδείξειν μοι δοκῶ. *T. F.*

15. Ῥαφανίδι τ̀ν πυγὴν βεβυσμέν@] Supplicium deprehenſorum in adulterio. τοὺς μοιχοὺς ταῖς ῥαφανίσιν ἤλαυνον κατὰ τὰς ἕδρας. *Heſych.* huic ſupplicio inſuper addit depilationem & cineris calidi aſperſionem Scholiaſt. *Ariſtophan.* ad nubes. *J. B.*

Ῥαφανίδι τ̀ν πυγὴν βεβυσμέν@] Catullus:

At tum te miſerum, malique fati,
Quem attractis pedibus, patente porta

(hoc loco idem eſt ac πρωκτὸς)

Percurrent raphanique mugilesque.

Sed rem omnem optime deſcribit *Ariſtophanis* Schol. in νεφέλαις ad hunc verſum,

τί δ' ἦν ῥαφανιδωθῇ γε παιθόμβός σοι , τίφρα τε τιλθῇ;

ἔστω γὰρ, ait ἔστ@, &c. Neque enim vacat tranſcribere. Ceterum mihi obiter monendus eſt lector, verſum illum corruptum eſſe. Qui pote , inquies, cum ita planus ſit; ita facilis ſit? Atqui ita eſt. Nonne unâ ſyllabâ modulum ſui generis excedit ? Lege itaque,

τί δ' ἦν ῥαφανιδωθῇ γε παιθίς σοι, τίφρα τε τιλθῇ;

T. F.

εἶτα μειράκιόν τι ὡραῖον ἁρπάσας, τριακοσίων ἐξωνήσατο παρὰ τῶν γονέων τὸν παῖδος, πενήτων ὄντων, μὴ ἐπὶ τὸν ἁρμοστὴν ἀπαχθῆναι τῆς Ἀσίας.

tulum formosum cum corrupisset, tribus millibus redemit se a parentibus pueri pauperculis, ne ad Praesidem Asiae deduceretur.

Ταῦτα μὲν τὰ τοιαῦτα ἐάσειν μοι δοκῶ· πηλὸς γὰρ ἔτι ἄπλαστος ἦν, καὶ οὐδέπω ἐντελὲς ἄγαλμα ἡμῖν ἐξεδημιούργητο. ἃ δὲ τὸν πατέρα ἔδρασε, καὶ πάνυ ἀκοῦσαι ἄξιον, καίτοι πάντες ἴστε, καὶ ἀκηκόατε ὡς ἀπέπνιξε τὸν γέροντα, οὐκ ἀναχόμενος αὐτὸν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη ἤδη γηρῶντα. εἶτα ἐπειδὴ τὸ πρᾶγμα διεβεβόητο, φυγὴν ἑαυτῷ

10. *Haec, & quae sunt in hoc genere, placet omittere: argilla enim adhuc erat informis, nondum inde perfectum nobis simulacrum effictum fuerat. Quae autem patri fecerit, audire omnino operae pretium est. Quamquam nostis omnes & audiistis, ut senem suffocaverit, non passus illum ultra sexaginta annos jam senescere. Deinde cum pervulgatum esset facinus, exilio*

16. Τριχιλίων] Subaudi δραχμῶν. *F.G.*

Τριχιλίων ἐξωνήσατο] Vertunt *tribus nummorum millibus redemit*, in quibus vocem secundam subducta linea notavit Pater, qui haud dubie voluit intelligi τριχιλίων δηναρίων. Et merito. Quum manifeste sic intelligere appareat ipsum Lucianum ex *D. Meretr.* XI. ubi Charmides ait, καί τοι τοσαῦτα παρ' ἐμοῦ λαμβάνουσα, καὶ νῦν ἐπειδὴ χιλίας αἰτούσῃ σὺκ εἶχον διδόναι, ubi interpres simpliciter *mille petenti*, quum intelligat δραχμὰς, quomodo vertit in *Pseudologista* cap. 30. πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ἐξέτισε *septingentas & quinquaginta drachmas:* & ex Asini loco manifestiore, καὶ πιπράσκει μοι ποτὲ καὶ εἰκοσιν Ἀττικῶν, ubi idcirco vertere etiam potuerunt *quinque & viginti drachmis Atticis.* Sic ergo debuerunt quoque cap. 8. in *Saturnalibus*, περὶ ταλάντων γε καὶ μυριάδων, ubi vertunt *talentis & decem nummum millibus.* *J.G.*

18. Ἐπὶ τὸν ἁρμοστὴν ἀπαχθῆναι τῆς Ἀσίας] Vox ἁρμοστὴς olim nomen fuit magistratus apud Spartiatas, qui mittebatur praefectus alicujus urbis aut regionis. At tempore Luciani pridem desierat usus ejus magistratus & vocis, nam ἀνθύπατος a Graecis, *Proconsul* a Latinis vocabatur magistratus, qui Roma missus Asiam regebat. Nec video, quare hanc vocem a tanta antiquitate revocaverit Lucianus, ut designaret Romanum proconsulem, penes quem erat jus gladii ad punienda crimina. *Palm.* Intelligit Proconsulem. *Diodorus Siculus* lib. 13. existimavit vocem esse Laconicam, vel Laconibus peculiarem. ὁ δ' ἐν τῇ πόλει καθιστάμενος ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἡγεμὼν (ὃν οἱ Λάκωνες ἁρμοστὴν ἐκάλουν) &c. At ego de Laconibus dici ἁπλῶς non puto. *Xenophon* enim de Thebanis lib. VII. Ἑλληνικῶν usurpavit, ut & *Plutarchus* in vita Demetrii, ubi Hieronymum historicum ait ἐπιμιλητὴν & ἁρμοστὴν Thebarum ab eo fuisse constitutum. Harmostae aliter dicebantur ἁρμοστῆρες. *Xenoph.* lib. IV. alibi autem ἁρμόζοντες, quemadmodum ὁ πειράζων pro πειρατὴς, & sexcenta alia. *T.F.*

21. Πηλὸς] Legend. *Casaub.* ad illud Persii, *udum & molle lutum es.* *J.B.*

28. Ἄλλο ἄλλοτε ἀμείβων] Id aliter Graeci dicunt, ἄλλη πρὸ γῆς ἰλαύσεις. *T.F.*

30. Θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν ἐξέμαθε] Athenagoras Apologia. *Th. M.* Εἰρωνικῶς. *T.F.*

Θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιαν.] Ironice hoc dici, non est, quod moneam. sed vel sic sanctitatem Christianae Religionis huic scurrae agnitam satis patet, qui neque hic neque in sequentibus ullius eam sceleris cum ignaro illius aetatis vulgo ream arguat. Non, ut *Tacitus*, *per flagitia invisos, & odio humani generis novissima meritos*, dicit, (Ann. XV. 44.) aut *exitiabilem superstitionem*. Ipsi postea Christiani suam religionem *Philosophiae* nomine saepe appellarunt, uti apud Chrysostomum passim, aliosque Patres, videre est. *M. du S.*

32. Ἱερεῦσι & γραμ.] Christianorum Doctores Judaeorum titulis, vir apud priores minime versatus ornat; quorum posteriorem Aegyptiis etiam alibi tribuit B. πρ. c. 14. Φιλοψ. 34. & Μακρ. c. 4. Γραμματεῖς nullos apud nostros illa aetate invenimus. Apud Christianos illius temporis *Presbyteri*, vel *Episcopi* tantum audiebant. *M. du S.*

33. Καὶ τί γὰρ] Non vidit Interpres harum vocularum venustatem. *T.F.*

Ibid. Παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε] Ita *Xenophon* in luculentissima illa de Agesilao rege oratione, παῖδα ἀπέδειξε τὸν Τισσαφέρνου τῇ ἀπάτῃ. *T.F.*

34. Προφ. καὶ διασάρχης, καὶ ξυναγ.] Et hi, excepto secundo, a Judaeis petiti tituli. De quibus singulis haec paucis accipe. Duplex apud Christianos *Prophetarum* genus fuit; priores quibus a Spiritu sancto actis futura praedicere dabatur. Cessasse hi cum Apostolis videntur. Posteriores, doctores tantum, nullis extraordinariis spiritus donis instructi, quibus illi priores. Utrumque genus hoc prophetandi agnoscunt, non perfunctorie legenti, sacrae novi Testamenti scripturae. Quosnam, cum secundo loco διασάρχης dicitur, indicare voluerit, incertum; vox enim a sacris Ethnicorum desumpta, in quod Christianum munus quadret, non satis constat. Cum tamen ipsi Christiani nomen διασ& de suis conventiculis non respuerint, *principem Ecclesiae*, sive *Episcopum* voluisse, vero absimile non est. Συναγωγεὺς idem ferme ei sub alio nomine designat. *M. du S.*

35. Πάν-

exilio a se damnatus oberravit aliam alia terra permutans.

11. *Quo quidem tempore etiam admirabilem Christianorum sapientiam edidicit, in Palaestina cum sacerdotibus illorum & scribis versatus. Et, quid multa? Brevi tempore, ut pueri juxta se viderentur omnes, effecit, Propheta ipse, & chori illorum praesul, & concionator, & solus omnia. Ac librorum alios interpretatus est, ac declaravit, multos ipse conscripsit: itaque Dei instar ipsum habebant, & utebantur legislatore, & suum scribebant antistitem. Nempe magnum illum ad-*

καλαδικάσας ἐπλανᾶτο, ἄλλην ἄλλοσε ἀμείβων.

Ὅτε δὴ καὶ τὴν θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν ἐξέμαθε, καὶ τὴν Παλαιστίνην τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν αὐτῶν ξυγγενόμενος. καὶ τί δεῖ; ἐν βραχεῖ παῖδας αὐτὸς ἀπέφηνε, προφήτης, καὶ θιασάρχης, καὶ ξυναγωγεύς, καὶ πάντα μόνος αὐτὸς ὤν. καὶ τὰ βίβλων τὰς μὲ ἐξηγεῖτο, καὶ διεσάφει, πολλὰς δὲ αὐτὸς καὶ ξυνέγραφε, καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν ἐκεῖνοι [a] ἡγοῦντο, καὶ νομοθέτῃ ἐχρῶντο, καὶ προστάτῃ ἐπέγραφον. τὸ μέγαν γοῦν

[a] Ἡγοῦντο] Sic Mſ. RG. Ἐδηγοῦντο Edd. male.

30. Θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν] Θαυμαστὴ μὲν ἦν, ὦ μιαρὲ, καὶ πάντως * ἐπέκεινα θαύματος· εἰ δὲ σοὶ τοφλῷ ὄντι δοκεῖ τὸ κάλλος αὐτῆς ἀνεπίσκεπτον καὶ ἀθέατον. *V.*

* Ἐπέκεινα] Scripsit, credo, ἐπιπεδᾶ. *M. du S.*

35. Πάντα μόνος] Dixerunt ad *Petron.* Apparet ex hoc Dialogo, frustra eos esse qui Lucianum nostrum contendunt olim fuisse Christianum. *J. B.*

Πάντα μόνος αὐτὸς ὤν] *Alciphr.* II. 3. p. 236. ἐγὼ γὰρ αὐτῆς εἰμι πάντα. Ubi *Bergl.* plura similia. Sed habuimus etiam ap. Nostrum in *Tyrannicid.* c. 4. *J. F. R.*

36. Τῶν βίβλων] Hinc discе quanta veneratione sacros tum prosequerentur Libros; quibus explicandis tam insignem sui cultus partem, ut vel alienis res innotescеret, tribuerent. De *sacris* enim *cum veteris tum novi Testamenti libris* hoc intelligendum minime dubium videri debet. At, inquies, nullo discrimine libros Peregrini ipsius mox his annumerat, cum addit, *& ab eo multos scriptos.* Quid mirum si vir ab his sacris prorsus alienus discrimen illud ignorarit? Nec tamen eodem loco a Christianis habitos diserte ait: aut, si diceret, tam imperito harum rerum facile credendum fuit. Libros a se conscriptos Peregrinus, hoc palam auctore, ut suos edidit; nec, si pro sacris obtrudere voluisset, tam oscitanter circa has res versabantur Christiani, quin mox fraudem & censuri fuissent, &, ut par erat, respuituri. Nam quod liber unus aut alter ad tempus eis pro sacro obtrusus est, paulo post, re rite ad examen revocata, rejectos scimus; nec quemquam in Canonem admissum, de quo non abunde Divinum esse constaret. *M. du S.*

37. Καὶ ὡς θεὸν αὐτ. ἐκ. ἡγοῦντο] Ultima vox ex Mſ. R. G. est; omnes enim impressi ἐδηγοῦντο corrupte. Genuinam esse quam sequimur scripturam, ex sequentibus patet. Putavit enim levis homuncio, Christianae fidei prorsus ignarus, omnes a Christianis pro Diis cultos, qui Religionis suae strenuos se gererent assertores; quia conditorem ejus Christum adorari ab iis compertum erat. Qua in re ratio eum & conjectura mirum quantum fefellit. *M. du S.*

38. Ἐκεῖνοι ἐδηγοῦντο] Restitue ad fidem Mſ. R. ἡγοῦντο. Res per se patet. *T. F.*

39. Προστάτῃ ἐπέγραφον] Veri hic aliquid dictum puto. Sed cum Christianis fere ignota sit vox προστάτης, deceptum credo Lucianum προστάτῃ audivisse, quem illi προεστῶτα dixerant; quo titulo insignitos scimus illius aetatis Episcopos. Retinenda itaque vulgata scriptura, si genuinam Luciani scripturam velis; sed de iis quos dixi, praeter usum, intelligenda mens scribentis. Occurrit quidem προστάτις *Rom.* XVI. 2. & apud *Cyrillum* Cat. 6. Petrus & Paulus, τῆς Ἐκκλησίας προστάται, dicuntur. *M. du S.*

Ibid. Τὸν μέγαν γοῦν] Istæc vocula γοῦν, & sensus repente abruptus satis indicant, multa hic a Luciano adversus Christum scripta fuisse; quæ a majoribus nostris, hominibus nimium piis, sublata fuere. Hinc itaque est quod dixerat *Suidas*, Lucianum καθάπτεσθαι τοῦ χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν ἐν τῷ τοῦ Περεγρίνου βίῳ, (melius dixisset ἐν τῇ τοῦ Περεγρίνου τελευτῇ) hinc factum, ut in plerisque Mſſ. Codd. non amplius extet Peregrinus. Bene tamen, quod hic non itidem fecere, ut apud Josephum, quem (quod mirere) Origenes duobus tribusve locis asserit contra Christum scripsisse, & tamen hodie laudat. Quî factum? Nil enim facilius. In locum κακηγορίας suffecere ἐγκώμιον. O timidam pietatem! *T. F.*

Τὸν μέγαν γοῦν] Lege γὰρ. *F. G.*

Τὸν μέγαν γοῦν] De hujus loci integritate dubitat vir inter Criticos nobilis, cujus notam praemisimus, eo praecipue inductus quod vocula γοῦν, nexum orationis indicare solita, nihil quo referatur habere ei visa est. Non ego is sum qui de rebus leviusculis ultro con-

γῶν ἐκεῖνον ἔτι σέβεσιν ἄνθρωπον, τ̃ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ὅτι καινὴν ταύτην τελετὴν εἰσήγαγεν ἐς τ̃ βίον.

Τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ἐπὶ τούτῳ ὁ Πρωτεὺς, ἐνέπεσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον. ὅπερ καὶ αὐτὸ ὀ μικρὸν αὐτῷ ἀξίωμα περιεποίησε πρὸς τ̃ ἕξης βίον, καὶ τ̃ περιττείαν, καὶ δοξοκοπίαν, ὧν ἐρῶν ἐτύγχανεν. ἐπεὶ δ' ἦν ἐδέδετο, οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα, πάντα ἐκίνουν, ἐξαρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν. εἶτ' ἐπεὶ τοῦτο ἦν ἀδύνα-

huc venerantur hominem, illum cruci in Palaestina, ob introducta in vitam haec mysteria, affixum.

12. *Tum quidem deprehensus eo in crimine Proteus in vincula conjectus est: quae ipsa res non parvam illi futurae vitae dignitatem conciliavit, & praestigiarum gloriaeque studium, quae jam ante amabat. Cum igitur in vinculis esset, communem eam calamitatem rati Christiani, nihil intentatum relinquunt, ut illum eripiant. Deinde ubi hoc fieri non poterat, mi-*

40. Σέβεσι τ̃ ἄνθρωπον] Τὸν ἀληθῆ θεὸν, καὶ τέλειον ἄνθρωπον, τ̃ τῶ παντὸς, ὦ λῆρε, ποιητήν. *V.*

controversiam movere amem: sed in re praesenti, ne cui fraudi sit Viri Docti auctoritas, in sententiamque non veram de hocce Luciani loco abripiantur, cavere hisce visum est. Duo ferme praestat, pro loco, vocula γοῦν. Aut enim dictum novo exemplo argumentove confirmat; aut artificiose rem quasi in medio relinquens, partem aliquam causae suo sibi jure vendicat. Utrumlibet delige; quadrabit hic. Nam sive argumentum inde peti velis; quia Christum colunt Christiani, vero simile fiet cultum etiam ab eisdem Peregrinum: quamvis enim dispar sit, longe dispar! cauta, nescivere id Ethnici, similemque ab omni parte putarunt. Sive rem quasi in medio relinquens, id saltem de Christianis asserere, in alio factitatum, voluerit; & sic etiam optime sibi constat oratio. Duplicem autem hunc vocis γοῦν usum, apud nostrum, ne longius abeam, facile in iis locis deprehendes quae numeri sequentes indicabunt (Δυσ. c. 1. ἀλ. c. 14. & Κρον. c. 4. & alibi passim.) Nihil ergo a nexu cum praecedentibus laborat hic locus. An & sequentia apte cohaereant, restat ut expendamus. Negotium autem facessere videtur, quod mox ab exemplo Christi a suis culti ad historiam Peregrini rediens sic infit; τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ἐπὶ τούτῳ &c. Quae verba qui festinantius legunt, mox aliquid desiderant, ad quod illud ἐπὶ τούτῳ referatur; quasi de Peregrino facinus aliquod insigne narrasset, quod simul cum aliis nonnullis (de Christo, ut ille suspicatur) e medio sit a superstitiose piis hominibus sublatum. Verum ut non abnuo, in aliis scriptoribus talia ab iis, quos dixi, male feriatis hominibus designata, quorum opera prorsus e medio sustulerunt, aut manca, imo & quaedam dolo malo subfarcinata, reliquerunt; ita hic sane nihil tale patratum pertendo. Nam quod illud ἐπὶ τούτῳ, ad scelus aliquod Peregrini, quod nunc exciderit, referri volunt, mox diluemus. Quaestionibus de Christianis habendis uno opus erat hoc crimine, si *Christiani* deferrentur; seu quod adeo invaluissent calumniae, quibus nefanda vulgo perhibebantur inter se scelera patrare; seu quod religionum ubique receptarum subversio, & adeo atheismus falso iis affictus, omnia exsuperans scelera, nefas habebatur. Consule, si lubet, de calumnia quam dixi, *Min. Felicem*. De quaestionibus vero, Plinii *epistolas*. Ἐπὶ τούτῳ, ergo & hic id solum designat quod supra dixit, nempe quod Christianus & Christianorum doctor maximi nominis: quod per se jam liquidum, ex abundanti tamen lubet confirmare ex sequentibus; dimissus enim a Syriae Praefecto Peregrinus dicitur, quippe cui nihil aliud, quam quod Christianus esset, crimini tunc datum est. *M. du S.*

Τὸν μέγαν γοῦν] Non apparet mihi hic lacunae indicium. Particula γοῦν commode lectorem revocat a Peregrino ad ea, quae de Christianis dicere Lucianus voluit. Et quid poterant eradere homines magis contumelioſum his, quae adhuc legimus? Caeterum viderint, qui possunt, an non μέγαν hic dederit Lucianus, sed μάγον, pervulgatum crimen, a Judaeis ortum, ut alia. *J. M. G.*

48. Οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποι. τὸ πρ.] Quam observantes fuerint praecepti, quod Apostol. I. ad *Hebr.* XIII. 3. verbis, μιμνήσκεσθε τ̃ δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι, dedit, luculentissimo hic Lucianum declarare testimonio, monet Rev. *J. Elsn.* in Obs. Philol. ad h. l. N. T. Conf. & c. 16. hujus Narrationis. *J. F. R.*

49. Πάντα ἐκίνουν] Subaudi λίθον. *F. G.* Nam πάντα λίθον & πέτρον κίνει esse Proverb. a Graecis ortum, vid. in *Erasmi* Chiliad. p. 120. Sed & κινεῖν pro moliri, tentare, in aliis locutionibus usitatum, ut κινεῖν τέχνην, *artem adhibere*, *Aphthon.* Fab. 4. pro *admonere* Noster *Asin.* c. 48. Κινεῖν παιδευτήν. *Magistrum urguere*, *Liban.* Ep. 18. *J. F. R.*

54. Γραῖδια, χήρας τινὰς] Duplex hic, & utrumque sane insigne, Christianae tum fortitudinis tum charitatis, documentum ex ipso inimicorum ore audis. Haud exiguum enim erat periculum, cui se sic offerebant Christiani, cum Christianum esse vulgo capitale esset. Immemores tamen periculi accedebant, pars audituri docentem, alii consolaturi, aut necessaria praebituri. Ut nisi superstitio mentes excaecasset, laudaturi fuissent vel ipsi Ethnici Religionem Christianam, quae quod ipsi in perquam paucis, iisque exi-

mii

miniſterium omne reliquum non obiter, ſed ſummo ſtudio peragebatur. Et mane quidem ſtatim videres praeſto eſſe ad carcerem vetulas, viduas quasdam & orphanos. Qui vero honoratiores illorum, ii etiam corruptis carceris cuſtodibus intra apud iſtum pernoctabant. Deinde coenae inferebantur collaticiae, & ſacri illorum libri recitabantur, & praeclarus ille Peregrinus (hoc enim adhuc tum nomine cenſebatur) novus ab illis dicebatur Socrates.

τον, ἦγε ἄλλη θεραπεία πᾶσα ὑ παρέργως ἀλλὰ ξὺν σπουδῇ ἐγίγνετο· ϗ ἕωθεν μὲ εὐθὺς ἦν ὁρᾶν πρὸ τῷ δεσμωτηρίῳ πρεσβύτιδάς γραΐδια, χήρας τινὰς, ϗ παιδία ὀρφανά· οἱ δὲ ἐν τέλει αὐτῶν ϗ συνεχάθευδον ἔνδον μετ' αὐτῶν, διαφθείροντες τὺς δεσμοφύλακας· εἶτα δεῖπνα ποικίλα εἰσεκομίζετο, ϗ λόγοι ἱεροὶ αὐτῶν ἐλέγοντο, ϗ ὁ βέλτιστος Περεγρῖνος (ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο) ϗμνὸς Σωκράτης ὑπ' αὐτῶν ὠνομάζετο.

Καὶ

miis amicis, mirati ſunt, viliſſimorum in ſpeciem hominum mentibus Fortitudinem tantam, tantamque amicitiam ingeneraverit. Vide quantis ipſe Lucianus officia ejusmodi amicis praeſtita in ſuo *Toxari* laudibus extulerit! Qui fit, ut quae in aliis admirantur, in aliis rurſus rideant & exſibilent? Summique heroes videantur qui amico in carcere adſint malorum participes, Chriſtiani, eadem aut majora praeſtantes, dementes habeantur? His autem lectis, quis vecordiam nuperorum quorundam hominum ſatis mirari poſſit, qui inter alias multas ejusdem farinae Calumnias, hanc Operi ſuo inſeruerunt, *Quod Chriſtiana Relligio nullibi ad Amicitiam hortetur?* Vetulae autem, quas memorat, *Diaconiſſae* videntur fuiſſe, de quibus conſule *G. Cavum* in libro quem *de primis Chriſtianis* ſcripſit, quique omnium manibus merito teritur p. 246. Adde *Orig.* c. Celſ. II. p. 141. & 144. *M. du S.*

57. Δεῖπνα ποικίλα] Quas coenas vocat varias? an dapſiles, opiparas, & quas Terentianus paraſitus, &, poſt illum, *Horatius*, dubias appellat? Nil tale. Δεῖπνα ποικίλα nil aliud ſunt, quam quod primi Chriſtiani ἀγάπας vocitabant; *coenas ſacras* recte, opinor, dixeris. Cur autem ſit ita intelligendus hic locus, perquam facile poteſt demonſtrari vel hoc uno argumento, quod mox ſubjungit, ϗ ἱεροὶ λόγοι αὐτῶν ἐλέγοντο, *Sacras ibi conciones habitas fuiſſe*. Notandus hic locus ab iis fuerat, qui de naſcentis Eccleſiae temporibus ſcripſere. Ridicule vero *Baronius*, qui, dum de Peregrino ageret, vertit, *omnis generis coenas dubias*. *T. F.*

Δεῖπνα ποικίλα] De Chriſtianorum Agapis haec vulgo intelliguntur: merito; ſi ſimul obſervetur, oratorem illum Lucianeum ſeu Lucianum ipſum ſub larva illa, in malam id trahere partem, quippe cui non ſatis perſpecta Chriſtianorum inſtituta eſſent. Arrepta ergo *epularum* occaſione, in *comeſſationes* mox, qui carpendi erat animus, verterit; & nimis laute habitum ab iis Peregrinum palam narrat. Quod a *Baronio* rite obſervatum qui carpunt, nae illi in clara luce caecutire cenſendi ſunt. Frugi, omnino, ſobrii, minimeque luxui dediti primaevi illi Chriſtiani fuere; quis dubitet? At hic, quisquis eſt, nimis lautos fuiſſe etſi falſo aſſerat, ut non aſſeruerit, nemo efficiet. Non ſecus ac ſi caſtam aliquis, homo nequam, ſtupri inſimulaverit; probam, pudicamque eſſe evincas, mendacii arguas hominem: non ideo efficies, ut ille pudicam caſtamque dixerit. *Tertullianus* (ad Martyr. c. 1.) alimenta memorat a fidelibus ad eos miſſa. Quin *Julianus* ipſe Apoſtata (apud *Sozom.* V. 16.) Epiſtola ad Arſacium Sacerdotem Galatiae αἰσχρὸν γὰρ, εἰ τῶν μὲν Ἰουδαίων ἔθνη μεθαιτεῖ, τρέφουσι δὲ οἱ δυστυχεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν ϗ τοὺς ἡμετέρους. (Cit. *Vinding.* p. 12.) *M. du S.*

Δεῖπνα ποικίλα] Agapas', adferente unoquoque aliquid, quod una conſumerent: hinc ποικίλα, non a luxu. *J. M. G.*

58. Λόγοι ἱεροὶ αὐτῶν] Latius haec verba patent; nec ſermonem tantum aut inter familiares ſolitas confabulationes notant, ſed cultum religioſum Luciano alibi etiam deſignant. (V. *de Dea Syr.* c. 11. ubi *myſterioſum*.) De Chriſtianis itaque hoc loco dicta, ſermones primo cognotent neceſſe eſt, quibus ſpem vitae melioris alunt, patientiam, fortitudinemque iis dignam, quos Deus ſuos agnoſcat, ingenerent. Deinde preces, hymnos, verbi Divini meditationes, caeteraque quibus, orationis ope, cultus continetur divinus. His ſolabantur ſcilicet Chriſti cauſa vinctos; his taedium carceris fallebant. Quo quid praeſtantius aut laudabilius excogitari potuit? Quid inſignius Socratis habuit carcer, Paganiſmi totius admiratio? Quod ergo huic unico Philoſopho eximium fuit, id a Chriſtianis vulgo factitatum videmus; tantoque praeſtantius, quanto quae hi de immortalitate animae, beatitudineque futura afferebant, certiora iis & majora, quae ille in hanc rem diſſerebat, fuerunt. At eodem loco habet ridetque Epicureus & Socratem & Chriſtianos. Adde quod Peregrinus iſte impoſtor erat inſignis. Sed cur hoc Chriſtianis crimini detur, nulla ratio eſt. Quaſi vero nunquam alias bonis verba dederint callidi & ſceleſti homines? Nec diu tamen eos, ut ex ſequentibus patebit, fefellit. *M. du S.*

59. Ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο] Poſtea enim Proteus pro Peregrino dici coeptus, & adoptivo cognomine venerabilior factus, & quodammodo θειότερος. *T. F.*

60. Καινὸς Σωκράτης] Vix quisquam factum credet, qui Chriſtianos illius aetatis norit, qui ſuos martyres confeſſoresve longe Philoſophis praeſtantiores ducebant.

Καὶ μὴν καὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων ὤφλον, ὧν ἦκόν τινες τῶν Χριστιανῶν ἀγγελοῦντων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, βοηθήσοντες, καὶ ξυναγορεύσοντες, καὶ παραμυθησόμενοι τὸν ἄνδρα. ἀμήχανον δέ τι τὸ τάχος ἐπιδείκνυνται, ἐπειδάν τι τοιοῦτον γένηται, δημόσιον. ἐν βραχεῖ γὰρ, ἀφειδοῦσι πάντων. καὶ δὴ καὶ τῷ Περεγρίνῳ πολλὰ τότε ἦκε χρήματα παρ' αὐτῶν ὑπὲρ προφάσεως τῶν δεσμῶν, καὶ πρόσοδον οὐ μικρὰν ταύτην ἐποιήσατο. πεπείκασι γὰρ αὐτοὺς

13. *Quin etiam ex Asiaticis quibusdam urbibus, Christianorum missu publico, venere quidam, adjuturi virum, & advocati ejus futuri, consolaturique. Incredibilem enim alacritatem ostendunt, si quid tale fiat publice. Ut enim breviter dicam, nulli rei parcunt. Itaque etiam Peregrino tum multae ab illis venere vinculorum caussa pecuniae, eumque reditum habuit sibi non mediocrem. Persuase-*

a Ἐποιήσατο] Ἐποιήσαντο Edd. male.

bant. Sed viro alioquin erudito & eloquenti in mentem non potuit hic non venire Socrates; cujus comparatione apud Ethnicos homines haud magno conatu risum erat in Peregrinum conflaturus. *M. du S.*

62. Τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων] In Syria erat Peregrinus in vincula conjectus, ut liquido patet ex c. 4. & 11. & mox a Syriae Praefecto emissum audies: quod ideo observo, ne quem itineris ab eis ea causa susceptí fugiat magnitudo, utque, quae deinde de Christianorum celeritate & in universum cura adduntur, melius intelligantur. *M. du S.*

63. Ἀπὸ τοῦ κοινοῦ βοηθ.] Nihil sane magnificentius de Christianorum charitate praedicari potuit, cujus cura ac solicitudo non corpori tantum, etsi corporeis etiam necessitatibus subvenit, sed animo potissimum consulit; quem ratione & consolationibus adversus mala instruit & armat. Quin, quod majus est, ex ore hoc audis hominis id ipsum agentis, ut cum Peregrino Christianos ludum jocumque habeat. Pausanias in *vita Aristomenis* eadem ferme verba usurpat p. 236. Ed. Ox. *Corn. Nep.* cui ea vita subjuncta est. ἄνδρας δὲ τῶν ἐν τέλει πέμψασι παραμυθησόμενος Μεσσηνίους. &c. *Praemissis civitatum Principibus, qui socios consolarentur.* *M. du S.*

65. Ἀμήχανον] Hoc propter susceptum ab iis iter tam longum nunc addit; ut facilitatem Christianorum, ad suam historiam magnopere facientem, ostendat. Qua in re, dum prae studio detrectandi, ut fit, res in medio positas male interpretando corrumpere enixissime conatur, eximium imprudens Christianorum decus praedicat; & *ut sapere videatur, coelum ipsum*, ut ait ille, *vituperat.* *M. du S.*

67. Γίνηται, δημόσιον] Commate haec distinxit *Solan.* quod aberat ab Edd. *J. F. R.*

Ibid. Ἐν βραχεῖ γὰρ ἀφειδοῦσι πάντων] *Illico enim nulli rei parcunt.* Interp. Male. Vertendum enim fuerat: *Nam, ut paucis absolvam, nulli rei parcunt.* Id παιδαρίων ἕνεκα monemus, nisi tamen ipsi per se viderent. *T. F.* Ego commate post γὰρ addito sensui consului. *J. F. R.*

70. Πρόσοδον οὐ μικρὰν ταύτην ἐποιήσαντο] Corruptus locus, sed qui facile potest emendari. Legi quippe debet, ἐποιήσατο, referrique ad Peregrinum, qui ex Christianorum caritate *lucrum uberrimum fecit*; cujus causam mox affert, πεπείκασι γὰρ, &c. Cum haec scripsissem, animadverti, non aliter fuisse in codice veteris interpretis: vertit enim, *nec vulgarem rerum proventum lucrifaciebat.* Viden' tu interpolatio quid faciat? *T. F.*

71. Ἐποιήσαντο] Corrige ἐποιήσατο. *F. G.*

Ἐποιήσατο] Emendationem *T. Fabri* ut necessariam in textum admisimus. Quid enim est, quod omnes Libri nostri praeferunt ἐποιήσαντο? *M. du S.*

Ibid. Πεπείκασι γὰρ &c.] Christianorum dogma. *F. G.*

Πεπείκασι] Christianos hucusque levi quasi armatura adortus, totis jam viribus cominus aggreditur; quippe quos primo dementes ac furiosos; mox callido & nequissimo cuique ad fraudem patentes facit. Incipit jam hinc totius Antiquitatis Ethnicae gravissima in speciem Christianorum insectatio, re ipsa praestantissimum testimonium. Quae enim duo ut dementiae stultitiaeque summa proponit argumenta, ea ipsa, rem recte putantibus, summa laus & eximia videbuntur merito sapientia. Prius enim illud de Fide Christianorum quantum sit vide; quos ait *mortem ideo contempsisse.* Non id agam sane nunc, ut Fidei nostrae sanctissimae certissimaeque fundamenta, quam solide jacta sint, ostendam: majoris id quam harumce notarum est molis, neque hujus instituti; id modo mecum observes velim, nihil a nostris magnificentius de Fide, Patientia, ac Fortitudine suorum unquam dici aut praedicari potuisse, quam ea sunt quae huic veritatis extorsit vis, cum dicit *adeo mente captos, ut mortem immortalitatis spe contemnerent, eique ultro ferre sese offerrent.* (Hujus Constantiae meminit & *Plinius* ad Trajanum X. & Antoninus etiam Imp. apud *Euseb.* IV. 13. Nostros enim hic non allegabimus.) *Vinding.* p. 13. *M. du S.*

74. Ἑκόντες ἑαυτοὺς ἀποδιδόασιν] Martyres nostros designat, quos Epictetus vel Arrianus ajebat id facere ὑπὸ μανίας ἢ ὑπὸ ἔθους; quos enim ibi Galilaeos vocat, nullus dubito quin sint Christiani, lib. IV. c. VII. *T. F.*

Ἑκόντες] Non itaque verbis tantum, ut vani Sophistae, & ipsi graviores Philosophi, contemptum mortis prae se ferebant; quorum pauci cum in rem praesentem ventum est, erectum illum atque imper-

ter-

ſerunt enim ſibi miſeri in univerſum quidem ſe futuros eſſe immortales, & perpetuo tempore victuros: unde etiam contemnunt mortem vulgo, ſuaque ſe ſponte occidendos praebent. 75 Deinde vero primus illis legiſlator perſuaſit, omnes eſſe invicem fratres, poſtquam ſemel transgreſſi, Graecos Deos abnegaverint, adoraverint autem affixum illum cruci ſuum Sophiſtam, atque ex ipſius legibus vivant. 80

οἱ κακοδαίμονες, τὸ μὲν ὅλον ἀθάνατοι ἑαυτοὺς, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. ὅθεν καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, καὶ ἑκόντες [b] αὐτοὺς ἐπιδιδόασιν οἱ πολλοί. ἔπειτα δὲ ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος ἔπεισεν αὐτοὺς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων· ἐπειδὰν ἅπαξ παραβάντες, θεοὺς μὲν τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσωνται, τὸν δὲ ἀνεσκολοπισμένον ἐκεῖνον σοφιστὴν αὐτοῦ προσκυνῶσι, καὶ κατὰ τοὺς ἐκεῖ-

[b] Αὐτοὺς] Ἑαυτοὺς Fab. Αὐτοὺς Edd.

territum obtinuerunt animum. Non ita, inquam, Chriſtiani; apud quos mortis contemptus ex ipſa morte conſpiciebatur, non ex ſermonibus orationibusve ad pompam fere & a periculo procul habitis: quibus ſcilicet inimicorum iuſana & impotenti prorſus rabie, ſupplicia omnisque generis tormenta imminebant. His non delati ſolum ac deprehenſi cervices alacriter ſubdebant; facile, ſi libuiſſet, abnegando Chriſtum ſubtracturi; verum reperti etiam qui ſeſe morti ultro, ut hic vere ait, offerrent. Cujus rei exempla apud Chriſtianos qui illius aetatis hiſtoriam proximi ipſi ſcripſere, invenias non pauca; unum tamen in his eximium, ad quod reſpexiſſe hunc noſtrum putem, narrat in *Apologia priore*, (anno uno aut altero ante hoc opus edita) *Juſtinus Martyr*, quem vide. De eodem argumento conſule etiam *M. Aurelium Anton.* XI. 3. & in eum locum *Gatakeri* notas, qui ex *Clemente Alex.* allato loco probare nititur, hoc ab iis factitatum quos Eccleſia ut temerarios reſpuebat. Sed caute hic, ſi usquam alibi, judicandum cenſeo: ut enim temeritatis culpa abſolvi non poſſe arbitror, qui ſe ultro, nulla cogente neceſſitate, morti offerant: ita, ut heroicam quorumdam non poſſum quin ſuſpiciam fidem, qui ſe palam Chriſtianos, nullo cogente, profeſſi ad ſupplicia mox rapti ſunt. *M. du S.*

75. Ἔπεισε] Quemnam voluerit *primum Chriſtianorum Legiſlatorem* eſſe, qui verba hic facit, aut ſub ejus perſona Lucianus, haud multum ſane noſtra intereſt; cum utrique parum nota fuerit Chriſtianorum diſciplina. Sive enim *Moſem* ſive *Chriſtum* innuere voluerit, quos ſolos Legiſlatores agnovere unquam Chriſtiani, aut imperitum ſe prodiderit, aut ſibi non ſatis conſtabit. Moſes enim *pro fratribus habendos* eos ſolos ſancivit, qui ex eodem genere oriundi, aut, per circumciſionem aliosque Chriſtianis jam abrogatos ritus, inſititii eſſent: Chriſtus autem hujus dogmatis *verus Auctor*, idem ille eſt qui adorandus Chriſtianis proponitur; cum ille diverſos faciat. Unde & nonnullis Paulum deſignare viſus eſt. Sed fruſtra laborant qui quod neſcivit qui dicebat, facere volunt ut ſciverit. Sed pergamus. Chriſtianorum eam fuiſſe dicit diſciplinam, ut ſe pro fratribus mutuo haberent, idque legiſlatoris ſui, quisquis demum ille fuerit, charitatis mutuae jactum fundamentum. Hoc qui ait fando inaudierat; ut fors tulit, veriſſime. Quid dixerit vides: quid veri ſubſit minime monendus, quisquis Chriſtianus haec legis. *M. du S.*

Ibid. Ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος] Quis hic primus legislator Chriſtianorum? ipſemet Chriſtus, inquies. At non ita ſentit Lucianus. Quippe legiſlatorem hunc alium eſſe vult ab ἀνεσκολοπισμένου ἀνδρὸς, quod ſane in primis conſiderandum videtur. Paulum Apoſtolum deſignari exiſtimo, rationibus iis adductus, quae neminem latent, hac etiam non leviter commotus, quod toties apud Paulum fratrum appellatio, qua de hic agitur, occurrit. Aliud ſi intelligat Lucianus, fortaſſe alluſerit ad aliquod Pſeudo-Euangelium, ex eorum numero, quorum nomina, & aliquando teſtimonia, memini me apud Epiphanium legere. *T. F.*

78. Παραβάντες] Quid facias homini ſibi tam turpiter obloquenti? En tibi Lucianum illum, tam acrem Deorum ſuorum in omnibus opuſculis inſectatorem, nunc ſub neſcio cujus perſona Chriſtianos in invidiam ſummam idem ob factum adducentem? *M. du S.*

79. Ἀνεσκολοπ. — σοφιστὴν] Duplex his verbis crimen continetur; quod *Sophiſta*, quod *ut maleficus crucifixus*. Ad prius quod attinet; toto coelo, quod ajunt,

78. Τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσωνται] Μικρὰ κεφαλή, θὲς πρὸ βραχέος ἀετοὺς & ταύρους * καὶ χρυσοῦς θυσιῶν & ὁρμων ἀξίους, ναὶ μὰ & τὸν ἄλλον ὃν κατέχεας λῆρον περὶ τοῦ † Ἑλληνικῶν θεῶν, νῦν τοὺς τοιούτους οὐκ ἀξίους φῆς παραβάσεως. *V.*

79. Τὸν δὲ ἀνεσκολοπισμένον] Οἷα λῃρεῖς, ὦ καταράτε, κατὰ τὸν σωτῆρα Χριστοῦ; ὃς ‡ ἐστι & τούτου ἕνεκεν, § ἀθανάτῳ προσφάτοις κολάσεσι, ὡς ¶ προσφάτῳ, καὶ τὰ ἡμέτερα διασύρουσα. ὦ τοῦ ἀπείρατος συγχύσεως & βδελυρίας πάσης γεμούσης εὐτραπελίας, μιαρὲ, καὶ ἀκαθάρτε, ἀλλότριε τοῦ ζωῆς, καὶ μέτοχε τοῦ αἰωνίου κολάσεως. *V.*

* Καὶ χρυσοῦς θυσ.] [Haec corrupta cenſeo. Reſpicit autem inprimis c. 5. θυσ. *M. du S.*

† Ἑλληνικῶν Ἑλλήνων. V.

‡ Ὃς ἐστι] Σι huc inſeruit *Solan.* cum id ante editum legeretur poſt ἀθανάτῳ.

§ Ἀθανάτῳ — κολάσεσι] Ἀθανάτου - κολάσεως V.

¶ Παραβάντα &c.] Παραβάτη - διασύρουσι V. Sed emendationem primi Editoris ſecutus ſum. *M. du S.*

ἐκείνῃ νόμῳ βιῶσι. καὶ ἀφρονῶσιν οὖν ἅπάντων ἐξίσης, καὶ [a] κοινὰ ἡγοῦνται, ἄνευ τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως τὰ τοιαῦτα παραδεξάμενοι. ἢν τοίνυν παρέλθῃ τις εἰς αὐτοὺς γόης, καὶ τεχνίτης ἄνθρωπος, καὶ πράγμασι χρῆσθαι δυνάμενος, αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐν βραχεῖ ἐγένετο, ἰδιώταις ἀνθρώποις ἐγχαινών.

Quare omnia reliqua aeque contemnunt, & arbitrantur communia, quae quidem nullo idoneo argumento receperunt. Si quis ergo ad illos veniat impostor, & callidus homo, & uti rebus qui sciat, ilicet brevi statim tempore dives factus homines imperitos albis dentibus deridet.

Πλὴν ἀλλ' ὁ Περεγρῖνος ἀφείθη τότε ὑπὸ τοῦ τότε τῆς Συρίας ἄρχοντος, ἀνδρὸς φιλοσοφίᾳ χαίροντος, ὃς συνεὶς τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, καὶ ὅτι δέξαιτ' ἂν ἀποθανεῖν, ὡς δόξαν ὑπὶ τούτῳ ἀπολίποι, ἀφῆκεν αὐτὸν,

14. *Verum Peregrinus ab eo, qui tum praesidebat Syriae, dimissus est, viro, qui Philosophiam amaret, quique intellecta istius amentia, eumque mortem optaturum, uti famam eo nomine relinqueret, hominem, ne di-*

[a] Κοινὰ] Sic & *Fl.* cum cett. Κενὰ *T. Fab.* male.

ajunt, errat Orator iste, qui *Sophistae* titulum Christo affingat, ab iis artibus alienissimo, quibus Sophistarum natio hominibus imponit: nec doctus, nec eruditus humanave facundia spectandus noster Jesus fuit, ut in invidiam hac de causa adducatur. At id cum ignorarent isti, simulque Christianis orbem jam plenum conspicerent, nec qua ratione tot hominibus persuaderi doctrina, a recepta immane quantum abhorrens, intelligerent, ad id quod promptum erat decucurrere, ut dicerent Auctorem illius doctrinae *Sophistam insignem*. Quibus si notior paulo fuisset, miracula potius, quibus fere suam invexit religionem, carpenda fuissent: carpendae prophetiae, quarum implemento se Messiam esse, tot ante seculis humano generi a Deo promissum, demonstravit: carpenda praeceptorum sanctitas, quae, lenociniis verborum procul, mentes hominum suo splendore illustrat & trahit. Haec Celsus aliique, sed frustra, tentarunt, a Christianis doctoribus solidissime, & a rebus ipsis refutati. *M. du S.*

illo accusationis capite, ad posterius se jam accingens, a legislatore monet edoctos Christianos, sese mutuo *pro fratribus* habere. *IDCIRCO*, inquit jam, *omnia contemnunt*, (sua bona, scilicet, suas facultates) & eadem illa omnia COMMUNIA *habent* vel *ducunt* (ut inter *fratres* decet.) Egregium sane encomium primis illis Ecclesiae temporibus debitum, & ab infensissimis Christianae Religionis hostibus vi veritatis extortum. Agnoscis jam germanam eorum progeniem, quos in *Act. Apost.* II. 44. *omnia habuisse communia* legis. (Inter Ethnicos primus Pythagoras κοινὰ τὰ τῶν φίλων esse pronuntiavit, & reapse inter suos comprobavit. Vide *Porphyr.* No. 33.) At in sequiorem id mox partem insectator trahit noster, cum continuo ait; *si itaque transeat ad ipsos impostor, callidus, versutus, quique foro sciat uti & suis consulere rebus, repente dives fiet, usus hominibus facilibus, largis, & simplicibus.* Quae cum ita sint, & omnia usque adeo liquida & aperta, quid emendatione opus fuit, qua depravatur textus, non juvatur? Fuit etiam repertus qui vocem κοινὸς hoc in loco de *impuritate* contenderet intelligendam. Quo quid absurdius aut insciti excogitari possit, non video. In G. tamen Pasoris codice qui forte ad manus pervenit meas, notatum video, κοινὰ *impura*. Hujus discipulus *Pfochenius* arripuit, Sed his missis de re ipsa vide *Just. mart.* dial. cum Tryph. 308. *M. du S.*

82. Κοινὰ ἡγοῦνται] Etsi verti potest, eo significatu accipiendo κοινὸς, quo locis aliquot novi fœderis usurpatur, mihi tamen sese probat emendatio, nempe κενὰ ἡγοῦνται, *vana & futilia esse existimant*. Neque enim Graeci, quod quidem commeminerim, ita usurpant κοινός. *T. F.*

Κοινὰ ἡγοῦνται] Hujus loci sensum, scripturaeque hujus veritatem jam pridem in dissertatiuncula asserui, quam *de stylo novi Testamenti* in Academia Franequerana editam, aliis ejusdem argumenti adsuere dignatus est Cl. *Jac. Rhenferdius* in eo *syntagmate*, quod ejus opera an. 1701. prodiit. Quo cum amandare lectorem possem, ne tamen hac in parte operam nostram desideret, in pauca conferam quae fusius illic a me sunt jam dudum observata. De emendatione, ut vides, cogitavit *Tan. Faber*; quibus inductus rationibus, vix satis adsequor; nihil enim huic loco voce κενὸς convenientius. Misso namque priore

Κοινὰ ἡγοῦνται] Propter spem immortalitatis, propter amorem mutuum, *contemnunt reliqua*, opes, divitias, & *communia putant*, ut aquam, ut aërem. Nimis nota est vetus illa bonorum communio, nimis aperte eodem referuntur sequentia, quam ut vel de illa Hellenistica notione τῶν κοινοῦ h. e. *profani*, vel de emendatione in κενὰ, in mentem venire nobis debeat. *J. M. G.*

Ibid. Ἄνδρ. τινὸς ἀκρ. πίστ.] Christianorum tam effusam in suos beneficentiam cum elevare aliter non posset, stultam fuisse ex eo ostendere conatur, quod quae-

dignum quidem poena ratus, dimisit. At ille in patriam reversus deprehendit flagrantem adhuc illam de patre interfecto famam, & multos accusationem intentantes. Verum etiam pleraeque ipsius opes per illam peregrinationem direptae fuerant, solis relictis agris quindecim circiter talentorum. Tota enim, quam reliquerat senex, substantia triginta forte talentorum fuerit; non quinquies mille, ut ridiculus iste dixit Theagenes. Tanti enim nec universa Parianorum urbs, si vicinas sibi quinque alias assumat, forte vendatur, ipsis cum

ἀδὲ τ κολάσεως ὑπολαβὼν ἄξιον. ὁ δὲ εἰς 95τ̈ [b] οἰκείαν ἐπανελθὼν, καλαλαμβάνῃ τὸ ϖερὶ τ̃ ϖατρῴω φόνω ἔτι φλεγμαῖνον, κ̀ ϖολλὰς τὰς ἐπαναλεινομένας τ̈ καληγορίαν. διήρπαστο δὲ τὰ ϖλεῖστα τ̃ν κτημάτων ϖρὸ τ̈ ἀποδημίαν αὐτ̃, κ̀ μόνοι ὑπελείϖοντο οἱ ἀγροὶ ὅσον εἰς ϖεντεκαίδεκα τάλαντα· ἦν γ̀ ἡ ϖᾶσα οὐσία τριάκοντά ϖου ταλάντων ἀξία, ἣν ὁ γέρων κατέλιπεν, οὐχ ὥσϖερ ὁ ϖαγγέλοιος Θεαγένης ἔλεγε, 5ϖεντακισχιλίων. τοσούτου γ̀ οὐδὲ ἡ ϖᾶσα τ̈ Παριανῶν ϖόλις, ϖέντε σὺν αὐτῇ τὰς γειτνιώσας ϖροσλαβοῦσα, ϖραθείη ἄν, αὐτοῖς ἀν-

quaestoribus aerarii sui temere pecuniam publicam committant, nec satis sibi ab eorum fraude caveant. Qua in re quamquam a Christianis peccatum fuisse nullibi lego, cavisse tamen videntur Apostoli ne committerent ut huic crimini unquam ipsi paterent, cum mensarum a se ablegata cura, verbi sibi solius ministerium reservarunt; Ecclesiisque, ut sibi viros quam probatissimos in eam rem quaeque praeficerent, auctores fuerunt. V. Act. VI. V. Cels. ap. Orig. I. 8. & Cav. Praef. a 3. *M. du S.*

86. Αὐτίκα μάλα σὺν βραχεῖ] Nemo non videt istud σὺν βραχεῖ posse esse glossema τ̃, αὐτίκα μάλα: sed ut Graeci dicunt αὖ ϖάλιν & βάσκ' ἴθι, &c. ita hoc quoque stare potest. *T. F.*

87. Ἰδιώταις ἀνθρώποις ἐγχανὼν] *Simplicibus hominibus inhians*, ait Interpolator, sed plane simpliciter. Vertere enim debuerat, *Simplices homines illudens.* Ita *Aristophanes* σὺν Νεφέλαις.

Μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεσ̃, σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξει.

quo loco quia, si satis memini, nil Graecus Scholiastes dixerat, turpiter vero se dedit *Nicodemus Frischlinus, tum neque a me flebitur, tu vero morieris ore hianti.* bis peccat. Verte. *Frustra ego tum flevero, tu enim me illuso morieris.* Locum ipsum adire operae pretium erit. Eum si legisset *H. Stephanus*, non credidisset lexicographis quibusdam male conciliatis, imo eos refutasset. Ceterum non hic tantum ea vox est ab *Aristophane* usurpata, sed in Ἱππεῦσι quoque tribus ante act. v. versibus,

— ἐγχανεῖται τ̃ϖ ϖόλει.
— *urbem illuserit.*

ubi Schol. ἐμϖαίσεται. Iterum σὺν Σφηξίν.

Κ' οὐκ ἐγχανεῖται —

Scholiastes ἐγελάσεται. Ita enim usurpasse τὸ ἐγχάσκειν arbitror. Locus non succurrit. Caeterum interpretem depravavit interpolator; ille enim sensum viderat. *Quippe qui*, ait, *hominum idiotarum simplicitate abuti queat.* Eat nunc juventus & speciosae librorum fronti credat. *T. F.*

Ibid. Ἐγχανὼν] Credebam olim eodem sensu hic usurpasse, quo N. Δ. VI. ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε dixit, & hic ἐπιχανὼν scribendum esse; sed emendatione opus non est, vide quid ex *Aristophane* ad eam rem attulerit *T. Faber*, & confer Mid. c. 14. ἀπεισί σοι ϖλατὺ ἐγχανὼν, emuncta sc. pecunia. *M. du S.*

94. Οὐδὲ τ̃ κολάσεως] Humanitati Praesidis tribuit, quod fortasse rescripto imperatoris referri debuit. Consule *Euseb.* IV. 13. qui mihi ad manum nunc non est. *M. du S.*

95. Οἰκείαν] In Mss. Cod. Bibl. Reg. legitur planissime, οἰκείαν, *patriam*, scil. γ̃ν. *T. F.*

Οἰκείαν] Ex Mss. Reg. G. In Impressis enim omnibus erat οἰκίαν. Vid. c. 30. *M. du S.*

6. Παριανῶν ϖόλις] Στέφανος. Πάριον, ϖόλις σὺν Ἑλλησϖόντῳ &c. τὸ ἐθνικὸν Πάριος. ὁ ϖολίτης Παριανός. *F. G.*

Παριανῶν ϖόλις] Peregrini haec itaque patria, quod & *Athenagoras* confirmat, quem vid. p. 72. & 73. & *Scaligeri* notas, ad *Euseb.* Chron. p. 220. & 221. Ubi errat vir summus, dum oblatam eam Apologiam *M. Aurelio* & L. Vero adstruere conatur; eo ipso quo se Peregrinus combussit anno. Vid. Ἀλεξ. c. 2. Optime autem hic ridet magnitudinem summae a Theagene dictae, quae, ut supra monitum est, ad decies ferme centena millia librarum Anglicanarum redibat: cum verus ejus Census octo ad summum millia efficeret. *M. du S.*

ἀνθρώποις, καὶ βοσκήμασι, καὶ τῇ λοιπῇ παρασκευῇ.

Ἀλλ' ἔτι γε ἡ κατηγορία καὶ τὸ ἔγκλημα θερμὸν ἦν, καὶ ἐῴκει οὐκ εἰς μακρὰν ἐπαναστήσεσθαί τις αὐτῷ. καὶ μάλιστα ὁ δῆμος αὐτὸς ἠγανάκτει, χρηστὸν, ὡς ἔφασαν οἱ ἰδόντες, γέροντα πενθοῦντες, ὕστως ἀσεβῶς ἀπολωλότα. ὁ δὲ σοφὸς οὗτος Πρωτεὺς πρὸς ἅπαντα ταῦτα σκέψασθε οἷόν τι ἐξεῦρε, καὶ ὅπως τὸ κίνδυνον διέφυγε. παρελθὼν γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Παριανῶν (κόμα δὲ ἤδη, καὶ τρίβωνα πινυρὸν ἠμπείχετο, καὶ πήραν παρήρτητο, καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἦν, καὶ ὅλως μάλα τραγικῶς ἐσκεύατο.) τοιοῦτος ὢν ἐπιφανεὶς αὐτοῖς, ἀφεῖναι ἔφη τὴν οὐσίαν, ἣν ὁ μακαρίτης πατὴρ αὐτῷ κατέλιπε, δημοσίαν εἶναι πᾶσαν. τοῦτο ὡς ἤκουσεν ὁ δῆμος, πένητες ἄνθρωποι, καὶ πρὸς εὐγνωμοσύνας κεκτημένοι, ἀνέκραγον εὐθὺς ἕνα φιλόσοφον, ἕνα φιλόπατριν, ἕνα Διογένους καὶ Κράτητος ζηλωτήν. οἱ δὲ ἐχθροὶ ἐπεφίμωντο. κἂν εἴ τις

hominibus, & pecudibus, & apparatu reliquo.

15. *Verum tamen accusatio illa & crimen adhuc calebat, videbaturque futurum, ut non ita multo post aliquis contra illum consurgeret. Et maxime ipse indigne ferebat populus, bonum senem, uti dicebant, qui viderant, impie adeo periisse lugentes. At sapiens iste Proteus ad haec omnia videte quid invenerit, & qua ratione effugerit periculum. Progressus nempe in Parianorum concionem (jam autem comam aluerat, & pallium induerat sordidum, & suspenderat peram, & in manu fustis erat, & tragicum omnino habitum sumserat.) Sic ergo in conspectum illorum prodiens, permittere se ait, ut universa patris sui felicis memoriae substantia sit publica. Hoc ut populus audivit, homines pauperes & inhiantes largitionibus, statim exclamant*, Unum Sapientiae, unum patriae amatorem! unum Diogenis & Cratetis aemulum! *Inimicis autem os jam obturatum erat, & si quis caedis*

18. Παριανῶν] Πάριον urbs in Hellesponto. vid. *Steph.* περὶ πόλεων. *M. V. La Croze.*

19. Κόμα δὲ ἤδη] Corrupta esse haec verba existimo. Reliqua enim omnia Cynicum sapiunt, sola illa *coma* abhorret a reliquo cultu. In descriptione autem caetera huic simili ἐν χρῷ κειρίας diserte dicitur, Δραπ. c. 27. cui statim additur ἐν γενείῳ βαθεῖ. Mox ibidem cap. 28. additur κόμα δὲ καὶ τὸ γένειον ἐτίλλετο, sed ego levi mutatione scrupulum illum sustuli, dum, ut illic ostendam, doceo legendum esse κόμα δὲ τὸ γένειον, καὶ ἐτίλλετο. Certe apud nullum scriptorem κομᾶν simpliciter prolatum de barba, quod hic oportuit, dictum invenietur. Apud *Xenoph.* quidem, quod huc apprime facere mihi videtur, haec verba extant p. Ed. *Steph.* 516. l. 15. περὶ ὧν τὸ γένειον τῇ κεφαλῇ ὁμοίως κομήσῃς. Et hic itaque de barba aliquid additum oportuit, quod sine Mss. ope ut conjicere non adeo difficile est, ita cum aliqua audacia conjunctum, si frequenter id fiat, videri possit. De locis ex *Cynico* ad hanc rem spectantibus vide nos ad illius opusculi cap. 1. *M. du S.*

23. Ἀφεῖναι — τὴν οὐσίαν] Gymnosophistas aliosque, ut liberius philosopharentur, itidem interdum relinquere sunt ἐπὶ pes solitos, quod & discipuli Christi factitarunt, ad *Evang. Matth.* XIX. 27. compluribus exemplis, non omisso hoc Luciani, probat Rever. *J. Elsner.* l. d. p. 90. 91. *J. F. R.*

24. Εἶναι] Ἀφεῖναι εἶναι. Hunc pleonasmum verbi εἶναι vide etiam supra *de Calum.* c. 20. & 16. Et *Pseudol.* c. 6. & 25. *Necyom.* §. 16. *Eustath.* ad *Hom.* Il. Λ. 20. *Hemst.* ad Judic. vocal. fin. *Diog. Laërt.* vit. *Plat.* p. 168. φάναι — ἰατροὺς εἶναι. *J. F. R.*

33. Ἐφόδια τοὺς Χριστ. ἔχων] Quam memores Christiani fuerint hospitalitatis, ex acerbissimorum hostium *Juliani* & Luciani testimoniis adparere, tradit Rev. *J. Elsner.* in Ep. ad *Hebr.* XIII. 2. *J. F. R.*

34. Δορυφορούμενος] Ut Nigr. c. 14. & N. Δ. VI. sic etiam usus est *Philostratus* V. Soph. p. 582. in *Aristid.* *M. du S.*

Ibid. Ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν] Optime. Sed hinc emendandus locus qui in *Fugitivis* (c. 17.) occurrit, ἐν ἅπασιν ἀφθόνως βιοῦντας. leg. ἀφθόνοις. *T. F.*

Ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν] Conf. infra *Saturn.* c. 19. ἐν οἷς εἶην. *J. F. R.*

35. Εἶτα παρωμόσας τι ἢ εἰς ἐκείνους (ὤφθη γάρ τοι, ὡς οἶμαι, ἐσθίων τὰ ἀπόρρητα αὐτοῖς)] Impius Lucianus & qui Christianos saepe suggillat, licet eos & eorum legem sanctissimam non noverit. Hoc loco manifeste confundit Judaicos ritus cum Christianorum lege. Judaei enim erant ἀκάθαρτοι, qui offendebantur quodam ciborum genere, at Christianis (ut Petrus Apostolus docet) cibi nulli polluti existimabantur. *J. P. a G.*

Ibid. Παραπομπάς] Tandem ergo vanum hunc & scelestum hominem deprehenderunt Christiani. *M. du S.*

36. Ὤφθη

dis injicere mentionem conaretur, lapidibus statim petebatur.

16. *Iterum ergo in aliud exilium atque errorem egressus est, satis luculenti viatici instar habens Christianos, quorum satellitio instructus copiis omnibus abundabat. Atque aliquamdiu ita alebatur. Deinde migratis etiam illorum legibus, visus enim, puto, fuerat prohibito illis cibo uti; cum non amplius eum admitterent, ad indigentiam redactus aequum censebat, retractata donatione, a civitate repetere bona sua: datoque libello recipere illa Imperatoris jussu postulabat. Deinde, missis contra ipsum a civitate Legatis, frustra fuit, jussusque in his, quae nemine cogente constituisset, manere.*

17. *Post haec tertia ab illo suscepta in Aegyptum peregrinatio ad Agathobulum, ubi admirabilem illam exercitationem suscepit, ut rasa dimidia capitis parte, oblita luto facie, in multo circumstantium populo, fricando pudendo, illud quod indifferens ab istis vocatur,*

ἐπιχειρήσειε μεμνῆσθαι τῆ φόνῃ, λίθοις εὐθὺς ἐβάλλετο.

Ἐξῆλθε δὲ τὸ δεύτερον πλανησόμενος, ἱκανὰ ἐφόδια τὰς Χριστιανὰς ἔχων, ὑφ' ὧν δορυφορούμενος, ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν. καὶ χρόνον μέν τινα οὕτως ἐβόσκετο. εἶτα νομήσας τι καὶ ἐς ἐκείνους (ὤφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐθίων τὰ ἀπόρρητα αὐτοῖς) οὐκ ἔτι προσιεμένων αὐτὸν ἀπορούμενος, ἐκ πολυωφελίας ᾤετο δεῖν ἀπαιτεῖν πάλιν τὰ τῆς πόλεως τὰ κτήματα, καὶ γραμματεῖον ἐπιδὺς, ἠξίου ταῦτα κομίσασθαι, κελεύσαντος Βασιλέως. εἶτα ἡ πόλεως ἀντιπρεσβευσαμένης, οὐδὲν ἐπράχθη, ἀλλ' ἐμμένειν ἐκελεύσθη, οἷς ἅπαξ διέγνω, μηδενὸς κατα-

ναγκάσαντος.

Τρίτη δὴ τούτοις ἀποδημία εἰς Αἴγυπτον πάλιν τὸν Ἀγαθόβουλον, ἵνα καὶ τὴν θαυμαστὴν ἄσκησιν διήσκησε, ξυρόμενος μὲν τὸ κεφαλῆς τὸ ἥμισυ, χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον, ἐν πολλῷ δὲ τῷ περιεστώτων δήμῳ ἀναφλᾶν τὸ αἰδοῖον, καὶ [a] τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο

[a] Τὸ ἀδιάφορον] Sic Edd. omnes. Τῶν ἀδιαφόρων — καλυμμένων *Tan. Fab.* Ἀδιάφορον Mf. RG. male.

42. Εἶτα ἡ πόλεως ἀντιπρεσβευσαμένης] Καὶ πῶς, εἰ πατρολοίας Περεγρῖνος, οὐκ ἀντενεκλήθη [*] τῆ Παριανῶν πατροκτονίας, ἀπαιτουμένων τὰ ἀπὸ τὴν πατροκτονίαν, ὡς ἔφης, ἀφειμένων τούτοις ἀγρῶν; ἀλλ' εἰς πάντας συκαφαντεῖς, πάσης ἀρετῆς σκῶπτα, καὶ βαβολεῦ. *V.*

51. Ἀναφλᾶν] Ἀναφλᾶν λέγεται μαλάττειν τὸ αἰδοῖον, καὶ ὑποσύρειν τὸ καλύπτον τὴν βάλανον δέρμα. i. e. masturbari. *G.*

* Τῆς πατροκτονίας] Τὴν πατροκτονίαν. *V.*

36. Ὤφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐθίων τὰ ἀπόρρητα αὐτοῖς] Accusat hic *Tanaq. Faber* Auctorem, quod Christianorum legem non noverit, & confuderit Judaicos ritus cum Christianorum lege. Verum ego quidem illud heic non video: quoniam per illa ἀπόρρητα τοῖς Χριστιανοῖς, quæ ederit Peregrinus ille, intelligi possunt εἰδωλόθυτα, aut αἷμα, aut πνικτόν: quæ primis Christianis ex decreto Apostolorum erant ἀπόρρητα. Et ab illis diligentissime sese abstinuisse Christianos primævos, docent Patres veteres. Certe *Justinus*, *Minutius Felix*, *Tertullianus* aliique ab εἰδωλοθύτοις sedulo sibi cavisse Christianos, tradunt. *L. Bos.*

42. Βασιλεῖ] Imperatorem Romanum intellige, non regem aliquem, quod quidam facit. *T. F.*

47. Ἀγαθόβουλον] Eundem esse existimo, cujus in *Demonactis* vita meminit cap. 3. vid. Chron. *Euseb.* A. C. 122. *M. du S.*

48. Ξυρόμενος] *Plut.* 627. f. *M. du S.*

49. Χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον] Sic de Crescente Cynico *Tatianus* orat. ad Græcos: ἀπὸ πηλίνης ὄψεως δαιμονῶντα. Sordidi enim erant Cynici. *L. Bos.*

Χριόμενος δὲ πηλῷ] Meminit & *Tatianus* πηλίνης ὄψεως de crescente Cynico loquens, p. 81. Quo vero consilio id egerint Cynici, non satis assequor, non enim *sordes* tantum notant. *M. du S.*

51. Ἀναφλᾶν τὸ αἰδοῖον] Qui id faciunt, Cynicam Venerem exercere dicuntur, ii videlicet, *qui pellicle læva utuntur*, ut ait hominum omnium impudentissimus *Martialis*. Allusio facta ad Ἀναφλᾶν locum dedit joco *Aristophanis* ἐν Ἐκκλησιαζούσαις,

Ἀναφλύσιον ζητῶν τιν' ἄνθρωπον ——,

quem optime animadvertit Græcus Interpres; ait enim, Ἀναφλύσιον, παρὰ τὸ, ἀναφλᾶν, πάσχειν. Quod equidem non video cur *Meursio* displicuerit. *T. F.*

τοῦτο καλούμενον ἐπιδεικνύμενον. εἶτα παίων, ἢ παιόμενον νάρθηκι εἰς τὰς ῥυγὰς, ἢ ἄλλα πολλὰ νεανικώτερα θαυμαλοποιῶν.

Ἐκεῖθεν δὲ οὕτω παρεσκευασμένος, ἐπὶ Ἰταλίαν ἔπλευσε, καὶ ἀποβὰς τῆς νεὼς, εὐθὺς ἐλοιδορεῖτο πᾶσι, καὶ μάλιστα τῷ βασιλεῖ, πραότατον αὐτὸν καὶ ἡμερώτατον εἰδώς· ὥστε ἀσφαλῶς ἐτόλμα. ἐκείνῳ γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὀλίγον ἔμελε τῶν βλασφημιῶν, καὶ οὐκ ἠξίου φιλοσοφίαν ὑποδυόμενόν τινα κολάζειν ἐπὶ ῥήμασι, καὶ μάλιστα τέχνην τινὰ τὸ λοιδορεῖσθαι ποιησάμενον. τότε δὲ καὶ ἀπὸ τούτων τὰ τῆς δόξης ηὐξάνετο· πολὺ γὰρ τοῖς ἰδιώταις καὶ περίβλεπτος ἦν ἐπὶ τῇ ἀνοίᾳ, μέχρι δὴ ὁ τῆς πόλιν ἐπιτετραμμένος ἀνὴρ σοφὸς ἀπέπεμψεν αὐτὸν ἀμέτρως ἐντρυφῶντα τῷ πράγματι, εἰπὼν μὴ δεῖσθαι τῆς πόλιν τοιούτου φιλοσόφου.

in se ostenderet; deinde vel pulsaret ipse, vel pulsandas ferula nates aliis praeberet, aliaque vehementiora etiam spectacula ederet.

18. *Hinc autem sic instructus navigavit in Italiam, & egressus navi maledicere statim coepit omnibus, Imperatori maxime, quem mitissimum sciret mansuetissimumque: quo majori confidentia ausus est. Parum enim ille, ut par erat, curabat maledicta, neque dignum se censebat, hominem philosophiae larvam indutum propter verba punire, cum praesertim, qui sibi artem ipsum illud maledicere fecisset. Isti vero etiam inde fama crevit. Apud imperitos enim propter ipsam hanc amentiam erat conspicuus, donec Praefectus urbis, vir sapiens, nimis se petulanter ea in re gerentem ejecit, praefatus, non indigere urbem*

58. Καὶ μάλιστα τῷ βασιλεῖ] Βέρον ἢ Μάρκον Ἀντωνῖνον, οἶμαι, λέγει. *V.*

Ibid. Καὶ τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο καλούμενον ἐπιδεικνύμενον] Corrigendus Interpres, sed Graeca prius. Legendum enim καὶ τῶν ἀδιαφόρων δὴ τοῦτο καλουμένων ἐπιδεικνύμενον, *oratione habita probans* (id enim est ἐπιδεικνύμενον) *hoc esse ex eorum numero quae ἀδιάφορα, seu indifferentia apud Philosophos vocitantur.* Quod autem in Mss. Regio legitur ἀδιάφθορον, neminem sanae mentis morari debet. *T.F.*

Καὶ τὸ ἀδιάφορον] An scribendum καὶ τῶν ἀδιαφόρων δὴ τοῦτο καλουμένων ἐπιδεικνύμενον; *F.G.*

Ibid. Τὸ ἀδιάφορον] Cynicum illud ἀδιάφορον ea sententia accipiendum, qua *Sext. Empir.* Pyrrh. I, 152. Καὶ παρ' ἡμῖν μὲ τὸ μοιχεύειν ἀπειρῆσθαι, ὥσπερ δὲ Μασσαγέταις ἀδιαφορίας ἔθει παραδέδοται. Caeterum foedissimum illud ἀναφλᾶν ipsi habitum esse ἀδιάφορον, disertius quam vellem ostendit Dio ille hac parte κοπρόσομος, non *Chrysostomus*, Orat. VI, s. de Tyrannide p. 96. *J.M.G.*

53. Νάρθηκι] *Hieronymus* in Marcellae viduae Epitaphio; *nec mirum si in plateis & in foro rerum venalium fictus ariolus stultorum verberet nates. &c.* sed hoc prorsus diversum. *M. du S.*

54. Νεανικώτερα] Dedi *vehementiora.* Haec saepe verbi vis est, illustrata a Gevartio ad *Statii Sylv.* 1, 4, 51. s. Papin. lectt. I, 32. itemque a *Joh. Andr. Bosio* Diss. ad 2. *Tim.* II, 22. s. νεωτερικὰς ἐπιθυμίας. *J.M.G.*

Ibid. Θαυμαλοποιῶν] Adi *Casaub.* ad Athenaeum & *Theophr.* Id vocat Θαυμασιεργεῖν Xenophon ἐν Συμποσίῳ. *T.F.*

58. Βασιλεῖ, πραότατον] Temporis ratio de *M. Aurelio* ut intelligatur, non sinit, cui haec alioquin optime conveniant; nam octo utique anni intercesserint oportet, cum duas ante hanc Olympiades memoret praeter tempus, quod Romae ab eo actum incertum est. Antoninum ergo Pium designat, in quem etiam optime quadrant. *M. du S.*

59. Πραότατον] Designat imperatorem Marcum. Alii Vespasianum esse volunt. Mihi non placet. *T.F.*

62. Φιλοσοφίαν ὑποδυόμενον] I. e. induentem, suscipientem philosophiam. *F.G.*

63. Τέχνῃ] Cynicorum enim ars erat conviciari. De Phrasi vide Mich. c. 30. Ὀρχ. 9. & 21. *M. du S.*

67. Ἀνοίᾳ] *Astutiam* Interp. pessime, alioqui esset εὐνοίᾳ. *T.F.*

Ibid. Ὁ τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος] *Reipublicae Procurator.* Interpr. sed ridicule. Quippe vertendum fuit, *Praefectus urbis.* Si sub Vespasiano factum hoc intelligas, de Muciano loquitur. Sed mihi secus videtur. *T.F.*

Ibid. Τὴν πόλιν] Romanam rempubl. fortasse. Nam τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος, *urbis praefectus.* *F.G.*

Τὴν πόλιν ἐπιτ.] Quis ille ex Historia, mihi non constat. *M. du S.*

74. Καὶ προσπλαυσε κατὰ τοῦτο τῷ Μουσωνίῳ] *Et tunc temporis profectus est ad Musonium*, &c. Interp. Sed longe a vero abit. Videlicet ignoratio τοῦ προσπλαύσειν homini imposuit. Sic autem intelligendus est locus: κατὰ τοῦτο (scilicet τῆς πόλεως ἐκβληθῆναι, id est, exilium,

bem tali Philoſopho. Verum enim vero hoc ipſum celebriorem reddidit, cum in ore eſſet omnium Philoſophus propter dicendi fiduciam & nimiam libertatem urbe exactus: idque ipſum admovit hominem ad Muſonium, & Dionem, & Epictetum, & ſi quis alius ſimili conditione fuit.

19. *Ita certe in Graeciam cum veniſſet, jam Elienſibus maledicebat: jam ſuadebat Graecis, uti arma contra Romanos caperent: jam virum doctrina pariter & dignitate eminentem, quod praeter caetera hoc beneficium Graeciae praeſtiterat, ut aquam perduceret Olympiam, & prohiberet ne porro ſibi perirent ſpectatores, maledictis inceſſebat, velut qui effeminaret Graecos; cum deceret ſitim ferre ſpectatores Olympiorum, quin, ita me Jupiter, perire multos illorum a morbis vehementibus, qui tum propter regionis ſiccitatem, in*

ωλὴν ἀλλὰ κ᾽ τοῦτο κλεινὸν αὐτῷ, κ᾽ μᾶλλον ῥόματος ἦν ἅπασιν, ὁ φιλόσοφος μᾶλλον τ παῤῥησίαν, κ᾽ τ ἄγαν ἐλευθερίαν ἐξελαθεὶς. κ᾽ προσήλαυνε χ᾽ τοῦτο τῷ Μυσωνίῳ, κ᾽ Δίωνι, κ᾽ Ἐπικτήτῳ, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐν τοιαύτῃ ἐγένετο.

Οὕτω δὴ ὅτε τ Ἑλλάδα ἐλθὼν, ἄρτι μὲ Ἠλείοις ἐλοιδορεῖτο, ἄρτι δὲ τοὺς Ἕλληνας ἔπειθεν ἀντάραι ὅπλα Ῥωμαίοις, ἄρτι δὲ ἄνδρα παιδείᾳ κ᾽ ἀξιώματι πρέποντα, διότι κ᾽ ἐν τοῖς ἄλλοις εὖ ἐποίησε τ Ἑλλάδα, καὶ ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ, κ᾽ ἔπαυσε δίψῃ ἀπολλυμένους τοὺς πανηγυριστὰς, κακῶς ἠγόρευεν ὡς καταθηλύναντα Ἕλληνας, δέον τοὺς θεατὰς τ Ὀλυμπίων ἀφαιμαχλερεῖν διψῶντας, κ᾽ νὴ Δία γε κ᾽ ἀποθνήσκειν πολλοὺς αὐτῶν ὑπὸ σφοδρῶν τ νόσων, αἱ τέως ἀφ᾽ τὸ ξηρὸν τ χω-

a Τοῦτο] Τούτῳ *Schol.* Ταὐτὸ *Guj.* melius.

74. Τούτῳ τῷ Μυσωνίῳ] Κυνικοὶ μὲν ἔτοι, ἢ κ᾽ ἄλλως φιλόσοφοι ἐλέγχειν ἔργον ποιούμενοι. Ἐπίκτητον μὲν οὖν Στοϊκὸν οἶδα, Δίωνα δὲ τ Προυσαέα, ᾧ μὲν Ἐπώνυμον ὁ Χρυσόστομος, ὃς δὲ λόγους ἐκδέδωκε † ἱκανοὺς, σπουδαίους τῷ ὄντι καὶ πολιτικοὺς ὠφελείας μεστούς. *V.*

• Ἐπώνυμον] Hoc recepi ex V. cum *Solano*; nam ἐπώνυμος male Edit. *Cler.* eſt enim ᾧ καὶ ἐπώνυμον, *cui etiam cognomentum erat.* *J. F. R.*

† Ἱκανὸς) Et hoc recepi ex V. pro edito ἱκανῶς. *J. F. R.*

ilium, de quo loquitur) προσήλαυνε τῷ Μυσωνίῳ, &c. *hac re fiebat ut ad gloriam Muſonii* (qui ſub Nerone pulſus in exilium fuerat) *acceſſiſſet aut perveniſſe videretur*, vel, ſi ita mavis, *Hac re adaequabat Muſonios, Dionas*, &c. Ne quis autem dubitandi locus ſit, conſtat ea tempeſtate Muſonium exulem non fuiſſe. Teſtem ſi vis, *Xiphilinum* dabo, qui nominatim Muſonium excipit, Καὶ πάντας αὐτίκα τοὺς φιλοσόφους ὁ Οὐεσπασιανὸς, πλὴν τοῦ Μυσωνίου, ἐκ τ πόλεως ἐξέβαλεν. *T. F.*

Ibid. Κατὰ τοῦτο] Ταὐτὸ ſcribend. videtur, i. e. & eodem tranſibat quo Muſonius, Dio, Epictetusque & ſi quis alius, &c. *eodem*, i. e. in eundem ſtatum veniebat. *F. G.*

Ibid. Μυσωνίῳ] Apollonio Tyaneo hic coætaneus. Vid. infra Νερ. c. 1. & *Philoſtr.* p. 125. cum notis, & 187. *M. du S.* Muſonius Rufus Epicteti praeceptor fuit, de quo multa *Tacit. Arrian. Stob.* *J. J. Weſt.*

75. Δίωνι] Sub Domitiano etiam hic notus, exul, quamvis ſponte exulaſſe dicatur a *Philoſtr.* p. 488. *M. du S.*

Ibid. Ἐπικτήτῳ] Cujus etiamnum ſcripta ſuperſunt. *M. du S.*

77. Ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλθὼν] Poſt iter in Italiam in Graecia quae mox ſequuntur geſta ſunt, VIII. annis ante ultimam illam qua ſe combuſſit Olympiadem, unde conficitur de *Antonino Pio* intelligenda ſuperiora. *M. du S.*

80. Ἄνδρα] Herodem Atticum deſignat. Adi omnino *Philoſtratum* vit. Soph. p. 551. ubi inter alia ejus opera magnifica ait Ἀνέθηκε δὲ κ᾽ τῷ Πυθίῳ τὸ Πυθοῖ στάδιον. κ᾽ τῷ Διὶ τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ ὕδωρ. unde huic loco lux magna affulget. Ex *Aeliano* etiam diſcas, quam gravis Olympiae ſpectantibus fuerit ſol; apud quem herus ſervo cum minari graviſſima vult, ſpectatum ſe Olympiam miſſurum dicit; V. H. XIV. 18. Idem *Philoſtratus* diſertis verbis ait, ἐπηκολούθει δὲ τῷ Ἡρώδῃ κακῶς ἀγορεύων αὐτὸν ἡμιβαρβάρῳ γλώττῃ p. 563. *M. du S.*

Ἄνδρα — παιδείᾳ] Herodes Atticus. Vid. *Philoſtr.* vit. Sophiſt. L. 2. §. 5. p. 551. 13. it. ibid. §. 13. p. 563. Vide notas *Olearii*. *M. V. La Croze.*

82. Ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ] Qui vertunt, *Adduxit aquam in Olympiam*, poterant illi eadem ratione dicere, *venit in Romam, in Athenas ivit.* Delicias & lautitias hominum! *T. F.*

95. Τιτ-

χωρίᾳ, ἐν πολλῷ τῷ πλήθει ἐπεπόλαζον· καὶ ταῦτα ἔλεγε, πίνων τοῦ αὐτοῦ ὕδατος. ὡς δὲ μικροῦ κατέλευσαν αὐτὸν, ὑπορραμόντες ἅπαντες, τότε μὲν ὑπὸ τὸν Δία καταφυγὼν ὁ γενναῖος, εὗρε τὸ μὴ ἀποθανεῖν.

magna multitudine frequentes erant. Et haec dicebat bibens ipse de eadem aqua. Cum vero parum abessent, quin lapidibus illum, concursu omnium facto, obruerent: tum ad Jovem confugiens vir fortis, mortem evitavit.

Ἐς δὲ τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα, λόγον τινὰ διὰ τεττάρων ἐτῶν συνθεὶς τὸν διὰ μέσου, ἐξήνεγκε πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἔπαινον ὑπὲρ τοῦ τὸ ὕδωρ ἐπαγαγόντος, καὶ ἀπολογίαν ὑπὲρ τοῦ τότε φυγῆς. ἤδη δὲ ἀμελούμενος ὑφ' ἁπάντων, καὶ μηκέθ' ὁμοίως θεώμενος ὤν, ἔωλα γὰρ ἦν ἅπαντα, καὶ οὐδὲν ἔτι καινουργεῖν ἐδύναιτο, ἐφ' ὅτῳ ἐκπλήξει τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ θαυμάζειν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν ποιήσει, ὅθεν ἐξαρχῆς δρυμύν τινα ἔρωτα ἐρῶν ἐτύγχανε, τὸ τελευταῖον τοῦτο τόλμημα ἐβουλεύσατο περὶ τὴν πυρᾶν, καὶ διέδωκε λόγον ἐς τοὺς Ἕλληνας εὐθὺς ἀπ' Ὀλυμπίων τὸν ἔμπροσθεν, ὡς ἐς τὸ πῦρ καύσων ἑαυτόν.

20. *Olympiade proxima, orationem quatuor interjectis annis a se compositam ad Graecos attulit, laudem ejus qui aquam perduxit, & fugae superioris excusationem. Sed cum jam negligeretur ab omnibus, nec amplius ita conspicuus esset; obsoleta quippe erant omnia, nec novum quidquam poterat proferre, quo percelleret audientes, atque admirandum se conspiciendumque praeberet, cujus rei ab initio inde vehementer cupidus fuerat: ultimum hoc de rogo facinus meditari coepit: sparsitque famam inter Graecos a superioribus statim Olympiis, se futuro tempore se crematurum.*

Καὶ νῦν αὐτὰ ταῦτα θαυματοποιεῖ, ὥς φασι, βόθρον ὀρύττων, καὶ ξύλα συγκομίζων, καὶ δεινήν τινα καρτερίαν ὑπαγορεύων. ἐχρῆν δὲ, οἶμαι, μάλιστα μὲν περιμένειν τὸν θάνατον, καὶ μὴ δραπετεύειν ἐκ τοῦ βίου. εἰ δὲ καὶ πάντως διέγνωστό οἱ ἀπαλλάττεσθαι,

21. *Et nunc eadem portenta agitat, fodienda, ut ajunt, fossa, comportandis lignis, & mirifica quadam fortitudine pollicenda. Oportebat autem, arbitror, primum quidem expectare mortem, non aufugere de vita: Sin vero omnino mori illi decretum sit, non ignavi,*

a Τοῦ τὸ] Divisimus monente *Fabro*, & *Guj.* Τοῦτο Edd. priores male. b Ὑπαγορεύων] Ἐπιδεικνύμενος *Tan. Fab.* Nihil mut. Edd.

95. Τεττάρων ἐτῶν] Bene, neque enim plurium annorum est Olympias. Inde illud Agidis dictum de Eleis apud *Plutarchum* in apoph. τί δὲ ποιοῦσι θαυμαστὸν, εἰ δι' ἐτῶν τεττάρων μιᾷ ἡμέρᾳ, &c. Alibi autem hoc ipsum dictum referens, καὶ τί μέγα, inquit, ἢ θαυμαστὸν ποιοῦσιν, εἰ οὐ ἔτεσι πέντε μιᾷ μόνον ἡμέρᾳ δικαιοσύνῃ χρῶνται; ita & *Pindarus* Olympia vocavit πενταετῆρα ἑορτὴν, quae tu facile conciliabis, si *Scaligerum* in opere magno legeris. Ceterum qui Olympiadem & lustrum confundunt, peccant. *T.F.*

97. Τοῦτο ὕδωρ ἐπαγαγόντος] Leg. τῷ τὸ ὕδωρ, &c. *T.F.*

Τοῦτο ὕδωρ] Lege τῷ, τὸ. *F.G.*

Τῷ τὸ] Emendationem *T. Fabri* secuti sumus. In Impressis omnibus τοῦτο antea erat. *M. du S.*

12. Δεινήν τινα καρτερίαν ὑπαγορεύων] Legendum est, ἐπιδεικνύμενος, quod probari non est necesse. *T.F.*

Ibid. Ὑπαγορεύων] Hic quidem *T. Fabro* obsecuti non sumus, quia ratio mutationis etsi aliqua sit, non est tamen necessaria. Ferri enim vulgata potest, cum nondum in rem ipsam ventum sit. Si autem omnia sic levibus de causis apud veteres scriptores ex ingenio mutentur, quid tandem reliqui erit, quod ab iis vere profectum sit? *M. du S.*

22. Φιλοκτήτου] Res ex fabulis nota est. *T.F.*

24. Μόνων οὐκ ἐπὶ σκηνῆς ὀπτήσει ἑαυτὸν] *Solum non in tabernaculo torrebit seipsum.* Interp. Sed vertendum fuit, *Quodammodo se* (vel *fere se*) *in theatro cremabit.* Arguit φιλοδοξίαν ventosi hominis, qui frequentem adeo panegyrin elegerat, in qua finem vitae imponeret. Cur non in solitudine potius, & in remoto aliquo saltu, ut infra dicet Lucianus? Quid enim aliud facit Peregrinus, quam qui theatrum conscendit ut ab omnibus videatur? *T.F.*

28. Καὶ κατὰ τοῦτο] *Hoc modo.* Interp. nescit quid sit. Gallice diceres, *& en cette qualité il devoit être brû-*

uti, neque tragico illo apparatu, ſed alio mortis genere, cum ſexcenta ſint, delecto, diſcedere. Si vero ignem etiam ut Herculeum quiddam amat, quid tandem non ſilentio eligens ſilvoſum montem, in illo ſe cremat ſolus, uno quodam Philoctete, verbi cauſſa hoc Theagene, aſſumto? At ille Olympiae, plena celebritate, tantum non in ſcena ſe aſſabit, non indignus Mehercule! ſiquidem patricidas atque atheos poenas dare facinorum fas eſt, & hoc quidem reſpectu tarde ſane illud facere videtur, quem olim oportebat Phalaridis tauro incluſum digna dediſſe ſupplicia, non ſemel hauſta ore flamma, momento uno mori. Nam rurſus hoc quoque multi mihi dicunt, non eſſe aliud celerius igni genus mortis. Licet enim os aperire, & ſtatim mori.

μὴ πυρὶ, μηδὲ τοῖς ἀπὸ τ̃ τραγῳδίας τούτοις χρῆσθ, ἀλλ' ἑτερόν τινα θανάτου τρόπον, μυρίων ὄντων, ἑλόμενον ἀπελθεῖν. εἰ δὲ κ̀ τὸ πῦρ ὡς Ἡράκλειόν τι ἀσπάζεται, τί δήποτε οὐχὶ κ̀τ' σιγὴν ἑλόμενος ὄρος εὔδενδρον, ἐν ἐκείνῳ ἑαυτὸν ἐνέπρησε μόνος, ἕνα τινὰ οἷον Θεαγένη τοῦτον, Φιλοκτήτῃ πλησιάσας; ὁ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ, τ̃ πανηγύρεως πληθούσης, μόνον οὐκ ἐπὶ σκηνῆς ὀπτήσῃ ἑαυτὸν, οὐκ ἀνάξιος ὤν, μὰ τ̃ Ἡρακλέα, εἴγε χρὴ κ̀ τοὺς πατραλοίας, κ̀ τοὺς ἀθέους, δίκας διδόναι τ̃ τολμημάτων· κ̀ κ̀τ' τοῦτο πάνυ ὀψὲ δρᾶν αὐτὸ ἔοικεν, ὃν ἐχρῆν πάλαι ἐς τ̃ τοῦ Φαλάριδος ταῦρον ἐμπεσόντα τ̃ ἀξίαν ἐποτετικέναι, ἀλλὰ μὴ ἅπαξ [c] χανόντα πρὸς τ̃ φλόγα, ἐν ἀκαρεῖ τεθνάναι. κ̀ γ' αὖ κ̀ τόδε οἱ πολλοί μοι λέγουσιν, ὡς ὑδεῖς [d] ὀξύτερον ἄλλον θανάτου τρόπον τοῦ πυρός· ἀνοῖξαι γ' δεῖ μόνον τὸ στόμα, κ̀ αὐτίκα τεθνάναι.

22. *Verum ideo, puto, hoc excogitat ſpectaculum, quaſi magnificum ſit homo in loco ſacro combuſtus, ubi neque ſepelire alios mortuos per religionem licet. Sed noſtis, puto, etiam olim aliquem, qui nobilis cuperet fieri,*

Τὸ μὴν τοιοῦτον θέαμα ὑπονοεῖται, οἶμαι, ὡς σεμνὸν, ἐν ἱερῷ χωρίῳ καιόμενον ἄνθρωπον, ἔνθα μηδὲ θάπτειν ὅσιον τοὺς ἄλλους ἐποθνήσκοντας. ἀκούετε δὲ, οἶμαι, ὡς κ̀ πάλαι θέλων τις ἔνδοξος γενέσθ, ἐπεὶ κατ' ἄλλον

[c] Χανόντα] Al. χανόντα *Coll.* Nihil mut. *Fl.* [d] Ὀξύτερον] Sic Edd. Forſ. ὠκύτερον, adſcripſit *Solan.*

31. Ἅπαξ χανόντα] Γραι. χανόντα. *G.*

brulé il y a long tems. Senſus eſt; Cremari debuiſſe Peregrinum non ſponte & ultro in flammas inſilientem, falſa quadam Philoſophicæ mortis imitatione, ſed unco trahi in ignem, ut impium in Deos & in parentem. *T.F.*

31. Χανόντα] *Hom.* Odyſſ. M. 350. *M. du S.*

34. Ὀξύτερον] Corruptam vocem opinor; forſan ſcripſerit ταχύτερον, vide Δραπ. c. 22. Nam ὀξέως quidem uſurpant *de Tempore*, ὀξὺς vero raro aut nunquam probi ſcriptores. Vide tamen Νιρ. c. 5. ſed & quid ὀξεῖα ἡδονὴ ſibi velit Ἐρωτ. c. 25. memento. *M. du S.*

Ὀξύτερον] Non opus erit ὠκύτερον emendare; quandoquidem ὀξὺς celeritatem ſaepiſſime notare novimus omnes. *Hippocr.* Aphor. I. 1. ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς. Noſter *Amor.* c. 25. ὀξεῖα γὰρ ἡδονὴ παραπτᾶσα φθάνει πρὶν ἢ γνωσθῆναι, παραυμένη. Ne plura, in re, cujus exempla ὅσα κόρις nobis obvia. At forſan quia & dolor ὀξὺς *acutus* Graecis dicitur, i.e. *vehemens*, ideo ὠκὺς hic praetulerit aliquis, ut ambiguum vitetur. Sed nihil opus eſt, quum ſeqq. ſatis declarent de celeritate ſermonem eſſe. *J.F.R.*

39. Ἔνθα μηδὲ θάπτειν ὅσιον] Itidem olim apud Delum factum accepimus. *Thucydides* lib. III. *T.F.*

Ἔνθα μηδὲ θάπτειν] Duo hic ſedulo obſervanda; agrum Olympicum ſacrum fuiſſe; vid. *Pauſan.* 202, 5. ubi nominatim ibi locus quidam ἱερὸς dicitur; 2. non licuiſſe illic quemquam ſepelire, *Clem. Alexandrinus* p. 18. C. pluribus oſtendit multa templa ſepulchra fuiſſe virorum inſignium. *M. du S.*

40. Πάλαι] Hiſtoria nota; tempus etiam notum; eo enim ipſo die, quo Alexander Magnus natus eſt, conflagraſſe hoc orbis miraculum traditur. *M. du S.*

41. Τις ἔνδοξος γενέσθ] Heroſtratum innuit, cujus nomen oblivione fuiſſet obrutum, niſi Theopompus

λον τρόπον οὐκ εἶχεν ὁπιτυχεῖν τούτου, ἐνέπρησε τὴν Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος τὸν νεών. τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸς ἐπινοεῖ, τοσοῦτος ἔρως ἢ δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ.

Καίτοι, φησὶν, ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων αὐτὸ δρᾷ, ὡς διδάξειεν αὐτοὺς θανάτου καταφρονεῖν, καὶ ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς. ἐγὼ δὲ ἡδέως ἂν ἐροίμην οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ὑμᾶς, εἰ καὶ τοὺς κακούργους βούλοισθε ἂν μαθητὰς αὐτοῦ γενέσθαι τῆς καρτερίας ταύτης, καὶ καταφρονεῖν θανάτου, καὶ [a] καύσεως, καὶ τῶν τοιούτων δεινῶν. ἀλλ' οὐκ ἂν εὖ οἶδ' ὅτι βουληθείητε. πῶς οὖν ὁ Πρωτεὺς τοῦτο διακρίνει, καὶ τοὺς μὲν χρηστοὺς ὠφελήσῃ, τοὺς δὲ πονηροὺς δὲ φιλοκινδυνοτέρους καὶ τολμηροτέρους ἀποφανεῖ;

Καίτοι δυνατὸν ἔστω ἐς τοῦτο μόνους ἀπαντήσεσθαι τοὺς πρὸς τὸ ὠφέλιμον ὀλομόνους τὸ πρᾶγμα· ὑμᾶς δ' ἂν αὖθις ἐρήσομαι, [b] δέξαισθ' ἂν ὑμῶν τοὺς παῖδας ζηλοῦν τρόπον τινὰ τὸν Ἡροστράτου; ἐκεῖνος γὰρ ἐπιθυμήσας ἀθανασίας ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἐπεὶ ἄλλως οὐκ εἶχεν ὅπως τοῦτο πράξειεν, ἐνέπρησε τὸν νεὼν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος. τοιοῦτόν τι καὶ οὗτος ἐπινοεῖ· τοσοῦτος ἔρως ἢ δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ.

cum aliam ejus rei consequendae rationem non haberet, Ephesiae Dianae aedem incendisse. Tale quid & iste excogitat: tantus illi famae amor insedit.

23. *Quamquam dicit, se hominum gratia hoc facere, ut mortem contemnere illos doceat, & terribilia sustinere. Ego vero lubens interrogaverim non illum, sed vos,* Num maleficos etiam velitis imitatores illius fortitudinis fieri, & mortis contemnendae, & vivicomburii, & terrorum similium? *Verum non vos, bene novi, hoc velitis. Quomodo ergo discernit illud Proteus, ut bonos juvet, malos non amantiores periculorum & audaciores faciat?*

24. *Quamquam ponamus fieri posse, huc ut soli veniant, qui cum publica utilitate rem visuri sint. At ego vos rursus interrogabo,* Velitisne vestros liberos imitatores hujusmodi

a Καύσεως] Receptum ex Mſ. RG. κακώσεως Edd. recta, & nova quasi periodo. Εὔξαισθε *Kusterus.*

b Δέξαισθ'] Ita recte B2. Δέξασθ' cett. oratione directa, & nova quasi periodo. Εὔξαισθε *Kusterus.*

in historias suas illud retulisset. *Strabo. Plin. Agell. T.F.*

44. Τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ] *Adeo inexpiabili amore gloriae tenebatur.* Interpolator pessime. Retulit enim ad Herostratum, quod de Peregrino dixerat Lucianus. Dein, quod *inexpiabili amore* dixit, fugit illum ratio; debuit enim *inexplebili* dicere. Verum imperitis lexicographis credidit, & interpretem corrupit. Verte: *Tantus ei gloriae amor inest.* Loquitur enim ille anonymus de Peregrino etiamnum vivente. *T.F.*

51. Καὶ καταφρονεῖν θανάτου & κακώσεως] Interpolator. *Et mortis contemptum & aerumnam, & id genus metus non horrere disceretis*; plane contra mentem scriptoris; neque enim istæc ad patres & dominos sunt referenda, verum ad liberos & servulos eorum qui ibi aderant. Sententia est: *Vos ego, Viri Graeci, lubens perconter, non παμμίαρον illum Peregrinum, velitisne scelerato homines, qui usquam sint, hujuscemodi praeceptori tradi? Ah! Cavete istuc dicatis; ita enim fieret, ut in jugulum vestrum involarent, nullo metu impendentis mortis à tanto scelere deterriti. Quid autem? an & ii, qui in hoc coetu patres sunt, liberos suos in disciplinam vellent tradere hujuscemodi magistro?* &c. Ceterum interpolator depravavit interpretem. *Numquid etiam*, ait, *maleficos & facinorosos, ejus discipulos fieri cupiatis in ejusmodi tolerantia perdiscenda & morte contemnenda?* Paene omiseram legi in MS. R. κακύσεως, non κακώσεως, quod in primis observandum. *T.F.*

52. Καύσεως] Ita Mſ. R.G. quod arripio, quia nullibi κάκωσιν, quae vox in omnibus Impressis erat, eo sensu a probatis scriptoribus adhibitam reperio. *M. du S.*

Καύσεως] Etsi κακώσεως per se commodum sensum exhibere videtur; tamen quia sic supervacuum fere foret τῶν δεινῶν addere; meliorem lectionem inventam recipere non haesitavi. *J.F.R.*

60. Τὸ πρᾶγμα] Τὴν καῦσιν. *F.G.*

61. Δέξασθ'] An δέξαισθ'; placet. *F.G.*

Δέξαισθ' ἄν] Εὔξαισθ' ἄν. *Kust.* Nihil emendatione opus est, quam hic offert Vir Doctissimus. Hoc tantum a me hic praestitum, quod cum in plerisque Impressis legeretur δέξασθ'. Ego B2. sequutus δέξαισθε restitui, quod elegantius visum est. *M. du S.*

Δέξασθ' ἄν] In mentem veniebat aliquando emendare hunc locum, & legere εὔξαισθ' s. εὔξαισθε. Blandiebatur maxima similitudo, quae inter compendia literarum δε & ευ in Mſſ. intercedit. Sed cum δέχεσθαι verbum eo intellectu saepius occurrat, qui commode ad hunc locum accidit, quod in vulgaribus quoque Lexicis adnotatum, & exemplis probatum est; retineamus primam syllabam; sed in altera diphthongum admittamus optativi indicem δέξαισθε, ut modo βούλοισθε. *J.M.G.*

67. Παρὰ

modi actionis fieri? *Non sane dixeritis. Et quid sic interrogavi, cum neque discipulorum ipsius quisquam hoc imitaturus sit? Ac Theagenem istum merito quis accuset, quod caetera viri imitatus, non sequitur hac parte magistrum, & ad Herculem, ut ait, abeunti se adjungit comitem; cum possit brevi tempore beatus undique fieri, modo praeceps in ignem se dejiciat. Neque enim in pera & baculo, & pallio aemulatio inest; secura ista, facilia, & uniuscujusque fuerint. At finem & caput aemulari oportet, & rogo e ficulneis codicibus quantum potest viridibus composito, suffocandum se fumo praebere. Nam ignis ipse non Herculis modo est & Aesculapii, sed sacrilegorum etiam & homicidarum, quos videre licet judicio damnatos istuc pati. Quare fumo melius est: proprium enim vestrum fuerit.*

25. *Alioquin ipse Hercules, siquidem tale*

λωτὰς τῶ τοιύτω γενέσθ; οὐκ ἂν εἴποιλεγ τί τῦτο ἠρόμην, ὅπω μηδ' αὐτῷ τις τ̃ μαθητῶν αὐτῦ ζηλώσειεν ἄν; τ̃ ὢν Θεαγένη τῦτο μάλιστα αἰτιάσαιλο ἄν τις, ὅτι τἄλλα ζηλῶν τἀνδρὸς, ἐχ ἕπεται τῷ διδασκάλῳ, χ̀ συνοδεύει ωδὶ τ̃ Ἡρακλέα, ὥς φησιν, ἀπιόντι, δυνάμενος ἐν βραχεῖ ωανευδαίμων γενέσθ, c συμπεσὼν ὅπ κεφαλῆς ἐς τὸ ωῦρ. ὁ γῶ ἐν ωήρᾳ, χ̀ βακλῳ, χ̀ τρίβωνι ὁ ζηλος, ἀλλὰ ταῦτα μὲ ἀσφαλῆ χ̀ ῥᾴδια, χ̀ ωαντὸς ἂν εἴη· τὸ τέλος δὲ, χ̀ τὸ κεφάλαιον χρὴ ζηλῶν, χ̀ ωυρὰν συνθέντα κορμῶν d συκίνων, ὡς ἔνι μάλιστα χλωρῶν, ἐναποπνιγῆναι τῷ καπνῷ. τὸ ωῦρ γῶ αὐτὸ ὁ μόνον Ἡρακλέους, χ̀ Ἀσκληπιῦ, ἀλλὰ χ̀ τ̃ ἱεροσύλων, χ̀ ἀνδροφόνων, ὃς ὁρᾶν ἔξιν ἐκ καλαδίκης αὐτὸ ωάσχοντας. ὥστε ἄμεινον τὸ ἀφ' τῦ καπνῦ· ἴδιον γῶ χ̀ e ὑμῶν μόνων ἂν γένοιλο.

Ἄλλως τε ὁ μὲ Ἡρακλῆς, εἴωρ ἄρα χ̀ ἐτόλ-

c Συμπεσὼν] Καὶ συμπεσὼν Edd. Abest χ̀ a Mſ. RG. quod hoc duce delevit *Solan.* d Συκίνων] Bene sic B1. & 2. Σικύνων perverse cett. e Ὑμῶν] Ἡμῶν male *J.* Forsan κωῶν, adscriptum ejus margini.

67. Παρὰ τ̃ Ἡρακλέα, ὥς φησιν, ἀπιόντι] In tribus verbulis bis peccat interpolator: *Ad Herculem, ut ajunt, profecto.* Pessime. Vertendum enim fuit, *ut ipse ait, proficiscenti. Ipse*, inquam, non, *illi ajunt.* Praeterea *proficiscenti*, non *profecto*; quippe ea narrat quae nondum evenerant. Neque enim quisquam est omnium, qui istuc ἀπιόντι ad significationem elapsi temporis hoc loco traduci postulet. Ceterum & ratio & MS. Regii auctoritas me admonent, ut ex his verbis ωανευδαίμων ἐ συμπεσὼν ἐπὶ κεφαλῆς, ejiciam istud καὶ, & emendem versionem, *posset brevi* felicissimus evadere, se in ignem cum ipso praecipitem mittens. *T. F.*

69. Συμπεσὼν] Dele χ̀, ante συμπεσών.) *M. du S.*

74. Σικύνων] Corrige συκίνων. *F. G.*

Συκίνων] Corrupte antea legebatur σικύνων, non in uno aut altero, sed in omnibus, excepta sola B2. Ἀλεξ. c. 47. & translate Ἀπαιδ. c. 6. Apud *Aristophanem* Vesp. 146... p. 291, 1. δημύτατος καπνὸς dicitur. *M. du S.*

80. Ἴδιον γὰς ὑμῶν μόνων ἂν γένοιλο] Locus est corruptissimus. Quid enim? Dicit hoc loco rhetor anonymus astantes omnes dignos esse qui fumo pereant. ridiculum. itaque adeo miror reperiri potuisse & interpretes & lectores, quibus haec placerent. Legendum est non ὑμῶν, sed κωῶν, id est κωικῶν φιλοσόφων. Lucianus Philosophos Cynicos, in quibus est Peregrinus, dignos deputat qui fumo pereant. κύνες enim passim sunt κωικοί. Sed, (ut semper doctus est Lucianus, &, quod de illo ait *Eunapius Sardianus*, ἀνὴρ σπεδιῶ εἰς τὸ γελασθῆναι,) hoc loco facetissime dicit Cynicos dignos esse qui ἀφ' καπνοῦ pereant; videlicet Attici τοὺς ἀλαζόνας ἐ ἐδαιμονιοὺς, quales hic describuntur Cynici, καπνοὺς vocabant. Id docebit Scholiastes *Aristophanis* ad Σφῆκας, & *Suidas* in καπνὸς, inde *Æschines* cognomento Capnus. Vide, si te amas, *Aristophanem*. *T. F.*

Ibid. Ὑμῶν μόνων] An fumivendulos Cynicos esse significat? Videtur autem scribendum ἴδιον γῶ ἐ κωῶν μόνον ἂν γ. *F. G.*

Καὶ κωῶν] *T. Fabri* emendationem in textum recepimus; quamvis in omnibus libris nostris ὑμῶν aut ἡμῶν, pro κωῶν extet. *M. du S.*

Ὑμῶν μόνον] Quod κωῶν legi vult *Faber*, audirem, si relatio quaedam esset inter fumum, & Canes vel proprie dictos, vel metaphoricos s. philosophos Cynicos. Quidni per apostrophen quandam hic dirigatur sermo ad Theagenem & Protea? Caeterum forte ad hunc locum aliquid facit, quod de Theagene aliquo habet *Suidas*, ἐκαλεῖτο δὲ καπνὸς, ὅτι πολλὰ ὑπιγρού ἐδει ἐτέλει. Quod si hic *Suidae* Theagenes antiquior fuit Lucianico, ratio foret in promtu, cur ei suadeatur, ut fumo se potius quam igne interimat. *J. M. G.*

ἐτόλμησέ τι τοιοῦτον, ὑπὸ νόσου αὐτὸ ἔδρασεν, ὑπὸ τοῦ Κενταυρίου αἵματος, ὥς φησιν ἡ τραγῳδία, καλεσθιόμενος. ὅτου δὲ, τίνος αἰτίας ἕνεκεν ἐμβάλλει φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ; νὴ Δί', ὅπως τὴν καρτερίαν ἐπιδείξηται, καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες. ἐκείνοις γὰρ [a] αὐτὸν ἠξίου Θεαγένης εἰκάζειν, ὡσπερ οὐκ ἐνόν τι καὶ ἐν Ἰνδοῖς εἶναί τινας μωρὸς καὶ κενοδόξους ἀνθρώπους. ὅμως δ' ἂν καὶ ἐκείνους μιμείσθω. ἐκεῖνοι γοῦν οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης, ἰδὼν Κάλανον καόμενόν, φησιν, ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι, πλησίον προστάν-

quiddam ausus est, a morbo impulsus fecit, cum a Centauri sanguine, ut ait tragoedia, exederetur. At hic cujus rei caussa in ignem se conjicit? Per Jovem! ut patientiam suam ostendat, sicuti Brachmanes: illis comparandum Theagenes judicavit, quasi non possent in India etiam esse stulti quidam & inanis gloriae cupidi homines. Attamen vel hosce aemuletur. Illi enim non insiliunt in ignem, ut Onesicritus narrat Alexandri gubernator, qui ardentem vidit Calanum, sed rogo exstructo prope adstantes immoti ustulari se patiuntur: tum

[a] Αὐτὸν] Ex emend. *Fabri* & *Guj.* Ἑαυτὸν Edd. priores.

83. Κενταυρίου αἵματος] Intelligit cruorem Nessi Centauri. *T. F.*

85. Ἐμβάλλει φέρων] De hac locutione confer quae dixi ad T. I. *Merced. Cond.* c. 24. Vel potius, (quod illic nondum resciveram) *Hemsterh.* ad *Dial. Mort.* VI. §. 3. p. 349. *J. F. R.*

87. Καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες — Κάλανον καόμενον] *Cic.* Tusc. D. V. c. 27. *Quae barbaria India vastior aut agrestior? In ea tamen gente primum ei, qui sapientes habebantur, nudi aetatem agunt, & Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore; cumque ad flammam se adplicaverunt, sine gemitu aduruntur.* Consule ibi *Davis.* p. 360. qui & *Valer. Max.* III. 3. 6. Ext. Et Luciani hunc locum, item *de Fugit.* c. 6. ac *Plutarch.* T. 2. p. 499. cum *Philone* p. 680. aliosque similia confirmantes adducit. *J. F. R.*

87. Βραχμᾶνες] De Calano vide quid *Cicero* scripserit Tusc. II. 21. & Cl. *Davisii* not. & de Brachmanis c. 27. Adde & Δραπ. c. 7. Magi autem, ut id obiter moneam, cum Brachmanis minime sentiebant. Vid. *Jambl.* No. 154. & *Diog. Laërt.* 2. D. *M. du S.*

88. Ἐκείνοις γὰρ ἑαυτὸν ἠξίου Θεαγένης εἰκάζειν] Falsum est. Neque enim se Theagenes cum Hercule & Æsculapio comparavit, sed Peregrinum, quod ex superioribus patet. Emenda ἐκείνοις γὰρ αὐτόν. Interpolator non viderat, interpretemque corruperat, a quo hic locus ita fuerat conversus, *illis enim praeceptorem suum assimilare contendit.* *T. F.*

Ibid. Ἑαυτὸν ἠξίου] Αὐτὸν scribendum videtur, i. e. *Peregrinum.* *F. G.*

92. Ὀνησίκριτος] Is est quem in hac narratione sequutus est *Plutarchus* & *Strabo* in XV. Quae enim ab illo in vita Alexandri de Calano Indo scripta fuere, his plane ἀδελφὰ sunt. Erit itaque operae pretium locum ipsum apponere. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, καλαχλιβεὶς, καὶ συγκαλυψάμενος, οὐκ ἐκινήθη τοῦ πυρὸς πλησιάσαντος, ἀλλ' ἐν ᾧ καλεκλίθη σχήματι, τοῦτο διατηρῶν, &c. Id est, *Ita cum esset loquutus, decubuit, seque operuit, neque, appropinquante igne, sese movit, sed eum servans habitum quo decubuerat*, &c. quem *Plutarchi* locum si quis diligenter considerabit, facile ei fuerit intelligere, quid sibi hoc Luciani velit, κατὰ σχῆμα κεῖνται, quod ignoravit Interpolator, cum scripsit, *deinde ordine dignitatis ingressi uruntur.* At non ita vertendum fuerat, sed, *cremantur immoti & corporis habitu servato*; quod *Plutarch.* dixit de Calano, ἐν ᾧ καλεκλίθη σχήματι, τοῦτο διατηρῶν. Sed ne quis dubitet, adscribam Luciani ipsius locum ex libello sequenti, ubi de his ipsis Brachmanibus agit, ἀκούω δὲ, inquit, (c. 7.) τά τε ἄλλα περὶ αὐτῶν, καὶ ὅτι ἐπὶ πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες, ἀνέχονται καιόμενοι, οὐδὲν τοῦ σχήματος ἢ τῆς καθέδρας ἐκτρέποντες. *T. F.*

Ibid. Ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης ἰδὼν Κάλανον καόμενον φησιν] Egregias hic agnosce interpretationes. Opsopœus: *veluti Onesicritus classis Alexandrinae gubernator ait, cum Indum ardentem, sicut fama est, conspexisset.* Benedictus: *at Onesicritus Alexandri gubernator, cum Calanum, ut ajunt, conflagrantem vidisset.* Vidit ergo *Benedictus*, Opsopœum largiorem esse, quam patiuntur Graeca, & verbum φησὶν notare non nisi alterutrum posse, vel *ait*, vel *sicut fama est.* Quid decrevit ergo is ipse? nempe accepit pro *ut ajunt*, pravo sane judicio. Non enim magis ajunt Calanum conflagrasse, quam Onesicritum id vidisse. Sed & vide, unde comparativa loquutio pendeat. Scribit Benedictus: *Illi enim non insiliunt in ignem ut Onesicritus Alexandri gubernator*, quasi vero & Onesicritus insiluisset. Quin immo Lucianus Onesicritum unum auctorem hujus historiae citat, & ideo non potest imperfecta multitudinis ac rumoris citatio locum habere, & plane sufficere debet, si vertas, *ut Onesicritus Alexandri gubernator viso Calano ardente refert.* Maxime miror *Benedicti* istam versionem placuisse *Tan. Fabro*, tam minute singula haec quondam recognoscenti. *J. G.*

93. Φησὶν] Hanc vocem vir Doctissimus dum oscitans

tum conſcenſo rogo, ſervato eodem habitu cre-
mantur, ne paullum quidem immutantes de ſuo decubitu. Iſte vero, quid magnum, ſi injectus ſtatim moriatur, ubi correptus ab igne fuerit? Nec illud non licet ſperare, futurum, ut reſiliat vel ſemiuſtulatus, niſi illud machinetur, quod facere illum ajunt, ut profundus fiat atque in foſſa rogus.

26. Sunt autem qui dicant, illum mutare velle ſententiam, & ſomnia enarrare quaedam, quaſi non ſinat Jupiter locum ſacrum pollui. Sed bono poteſt eſſe animo ad hoc quidem quod attinet. Ego enim ſacramentum dare paratus ſum, Deorum indignaturum eſſe

95 τες ἀκίνητοι, ἀνέχον᾽ παροπτώμενοι, εἶτ᾽ ἐπιβάντες χῦ᾽ χῆμα, καίονται, ὐδ᾽ ὅσον ὀλίγον [b] ἐκτρέψαντες τ᾽ καλακλίσεως. οὗτ@ δὲ τί μέγα, εἰ ἐμπεσὼν τεθνήξε᾽ συναρπαθεὶς ὑπὸ τ῀ πυρός; οὐκ ἀπ᾽ ἐλπί-
1 δ@ [c] μὴ ἀναπηδήσεᾳ αὐτὸν, καὶ ἡμίφλεκτον, εἰ μὴ ὅπ῀ φασὶ, μηχανήσε᾽ βαθεῖαν γενέᾳ καὶ ἐν βόθρῳ τ῀ πυράν.

Εἰσί δ᾽ οἱ καὶ μεταβάλλεθαί φασιν αὐτὸν,
5 καί τινα ὀνείρατα διηγεῖᾳ, ὡς τ῀ Διὸς οὐκ ἐῶντ@ μιαίνειν ἱερὸν χωρίον. ἀλλὰ θαῤῥείτω τ῀τ῀ γε ἕνεκα. ἐγὼ γ᾽ διομοσαίμην ἄν, ἢ μὴν μηδένα τ῀ θεῶν ἀγανακτήσειν, εἰ Πε-

ge-

b Ἐκτρίψαντες] Ex emend. *Fabri.* Ἐντρίψαντες Edd. c Μὴ ἀναπηδήσ.] Nihil mut. Edd. Mſſ. aut Gron.

tans legere omittit, mortis genus Oneſicriti doceri hic affirmat not. ad *Diog. Laërt.* p. 151. B. *M. du S.*

94. Ἐπειδὰν πήσωσι] Ἐπειδὰν πυρὰν πήσωσι ut ſupra legend. videtur. τὸ πήσωσι ſolitarium non placet. *F.G.*

95. Εἶτ᾽ ἐπιβάντες κατὰ χῆμα, καίονται] Aliena videntur & inſititia, ut ex praecedentibus & ſeqq. videre eſt. *F.G.*

97. Ἐντρίψαντες] Ex iis quæ modo attulimus legendum ἐκτρέψαντες. *T.F.*

Ἐντρέψαντες] I. e. immutantes. An ἐκτρέψαντες legendum. Infra *Fugitiv.* c. 7. de iisdem: ὐδὲν τ῀ χήματ@, ἢ τ᾽ καθέδρας ἐκτρέποντες. Vide locum. *F.G.*

Ἐντρέψαντες] Ego cum *Tan. Fabro* malim ἐκτρέψαντες, ut Δραπ. c. 7. in omnibus recte ſcribitur. *M. du S.*

Ἐκτρέψαντες] Ita quoque correctum inveni in marg. *B*1. Sed & firmatur emendatio, quod Dial. ſeq. *Fugit.* c. 7. ὐδὲν τ῀ χήματ@ ἐκτρέποντες, conſtanter legitur. *J. F. R.*

Ibid. Οὗτ@ δὲ τί μέγα] Locus mire depravatus videtur. An ſic reſcribendus? Οὗτ@ δὲ τί μέγα ποιεῖ; εἰ ἐμπεσὼν ὐ τεθνήξεται, συναρπαθεὶς ὑπὸ τ῀ πυρὸς· οὐκ ἀπ᾽ ἐλπίδ@ ὧν ἀναπηδήσεᾳ αὐτὸς ☪ ἡμίφλεκτ@. *F.G.*

98. Τί μέγα] Commate adpoſito ſenſum adjuvi, ut intelligatur, *quid magni* ſcil. *eſt*, veluti τί θαῦμα; *quid mirum?* Tumque non opus erit cum *Guj.* ποιεῖ infercire. Sed nec in reliqua ejus emendatione adquieſco; nec *Gronovianum* μεταναπηδήσεᾳ ſatisfacit, niſi auctoritate verbum firmetur. Tamen verum eſt, *ſpem exſiliendi* requiri, & negationem abundare; niſi μὴ hic valeat *numquid*, ut in interrogandi formulis ſolet, vel pro *quin* valere poſſit, i. e. *non deſperabat quin exſilire poſſit.* Quod pluribus indagare temporis anguſtia prohibet. *J. F. R.*

99. Οὐκ ἀπ᾽ ἐλπίδ@ μὴ ἀναπηδήσεᾳ αὐτὸν ☪ ἡμίφλεκτον] *Non a ſpe non reſiliturum ipſum & ſemiuſtum.* Interpol. Hoc quid ſit, intelligere arbitror hominem natum neminem. Interpretandum fuerat, *cum extra ſpem non ſit, quin ſemiuſtus quoque* (aut, *quin vel ſemiuſtus*) *ex igne ſit reſiliturus.* Mihi tamen Græca oratio magis facta magisque elegans videretur, ſi legeres μὴ οὐκ ἀναπηδήσεᾳ. *T.F.*

Οὐκ ἀπ᾽ ἐλπίδ@ μὴ ἀναπηδήσεᾳ αὐτὸν] Certe *Benedictus*, etſi in priorum ſententia aberrarit, in poſterioribus voces, prout ſunt, expreſſit, quod *Tan. Faber* prorſus non facit, cujus verſio plane par foret Græcis ita conceptis οὐκ ἀπ᾽ ἐλπίδος ἀναπηδήσεσθαι αὐτὸν, cum extra ſpem non ſit, quin ex igne ſit reſiliturus. Nedum ut admitti poſſit, quod tentat, gemina negatio ante verbum ἀναπηδήσαᾳ. Sed ut habeas expedita omnia, apparet errorem ſcripturæ corrigendum eſſe, & pro μὴ ἀναπηδήσεᾳ, reponendum μεταναπηδήσεᾳ. Nam in ſententia verbi μεταβάλλεᾳ idem *Faber* toto cælo errat, quum rectiſſime *Benedictus* reddiderit. *J. G.*

1. Μὴ ἀναπηδήσαᾳ] Δὴ ἀναπηδήσαᾳ. *F.G.*

Μὴ ἀναπηδήσεᾳ] Phraſin apud Noſtrum huic ſimilem fruſtra quaeſivi. Vid. Μισ. c. 33. οὐκ ἀπέλπιςον ὡς ἂν κ᾽ ἄλλῳ ταυτὸν συμβαίη. *M. du S.*

4. Μεταβάλλεᾳ] *Mutatum iri.* Interpolat. male. Vertendum fuit, *Mutare ſententiam.* De re præſenti loquitur: jam enim tergiverſabatur Peregrinus. *T.F.*

5. Διηγεῖᾳ] An ſcribendum διηγοῦνται; *F.G.* Placet conjectura. *J. F. R.*

8. Ἢ μὴν] Lege ἡμὴν. *F.G.* Nihil muto: nam disjunctim apud Noſtrum aliosque ſcribi amat, licet parum intereſſe putem, utro more ſcribas (Vid. ſupra T. 2. *Toxar.* c. 50. No. 14.) Et pro lubitu ſcribas modo ἢ μὴν, modo junctim ἥμῳ dediſſe; quare vulgatum ſervandum; ſed ne ὀξυτόνως quidem, ut *Gujetus* voluit, apud Noſtrum alibi reperio. Cl. *Periz.* ad *Ælian.* 2. 7. ridet eos qui jungunt & ab Hebraeo ἀμὴν derivant, exemplaque τ῀ ἢ μὴν in jurandi formulis uſitati, quaedam adfert. Apud *Hom.* Il. I. 57. Ἦ μὲν κ᾽ νί@ ἐστὶ, recte Edd. licet *Seber.* ἠμὲν indicet. *J. F. R.*

ξεγρῖν & κακῶς [a] ἀποθάνοι. ὰ μὴν ὐδὲ ῥᾴδιον αὐτῷ ἔτ' ἀναδῦναι. οἱ γὰρ συνόντες κύνες παρορμῶσι, καὶ συνωθοῦσιν ἐς τὸ πῦρ, καὶ ὑπεκκαίουσι τὴν γνώμην, οὐκ ἐῶντες ἀποδειλιᾶν· ὧν εἰ δύο συγκαλασπάσας ἐμπέσοι εἰς τὴν πυρὰν, τοῦτο μόνον χάριεν ἐργάσαιτο.

Ἤκουον δὲ ὡς οὐδὲ Πρωτεὺς ἔτι καλεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀλλὰ Φοίνικα μεταγνόμασεν ἑαυτὸν, ὅτι καὶ Φοῖνιξ τὸ Ἰνδικὸν ὄρνεον ἐπιβαίνειν πυρᾶς λέγεται, παρ' ὥρᾳ γήρως προβεβηκώς. ἀλλὰ καὶ λογοποιεῖ, καὶ χρησμούς τινας διέξεισι παλαιοὺς δή, ὡς χρεὼν εἶναι δαίμονα νυκτοφύλακα γενέσθαι αὐτόν. καὶ δῆλός ἐστι βωμοὺς ἤδη ἐπιθυμῶν, καὶ χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων.

Καὶ, μὰ Δία, οὐδὲν ἀπεικὸς ἐν τοῖς πολλοῖς τοῖς ἀνοήτοις εὑρεθήσεσθαί τινας τοὺς καὶ τεταρταίων ἀπηλλάχθαι δι' αὐτοῦ φήσοντας, καὶ νύκτωρ ἐντετυχηκέναι τῷ δαίμονι τῷ νυκτοφύλακι· οἱ κατάρατοι δὲ οὗτοι μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ χρηστήριον, οἶμαι, καὶ ἄδυτον ἐπὶ τῇ πυρᾷ μηχανήσονται. διότι καὶ

neminem, si mala morte Peregrinus moriatur. Quin nec facile est illi retractare. Nam qui cum illo sunt canes, incitant hominem, & una in ignem contrudunt, & animum illius subinde incendunt, nec metu resilire illum patiuntur. Quorum si duobus secum detractis in ignem incidat, hoc solum lepidum opus fecerit.

27. *Audio vero illum nec Protea vocari velle amplius, sed Phoenicis nomen pro suo sibi adscivisse, quod etiam Phoenix, Indica avis, ingredi rogum dicitur, ubi ad extremam senectutem provecta est. Verum etiam rumores spargit, & oracula quaedam vetusta refert, in fatis esse ut noctis custos genius ipse evadat: ac manifestum est, altaria illum concupiscere, & futurum sperare, uti stet aureus.*

28. *Neque vero, per Jovem, abhorret in magna dementium multitudine inventum iri, qui quartana se per ipsum liberatos dicant, & noctu sibi occurrisse noctis illum custodem genium. Execrabiles autem isti illius discipuli, etiam oraculum, puto, & adytum in rogo illius machinabuntur, propterea quod Pro-*

[a] Ἀποθάνοι] Sic *B1. F. P. S.* &c. Ἀποθάνει *H.* In qua nonnemo emendarat ἦν — ἀποθάνῃ, quod jam non opus.

9. Ἀποθάνοι] Sic plerique Impressi *H.* & *P.* ἀποθάνει prave. *M. du S.*

10. Ἀναδῦναι] *Emergere.* Interpol. non potuit pejus: hoc enim loco ἀναδῦναι est *subterfugere, tergiversari*, ut ii faciunt, quos promissi pœnitet. Quod vel *Homerus* docuisse potuit Iliad. H.

ἀλλ' ὅπως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι, ὅδ' ἀναδῦναι
ἂψ λαῶν ἐς ὅμιλον —

Ita in Odyss. ἁπλῶς.

μή τις μοι ἀναδύῃ —

Itaque dixit *Eustathius*, τὸ, ἀναδῦναι, ἐν ἴσῳ εἶναι τῷ, ἀναποδίσαι, εἶτουν, ὑποχωρῆσαι, *idem esse atque* ἀναποδίσαι *seu* ὑποχωρῆσαι. *Hesychius* autem vertit μεταβουλεύειν, *consilium mutare.* Ceterum Interpolator corrupit interpretem, qui sic verterat: *Neque promptum jam illi est à proposito regredi.* Eat itaque corrector quo dignus est. *T. F.*

Ibid. Συνόντες κύνες] Cynici, quod supra dicebam. *T. F.*

21. Παλαιοὺς δή] Τὸ γέλοιον est in hac particula δή, innuit enim non esse antiqua illa oracula, sed εἰρωνικῶς. *T. F.*

22. Δαίμονα νυκτοφύλακα] Haud dubie adversus terrores nocturnos, lemures, larvas, spectra, &c. Est quidem apud *Plautum* Deus Nocturnus in Amphitruone, & passim apud veteres Nox Dea; sed nil ad hanc rem. *T. F.*

23. Βωμοῦν — χρυσοῦς] Ex Athenagora patet statuas ei erectas; cujus locum infra adduximus ad c. 41. *M. du S.*

Ibid. Χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων] *Et aureas sibi erectum iri.* Interpolator. Ridicule. Existimavit videlicet, χρυσοῦς esse casus quarti, quod εὐθείας est. *Sperat Peregrinus fore ut aureus stet*, id est, ut aurea statua sibi ponatur. Quod ita tritum est, & tralatitium, ut pæne pudeat exempla proferre. Sed a Luciano ipso non abibo. (in *Tim.* circa med.) δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χρυσοῦν ἀναστῆναι τὸν Τίμωνα, *Senatui populoque placuit aureum Timonem statuere*, id est auream Timoni statuam ponere. *Virgil.*

Nos

Proteus ille Jovis filius primus hujus nominis auctor vates fuit. Testor autem sacerdotes etiam illius constitutum iri, flagrorum, aut ustulationum, aut prodigiosarum id genus actionum: vel, per Jovem, mysteria quaedam institutum iri nocturna, & facum gestationem circa rogum.

29. *Theagenes autem nuper, ut renunciavit mihi aliquis sodalium, etiam Sibyllam dixit de hisce rebus aliquid praedixisse. Nempe versus recitavit illos:*

56. Ἀλλὰ τὸ κάθισον, τῷ κάθησο διαφέρειν φημί] Nihil aliud vult Lucianus, quam κάθισον dici ad stantem, quem jubemus sessum capere, κάθησο vero ad eum, qui jam sedet, quemque rogamus, ne surgat. *Thomas* eadem tradidit quae Lucianus: Ἄλλο, inquit, κάθισον, καὶ ἄλλο κάθησο. Τὸ μὲν οὖν κάθισον πρός τινα ἱσταμένου λέγεται ἵνα καθίσῃ. τὸ δὲ κάθησο πρὸς τὸ καθημένου ἵνα κάθηται. καὶ μὴ ἐξαναστῇ, ὡς τὸ παρ' Ὁμήρῳ· Ἧσο ξεῖν' ἡμεῖς δὲ καὶ ἄλλοθι δήομεν ἕδρην. Sic lege hunc locum in edito libro satis mendosum. quod vero paulo antecedit, τὸ καθέσθητι ἤκουόν σου λέγοντος ὡς ἔστιν ἔκφυλον. *audivi te dicentem imperativum* καθέσθητι, *sede*, *vocem esse peregrinam vel barbaram*, Luciani forte respicit verba quae in *Lexiphane* suo posuit: Τὸ ἵππατο, καὶ ἀπαντώμενος, καὶ τὸ καθεσθεὶς ἐδὲ μετοικικὰ τῶν Ἀθηναίων φωνῆς. *Micyllus* ex superioribus Luciani verbis colligit hic aliquid desiderari. cui equidem non invitus assensero vel propter haec verba quae infra habentur. Οὐκ οἶσθα οἷον ἐστι συγγραφεὺς ἀνήρ. Σολ. Πάνυ οἶδα νῦν γέ σε ἀκούσας ταῦτα λέγοντος. Nam Lucianus de proprietate vocabuli συγγραφεὺς nusquam in hoc libello locutus est. Nunc vicissim *Thomam* & *Phrynichum* audiamus. Ἐκαθέσθην, inquit *Thomas*, καθεσθεὶς, καθεσθήσωμαι, καθεσθῆναι, καὶ ὅσα ἀπὸ τούτων, βάρβαρα. λέγε ἓν καθέζομαι, ἐκαθεζόμην, καθεδοῦμαι, κατεδούμην, καθεῖσθαι, καὶ ὅσα ἀπὸ τούτων. *Phrynichus* ἐκαθέσθη, καθεσθεὶς, καθεσθήσομαι (πληθυντικὰ καθεσθήσονται), ἔκφυλα. Parum igitur Attice *Heliodor.* in IV. Καθεσθεὶς δὲ πλησίον ἤρσει, θυγάτηρ, ἔλεγον. Et *Basilius* in epistola: Ταῦτα λογιζόμενοι πολὺν χρόνον ἐκαθεσθημεν. Lucianus in priore verarum narrationum: Ὀπτωμένων δὲ ἐκαθεσθέντες ὥσπερ δὴ περὶ τράπεζαν. *Herodian.* in V. Συγκαθεσθεὶς αὐτῷ ἐν ταῖς βασιλικαῖς φορείοις. *Joseph.* Ἀρχαιολογίας libro II. Καθεσθεὶς ἐπί τινος ἅρματος. Idem libro VIII. Καθεσθεῖσα δ' ἡ Βεθσαβή. & pluribus aliis in locis. De καθίζω, & καθίζομαι *Thomas Magister*: Καθίζω ἐγὼ, καὶ καθίζομαι, καὶ καθίζω ἕτερον. *Pollux* scribit *Xenophontem* καθίζειν usurpasse pro καθίσαι ποιεῖν. Locus est in II. ἀναβάσεως· Καὶ ἀπαγγελλόμεθα δὲ Ἀριαίῳ, ἐὰν ἐνθάδε ἔλθῃ εἰς τὸν θρόνον τὸν βασίλειον καθιεῖν *collocaturos esse*. Sic καθίζειν δίκην apud Demosthenem & Galenum. *Moschopul.* Καθίζω ἕτερον, μεταβατικῶς. καὶ καθίζω ἐγὼ, ἀμεταβάτως. Κάθημαι δὲ ἐγὼ, ἀεὶ μετάβατον, &c. Τὸ καθεσθήσομαι, καὶ ἐκαθέσθην βάρβαρα. Alibi *Thomas*: Τὸ καθίζω ἐ μόνον τίθεται ἀντὶ τοῦ ἕτερον ποιεῖν καθίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτόν. Lucianus in *Nigrino*: Καὶ καθίσας ἐμαυτὸν ὥσπερ ἐν θεάτρῳ. *J.G.G.*

57. Εἴη διαφέρον] V. *Th. Mag.* v. κάθισον. *M. du S.*

61. Ἧσο

parvo tibi discrimine abesse videtur? cum alterum faciamus in aliis, *collocare* dico, alterum vero in nobis solis, *sedere*.

12. SOL. Haec etiam satis enarrasti: & dic sane *ultra*: ita enim oportet te docendo praeire. LYC. Nempe aliter dicente me, non intelligis. Non nosti, quid sit *vir scriptor*? SOL. Omnino novi nunc quidem, postquam te ista dicentem audivi. LYC. Quandoquidem etiam καταδουλοῦν tu forte idem quod καταδουλοῦσθαι putasti. Ego vero differentiam ea non parvam habere, novi. SOL. Quam? LYC. Quod alterum significat alterius potestati subjicere; καταδουλοῦν vero sibi. SOL. Recte dicis. LYC. Supersunt alia quoque multa tibi discenda: nisi tamen ipse scire tibi videris, cum nescias. SOL. Non videri possum. LYC. Ergo in aliam occasionem differamus reliqua, nunc autem solvamus collocutionem.

65 ἆρά σοι δοκεῖ μικρῷ τινι διαφέρειν; εἴωθα τὸ μὲν [f] ἕτερον δρῶμεν, τὸ καθίζειν [g] λέγω· τὸ δὲ μόνους ἡμᾶς αὐτοὺς, τὸ καθέζεσθαι.

ΣΟ. Καὶ ταῦτα [h] ἱκανῶς διελήλυθας, ὦ δῆ λέγε, ὅτῳ [i] γὰρ σε δεῖ προδιδάσκειν. ΛΥΚ. Ἑτέρως γὼ λέγοντος ὑ κατανοεῖς. οὐκ οἶδα οἷόν ὅστι ξυγγραφεὺς ἀνήρ; ΣΟ. Πάνυ οἶδα νῦν γέ σου ἀκούσας ταῦτα λέγοντος. ΛΥΚ. Ἐπεὶ καὶ τὸ καταδουλοῦν σὺ μὲν ἴσως ταυτὸν τῷ καταδουλοῦσθαι νενόμικας, ἐγὼ δὲ οἶδα διαφορὰν οὐκ ὀλίγην ἔχον. ΣΟ. Τίνα ταύτην; ΛΥΚ. Ὅτι τὸ μὲν ἑτέρῳ, τὸ καταδουλοῦν δ' ἑαυτῷ γίγνεται. ΣΟ. Καλῶς λέγεις. ΛΥΚ. Καὶ ἄλλα δέ σοι πολλὰ ὑπάρχει μανθάνειν, εἰ [k] μοι αὐτὸς εἰδέναι οὐκ εἰδὼς δόξεις. ΣΟ. Οὐκ ἂν δόξαιμι. ΛΥΚ. Οὐκοῦν τὰ λοιπὰ εἰσαῦθις ἀναβαλώμεθα· νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον.

ΦΙ-

f Ἕτερον] Καὶ ἕτερον *Fl.* g Λέγω] Ex *Fl.* recepi. Λέγειν cett. h Ἱκανῶς] Rescripsi ex *Fl.* *J. V2.* Ἱκανὸς cett. i Γάρ σε δεῖ προσδιδάσκειν] Mss προσδιδάσκων *Fl.* omisso γὼ ac δεῖ. k Μοι] Μὴ legit *Gesn.*

74. Καταδουλοῦσθαι] Ἰσοκράτης ἐν τῷ Εὐαγόρᾳ· καὶ τὴν πόλιν ὅλην βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ καταδουλώσειν. οὐκ ἀσφαλὲς ὂν τὸ τοῦ Λυκιανοῦ. *V.*

61. Ἧσο ξεῖν'] *Hom.* Od. Π. 44. *M. du S.*

Ἧσο ξεῖν'] Apud *Homerum* Od. Π. 44. editur Ἧσ', ὦ ξεῖν'. Notavit *Barnesius* forte ipsius hujus loci auctoritate Ἧσο. Caeterum apud *Homerum* manifesto Ἧσο significat, *sede*, hoc est, sedem quam occupasti retine: nam praecessit τῷ δ' ἕδρης ἐπιόντι πατὴρ ὑπόσχεν Ὀδυσεύς. Τηλέμαχος δ' ἑτέρωθεν ἐρήτυε, φώνησέν τε. Caeterum apparet, me in interpretatione *sede* posuisse, pro *sedem tuam retine*; *asside* autem pro *sessum abi*: quod a bonis auctoribus ita dictum, facile demonstrari potest; non ausim dicere, numquam positum aliter. *J. M. G.*

66. Τὸ καθίζειν λέγειν] Si quis intelligat hanc lectionem, ab illo etiam edoceri cupio. Caeterum hoc videre mihi videor, λέγω huic loco optime convenire, & sic interpretatus sum. *J. M. G.*

71. Ξυγγραφεὺς ἀνήρ] Ξυγγραφεὺς, inquit *Thomas*, ὁ μοῦνον ὁ συγγραψάμενος πόλεμόν τινα, ἤτι ἄλλο ἐφ' ἑαυτῷ γενόμενον, οἷος ἦν Θουκυδίδης, ἀλλὰ καὶ γράφοντας ψηφίσματα ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον συγγραφέας ἐκάλουν. Θουκυδίδης· Καὶ εἰσήνεγκαν οἱ ξυγγραφεῖς ἄλλο μὲν οὐδέν. *Ammonius* quoque paene eadem habet: Ἰσορρωγράφος μὲν γάρ ἐστιν ὁ τὰ πρὸ ἑαυτοῦ γεγονότα συγγραψάμενος, ὡς Ἡρόδοτος. Ξυγγραφεὺς δὲ ὁ τὰ ἐφ' ἑαυτοῦ γεγονότα, ὡς Θουκυδίδης. Itaque secundum horum sententiam ξυγγραφεὺς dicitur non solum de scriptore & auctore librorum, sed & de scriba senatus, aut alius collegii. *J. G. G.*

72. Πάνυ οἶδα — λέγοντος] At nihil dixit, quod ad declarandum hoc nomen pertineret. Itaque est, ut excidisse descriptionem τοῦ συγγραφέως putemus, facile illam quidem aliunde resarciendam. *J. M. G.*

73. Τὸ καταδουλοῦν] Τὸ μὲν καταδουλοῦσθαι ἑτέρῳ, τὸ δὲ καταδουλοῦν ἑαυτῷ. *Moschopul.* paulo aliter: δουλῶ ἐμαυτὸν, καταδουλοῦμαι τὴν Ἑλλάδα. Pro Luciano facit illud *Thucyd.* Τοὺς μὲν ξυγκαταδουλοῦν ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὸ τῆς θαλάττης μέρος. Ex *Moschopuli* sententia dixit idem in III. Τοὺς μὲν καταδουλωμένους τὴν Ἑλλάδα. *J. G. G.*

82. Νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον] Nihil argumenti in his verbis video pro eo, quod Lucianus hunc Dialogum, Soloecistam, tamquam coronidem imposuisset omnibus, quos ante scripsisset, dialogis; (quae est sententia *Bourdelotii*) quum simpliciter innuatur finis hujus dialogi. Ex verbis proxime praecedentibus liquet, non alienum fuisse ab Luciani instituto, scribere post hunc & alios dialogos, quibus ulterius de soloecismis esset acturus. Ait enim, ἀκοῦν τὰ λοιπὰ εἰσαῦθις ἀναβαλώμεθα· νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον. Fateor, non sequi post hunc alios super hoc argumento

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ, Η ΔΙΔΑΣΚΟΜΕΝΟΣ.

ΤΡΙΕΦΩΝ, ΚΡΙΤΙΑΣ, ΚΑΙ ΚΛΕΟΛΑΟΣ.

ΤΡΙΕΦ.

ΤΙ τοῦτο, ὦ Κριτία; ὅλον σεαυτὸν ἠλλοίωσας, καὶ τὰς ὀφρῦς κάτω [a] συνένευκας, μύχιον δὲ [b] βυσσοδομεύεις, ἄνω καὶ κάτω φοιτῶν, κερδαλεόφρονι ἐοικὼς, κατ' Ὅμηρον τὸν ποιητήν, ὠχρὸς δέ σευ εἶλε φαρ-

PHILOPATRIS, SEU QUI DOCETUR.

TRIEPHON, CRITIAS, ET CLEOLAUS.

TRIEPH.

QUid hoc rei est, Critia? totum te mutasti. Superciliis deorsum contractis profundas volvis sub pectore curas, sursumque & deorsum vagatus *animos sub vulpe latentes*, ut est in Poëta, videris circumferre, *oraque pallor occupat*. Num Cerbe-

ΤΡΙΕΦ.] Sic *P.* Τριεφῶντος &c. *Bl.* ac 2. In cett. omissa. *a* Συνένευκας] Συνίνευκας Edd. priores. *b* Βυσσοδομεύεις] Βυσσοδομεύων C. Nil mut. *El.*

ΦΙΛΟΠ.] Καὶ ἔστω ὁ λόγος ἄλλως τε, καὶ ὁ Λουκιανοῦ δοκεῖ εἶναι. καὶ τὰ λοιπὰ δὲ δεῖ ἐπιφέρειν. *V.*

3. Βυσσοδομεύεις] * Ἐκ βάθους σκέπτη. *V.*

* Ἐκ] Aberat propositio ab editis. Addidit *M. du S.*

to dialogos; satis tamen manifestum puto, illud νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον, tantum de hoc dialogo capiendum esse. *J. J.*

Ibid. Διαλύσωμεν τὸν διάλ.] Non audiendus est *Bourdelotius*, cum ex his verbis argumentatur, hunc esse ultimum dialogorum ipsius Luciani, reliquos suppositicios. Vera esse potest ipsa propositio, sed argumentum lubricum. Sic paullo ante dixit, μακρὸν γὰρ ἂν ποήσαιμεν τὸν διάλογον. *J. M. G.*

ΦΙΔΟΠΑΤΡΙΣ] Non est hujusce Luciani. Sed antiquioris alicujus. Multa id arguunt, primumque ineptiae styli, cum aliae omnibus paginis, tum illae φυ. φυ. &c. Deinde ratio temporis. Nam Syrus noster Lucianus pervixit ad tempus belli Marcomanici, anno Christ. 171. ut patet in *Pseudomante*: at hic nebulo se baptizatum significat a D. Paulo. Paulus vero martyrii palmam accepit imperantis Neronis anno 13. Falliturque *Baronius* Neronis anno 12. verba illa hujusce Dialogi, Γαλιλαίου ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥου, εἰς τρίτον ὄρανὸν ἀεροβατήσας δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνακαίνισεν, adscribens huic Luciano. Nam qui potuit Lucianus hic a Neronis anno 12. & Christi 68. ad annum servatoris 171. pervivere, sive annis 103. Atqui etiam post bellum Marcomanicum, quin Lucianus hic aliqua commentatus sit, negari non potest. Saperdae autem prorsus illi sunt, qui propter ea, quæ in extremo Dialogo isto, de Babyloniis, Aegyptiis, Persis, Scythis verba fiunt, hujusce distortissimi foetus parentem ad tempora imperatoris Trajani referunt, cum ea magis in Neronis aut etiam Claudii pertinere posse, quivis facile lolio non victitans perviderit. Plane quidem qui tam belli pueri pater est, Neronis principatu eum suscepit. *Th. M.*

ΦΙΛΟΠ.] Spurium *Spanhemius* aliique multi; genuinum videntur existimare *Cavus* 129. & Theologi nonnulli; sed palam est, esse spurium. *M. du S.*

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ] De nomine Φιλόπατρις inter elogia honorum ac laudum posito. V. *Perizon.* ad *Aelian.* 3, 26. collatis addendis, ubi neque hujus inscriptionis obliviscitur, neque quod in *Peregrino* . . . . plebs illum impostorem vocat ἕνα φιλόσοφον, ἕνα φιλόπατριν. Metellus est Consul Φιλόπατρις *Ciceroni* ad Att. 2, 1. *J. M. G.*

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ] Ab Inquisitoribus & hic libellus in exemplari *Aldino*, quo utor, rescissus est. *M. du S.* In meo exemplari, quo Cl. *Wesselingi* beneficio utor, adest; sed nihil varietatis in margine notatum. *J. F. R.*

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ] Hunc Dialogum Luciani non esse mihi certissimum est, ex stilo & ingenio hominis Lucianeo multum inferiore. Adfectata autem est Lucianeae locutionis imitatio quae ab ipso proficisci nequivit, quia sua ipse non excerpsit; Auctorem vero aetate posteriorem esse, satis demonstravit Cl. *Gesner.* in singulari Dissert. quam calci hujus tomi adjungemus; ibique statuit scriptum Constantinopoli, tempore Juliani, ab Luciano quodam Sophista Imperatoris illius amico, ad quem hodienum exstat scripta a Juliano epistola. Ita vero studiose hunc Dial. pertractavit *Gesn.*

ut

berum vidisti, aut Hecaten ex inferis ascendentem, an consilio cum Deorum aliquo una fuisti? Neque enim adeo te affici par, puto, erat, si vel mundum, ut quondam sub Deucalione, eluvie totum periturum audivisses. Tecum loquor, o pulcher Critia, non audis multum tibi inclamantem, & prope jam te consistentem? Irasne aliquas adversum nos geris? obmutuisti? an expectas dum injecta te manu impellam? CRIT. O mi Triepho! audivi orationem magnam atque difficilem, & multis implexam implicitamque nodis: jamque mecum retracto nugas, & aures obturo, ne si forut vix mihi quod addam, relictum sit. Summis laudibus has ejus lucubrationes effert Cl. *Heusman.* in Poecil. p. 248. seqq. Sed p. 250. miratur ejusdem timiditatem, quod nihil in codicum inopia corrigere ausus fuerit. (Sed de hac opinione forsan in praefat. agemus) Bis ejus versionem, bis, ter Graeca emendat, quod suo loco obiter indicamus. *J.F.R.*

εἰάς. μή σε τρικάρηνον τεθέασαι; ἢ Ἑκάτῳ ἐξ ᾅδου ἐληλυθῖαν; ἢ καί τινι θεῶν ἐκ προνοίας συνήλικας; οὐδέπω γάρ σε τοιαῦτα εἰκὸς πάθειν, εἰ καὶ αὐτὸν ἠχηχόεις, οἷμαι, τὸ κόσμον κλυσθῆναι, ὥσπερ ὅτε τῦ Δευκαλίωνος. σοὶ λέγω, ὦ καλὲ Κριτία, οὐκ ἀΐεις ἐμοῦ ὀπιθομόρου τὰ πολλὰ, καὶ ἐς βραχὺ γειτνιάσαντος; δυσχεραίνεις καθ' ἡμῶν, ἢ ἐκκεκώφωσαι, ἢ καὶ τὸ χειρὸς παλαιστὴν ὅλα ἐπιμόνεις; ΚΡΙΤ. Ὦ Τριεφῶν, μέγαν τινὰ καὶ ἀπορημόνον λόγον ἀκήκοα, καὶ πολλαῖς ὁδοῖς διενειλημμόνον, καὶ ἔτι ἀναπεμπάζω τοὺς ὕθλους, καὶ τὰς ἀκοὰς ἀποφράπτω, μή σε ἔτι ἀκούσαιμι ταῦτα, καὶ

6. Τρικάρηνον] Κέρβερον. *V.*

TPIEΦ.] Nothus. An Τρύφων vel Τρίφων, τὸ Τριέφων non placet. *F.G.* At Τριεφῶν integre & crebro in ipso Dial. occurrit. Quare nihil mutandum. *J.F.R.* *F.G.*

2. Σωνένευκας] Lege σωνένευκας.

3. Βυσσοδομεύεις] Βυσσοδομεύειν quid sit, explicat Scholiast. minor *Homer.* ad Od. Θ. 273. βυσσοδομεύων, κατὰ βάθους τὴν διάνοιαν βουλεύοντα, quasi dicas in profundo aedificantem. Add. Od. I, 316. Lucian. *de Defect.* c. 24. βυσσοδομεύει τὴν ὀργήν. *J.M.G.*

Βυσσοδομεύεις] Vid. de hoc verbo *Toll.* & *Solan.* ad *Calum.* c. 24. Adde *Hom.* Od. Δ. 676. *J.F.R.*

5. Κατὰ τὴν ποιητήν] Il. A. 149. ubi Schol. κερδαλεόφρον, πανοῦργε τὸ φρόνημα, καὶ εὐεπιχείρητον τὸν νοῦν ἔχων, τοῦτ' ἔστι, κερδαίνειν φρονῶν. Sed ad Il. Δ. 339. eadem Schol. κερδαλεόφρον, πανοῦργε, καὶ φιλοκερδέστατε. Ἤγαγον, ἀπατηλὲ, δολερὲ, ἀλωπεκώδης. κερδάλη γὰρ ἀλώπηξ. & ad Il. K. 44. βαλὴς κερδαλέης, σωτῆς, ὠφελίμως, ἢ πανούργως παρὰ τὴν κερδὼ, ἤγαγον τὴν ἀλώπεκα. A vulpina igitur astutia hoc nominis deductum est, quod proinde non adeo inepte reddi videtur *Horat.* phrasi ex arte Poët. vers. 437. *J.M.G.*

Ibid. Ὦχρόν τέ σευ] *Hom.* Il. Γ. 35. *M.duS.*

Ὠχρός τε] Iliad. Γ. 35. Lucian. *Jove Tragoedo* init. *J.M.G.*

6. Ἑκάτῳ] Hecates, cum ex inferorum regione in terram nostram venatum egreditur, quam terribilis sit adspectus, & ad mentem sano etiam excutiendam comparatus, graphice descripsit Lucian. in *Philopseude* c. 24. seqq. *J.M.G.*

7. Τίνι θεῶν — σωνήνεγκ.] Mirum non est insolito aliquo visu turbatis, cum ipsa mente, spiritibus quos vocant animalibus, corpus etiam ad languorem dari, totumque ejus immutari habitum; cujus rei nec in sacris nulla sunt vestigia. Vide mihi *Dan.* 9, 27. *Jud.* 13, 22. *Athenagoras in Legatione pro Christianis* c. 15. p. 63. Ed. Oxon. Dechair. ex *Homer.* Il. Υ. 131. Χαλεποὶ δὲ θεοὶ, inquit, φαίνεσθαι ἀναργεῖς. Add. *Spanh.* ad *Callim.* H. in Pall. 54. p. 592. & 610. & viri docti ad *Petron.* c. 17. p. 58. Nota sunt de antro Trophonii quae dicuntur. *J.M.G.*

8. Ἐκ προνοίας] I. e. ex Dei providentia. *F.G.*

Ἐκ προνοίας] Miserrima affectatio. *Spanh.* ad *Callim.* 610. *Consulto* vertit, quamvis idem *inopinatum conspectum* dixisset. Vid. *pro Laps.* c. 14. *M.duS.*

11. Ὦ καλὲ Κριτία] Προσφώνησιν hanc, utut Latinis paullo videatur insolentior, non putavi refugiendam, scilicet ipsum secutus *Ciceronem*, qui, cum ex Graeco vertendum esset, προπίνω τῷ καλῷ Κριτίᾳ, dixit *Tusc.* I. c. 40. *propino hoc pulchro Critiae.* Quanquam nec illud ignoro, Critiam illum Socraticum a corporis pulchritudine celebrari. *J.M.G.*

13. Δυσχεραίνεις] Lucianus in *votis* sive *navi* c. 10. ἢ δυσχεραίνει καθ' ἡμῶν, ἢ ἐκκεκώφωται. *J.M.G.*

14. Ἢ ἐς τὸ χειρὸς] An ἢ ἐς ὃν τὸ χειρός; *F.G.*

17. Διενειλημμένον] Omittunt hoc verbum Lexica. Sed tamen quid sit ἐλλαμβάνεσθαι, tradunt ex *Dioscoride*, nimirum amplecti, circumplecti, cum de capreolis vitium, vel claviculis sermo est, quarum illae arcto complexu ad palos arboresque sese applicant. Erit igitur διενειλημμένος λόγος, intricatus, implexus, difficilis. *J.M.G.*

18. Ἀναπεμπάζω] Lucianus in *Gallo* c. 5. ἀναπεμπάζει τὸν ὄνειρον. *J.M.G.*

19. Ταῦτα, καὶ] Lege ταὐτά. *F.G.*

καὶ [a] ἀποψύξω ἐκμανεὶς, καὶ μῦθος τοῖς ποιηταῖς γενήσομαι, ὡς ἡ Νιόβη τὸ πρίν. ἀλλὰ χρὴ κρημνὸν ὠθούμην ἂν ἀπὸ κεφαλῆς σκολοδινήσας, εἰ μὴ ἐπέκραξάς μοι, ὦ τᾶν, ἡ τὸ τῦ Κλεομβρότυ πήδημα τῦ Ἀμβρακιώτυ ἐμυθεύθη ἐπ' ἐμοί.

ΤΡΙΕΦ. Ἡράκλεις, τ' θαυμασίων ἐκείνων φασμάτων, ἢ ἀκουσμάτων, ἅπερ Κριτίαν ἐξέπληξαν. πόσοι γὰρ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καὶ τερατολογίαι Φιλοσόφων, οὐκ ἐξέπληξάν σου τ' διάνοιαν, ἀλλὰ λῆρος πάντα γέγονεν ἀπὸ σοί; ΚΡΙΤ. Πέπαυσο ἐς μικρὸν, καὶ μηκέτι παρενοχλήσῃς, ὦ Τριεφῶν· ὁ γὰρ παροπτέος ἢ ἀμελητέος γενήσῃ παρ' ἐμοῦ. ΤΡΙΕΦ. Οἶδ' ὅτι ὁ μικρὸν οὐδὲ εὐκαταφρόνητον πρᾶγμα ἀνακυκλεῖς, ἀλλὰ καὶ λίαν τ' ἀπορρήτων. ὁ γὰρ χρὼς, καὶ τὸ ταυρηδὸν ὑπεβλέπειν, καὶ τὸ ἄταλον τ' βάσεως, τὸ ἄνω τε καὶ κάτω φέρε-

[a] Ἀποψύξω] Bene omnes, demta *F.* quae ἀπόψηξω.

20. Ἀποψύξω] Gloss. Graecol. ἀπψύχω dirigeo. *F.G.* Idem habet *AE. M.*

23. Σκοτοδινήσας] Lucian. in *Philopseud.* c. 24. ὡς μὴ σκοτοδινιάσας ἐμπέσοιμι ἐπὶ κεφαλήν. *F. M. G.*

24. Κλεομβρότυ] Hic lecto *Platonis* de animae immortalitate libro, praecipitem se de saxo dedit. *M. du S.*

Κλεομβρότυ] Notissimum est *Callimachi* in eum Epigramma, sed nimis pulchrum ut non hic adscribatur. Est autem in Antholog. Graeca l. 3. ultimum,

Εἶπας, ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος Ἀμβρακιώτης.
Ἦλατ' ἀφ' ὑψίυ τοίχυ εἰς Ἄιδα,
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτυ κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἓν περὶ τ' ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

F. M. G.

28. Ἐμβρόντητοι] Ἐμβροντήτους Poëtas etiam Lucian. vocat *Timon.* init. *F. M. G.*

Ἐμβρόντητοι] Cur hoc epitheton poëtis tribuatur, vid. supra *Hemsterh.* T. I. *Tim.* §. 1. *F. F R.*

33. Οὐ γὰρ παροπτέος] Solebant ita fere loqui, cum aliquid aut narra i ostendive sibi cuperent, aut ipsi narrare aggrederentur. Prioris generis exemplum est apud Lucian. in *Scyth* c. 4. ubi Anacharsis ad Toxarin: μὴ φείσῃς ἀθλίατον αὐτῶν ἀναστρέφουσα. *Necyom.* c. 21. ἀλλ' εἰπὲ, καὶ μὴ φείσῃ μοι κ. τ. λ. *Contempl* c. 1. φείσῃται ἵν μοι κ. τ. λ. & *Icarom.* c. 3. μὴ δὲ πρὸς φιλίαν με φείσῃ. Huc refero obscuriorem paullo in *Nigrin.* locum c. 6. ἐγὼ δὲ βαλοίμην ἄν, εἴ οἷόν τε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τ' λόγων. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καλαφρονεῖν ΑΥΤΩΝ οἶμαι θέμις, ἄλλως τε εἰ φίλος περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακὼς ὁ βαλόμενος ἀκούειν εἴη. Illud ΑΥΤΩΝ non ad λόγων refero, quod praecesserat, ita enim nimis inepte cum iis quae sequuntur cohaereret: sed auctorem, parum ad verborum ordinem attentum, quae dicturus erat praecepisse quasi, idemque sibi voluisse existimo, ac si dixisset, οὐδὲ γὰρ καλαφρονεῖν ΤΩΝ ΒΟΥΛΟΜΕΝΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ οἶμαι θέμις κ. τ. λ. neque omnino insolens esse arbitror, ut ex iis, quae sequuntur, superior expleri oratio debeat. Licet nunc magis fere Cl. *Hemsterhusii* emendatio mihi placeat. Caeterum propius ad locum qui prae manibus est, quadrat, quod est apud Comicum in *Ranis* vs. 512. ubi muliercula Pseudo Herculi aliquid, quod e re illius esset, narratura ita προοιμιάζει, Οὐ μὴ σ' ἐγὼ φείσομαι ἐπελθόντα. De aliis precibus passim Lucianus, quod index docebit. Jam *Herodot.* I, 24. ἐπειδὴ σφι ἔτω δοκεοι φεύδεσθαι αὐτόν. *Julian.* Or. v. quae est in Deûm matrem, gratias eidem se habere ait, ὅτι μὴ φεισαίσθην ὥσπερ ἐν σκότει πλανώμενον, sed edocuerit rationem mysteriorum &c. *F. M. G.*

Οὐ γὰρ παροπτέος] Sed verba illa ex *Nigrin.* c. 6. ab *Gesner.* adlegata aliter exponit *Hemsterh.* quem vide. (sed video ipsum hoc jam notasse.) *F. F. R.*

34. Οὐ μικρὸν] Lucian. in *Navig.* c. 11. ὃ μικρὸν οὐδ' εὐ-

НБ ОНУ ім. Мечникова

te iterum illae audiendae sint, dirigeam prae furore, ut illa olim Niobe, & fabula Poëtis fiam. Sed profecto, nisi tu mihi jam inclamasses, de praecipiti loco in caput vertigo me impulisset, & Cleombroti de me saltus, Ambracioten illum dico, narrari quam scitissime potuisset.

2. TRIEPH. Mirabilia, Hercle, visa vel audita, quae quidem Critian adeo potuere percellere. Quot enim attoniti poëtae, quot Philosophorum portentosi sermones, tantum abest ut tuam dimovere mentem potuerint, ut potius merae nugae fuerint. CRIT. Quiesce paullum Triepho, & noli molestus esse amplius. Neque enim a me insuper habendus es, aut negligendus. TRIEPH. Novi te haud parvam rem, neque spernendam facile, quin valde etiam abstrusam, volutare animo. Color enim ille tuus, illa in vultu torvitas, in ingressu illa inconstantia, illa sursum deorsumque con-

converſio, valde te conſpiciendum atque notabilem faciunt. Sed reſpira ab illo malo, & nugas evome, ne quid inde morbi nanciſcaris. CRIT. Sed heus tu, Triepho, quantum eſt unum jugerum, curriculo te hinc aufer, ne ſpiritu in ſublime ſublatus, ſpectaculum multitudini fias, & delapſus alicubi, ut quondam Icarus, Triephonteum pelagus nomine tuo ſignes. Inſigniter enim, quae hodie ex ſacerrimis ſophiſtis audivi, ventrem mihi inflarunt. TRIEPH. Ego vero, quantum voles, retro curram. Igitur reſpira a malo. CRIT. Phy, phy, phy, phy, nugas illas! hem, hem, hem, hem, nefanda conſilia! heu, heu, heu, heu, ſpes vaniſſimas!

3. TRIEPH. Deum immortalem! quantus erat ille flatus, quam nubes ipſas convertit! Cum enim antea vehementi Zephyrus flatu in undas impingeret, Boream jam ſuper Propontide excitaſti, adeo ut funibus

πολεῖν, ἀρίγνωτόν σε καθίςησιν. ἀλλ' ἄμπνευσον τῆ δεινῆ, ἐξέμεσον τὰς ὕθλας, μή τι κακὸν παθὴς. ΚΡΙΤ. Σὺ μὲν, ὦ Τριεφῶν, ὅσον πέλεθρον ἀνάδραμε ἀπ' ἐμοῦ, ἵνα μὴ τὸ πνεῦμα ἐξάρῃ σε, καὶ πεδάρσιον τοῖς πολλοῖς ἀναφανῇς· καὶ πῶς καλαπεσὼν, Τριεφώντειον πέλαγος [b] καλονομάσῃς, ὡς καὶ Ἴκαρος τὸ πρίν. ἀ γὰρ ἀκήκοα τήμερον παρὰ τῶν τρισκαλαράτων ἐκείνων σοφιςῶν, μεγάλως ἐξώγκωσέ μου τὴν νηδύν. ΤΡΙΕΦ. Ἐγὼ μὲν ἀναδραμοῦμαι ὁπόσον καὶ βούλει, σὺ δὲ ἄμπνευσον τῆ δεινῆ. ΚΡΙΤ. Φὺ, φὺ, φὺ, φὺ, τῶν ὕθλων ἐκείνων. ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, τῶν δεινῶν βουλευμάτων. αἰ, αἰ, αἰ, αἰ, τῶν κενῶν ἐλπίδων.

ΤΡΙΕΦ. Βαβαὶ τοῦ ἀναφυσήματος, ὡς τὰς νεφέλας διέτρεψε. ζεφύρου γὰρ ὀπιπνέοντος λάβρου, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπωθίζοντος, Βορέην ἄρτι ἀνὰ τὴν Προποντίδα κεκίνηκας, ὡς

b Καλονομάσῃς] Καλανομάσῃς *J. Fr. H.* Ceterae recte quod edidimus.

39. Ἀρίγνωτον] Εὐδιάγνωστον. *V.*

ἀκαλαφρόνητον πρᾶγμα ὡς δοκεῖς ἀνακυκλῶν. *J. M. G.*

40. Μή τι κακὸν παθὴς] Hemiſtichion veteris poëtae videtur. An Homeri? *F. G.*

44. Καὶ πῶς καλαπεσὼν] Lucian. in *Icarom.* c. 3. μὴ καὶ σύ πως τὴν θαλάσσης καλαπεσὼν Μενίππιόν τι πέλαγος ἡμῖν ὥσπερ ὁ Ἰκάριον ἀποδείξῃς ἐπὶ τῷ σεαυτοῦ ὀνόματι. *J. M. G. Heuman.* in Poecil. p. 249. Verti vult *ſpiritu meo*, ne quis intelligat ſubſtantiam ſpiritualem; ſed *Geſn.* videtur ambiguum ſtudio ſervaſſe. *J. F. R.*

47. Σοφιςῶν] Chriſtianos notari τῶν σοφιςῶν voce, infra apparebit. Caeterum Lucianus *de Mort. Peregr.* c. 13. Chriſtum ipſum σοφιςὴν appellavit: & apud *Prudentium Periſtephan.* 10, 40. Chriſtianis Aſclepiades Syriae Praefectus hoc nominis tribuit: *Quis hos Sophiſtas error induxit novus?* *J. M. G.*

48. Ἐξώγκωσε] Etiam hic Lucianum imitatus eſt noſter, niſi quod paullo modeſtius ille hyperbola utitur, in *Philopſ.* c. 39. τοιοῦτα ἀκούσας ἥκω, ὥσπερ οἱ τοῦ γλεύκους πιόντες, ἐμπεφυσημένον τὴν γαστέρα, ἐμέτου δέόμενον κ. τ. λ. Simili fere metaphora, ſed alio inſtituto, utitur *Elihu*, *Job* XXII, 18. ſeq. *J. M. G.*

46. Φὺ, φὺ, φὺ] Τὸ φὺ hic pro φεῦ admirantis videtur. *F. G.*

Φὺ — ἰοὺ — αἰ] Praeterquam quod pueriles valde exclamationes iſtae; ne Graecum quidem illud φύ. Forſan legendum φεῦ. *M. du S.*

54. Ὡς τὰς νεφέλας — φυσήματος] Horum verborum omiſſa eſt interpretatio a *Micyllo* ex editione Pariſ. 1615. f. & *Baſil.* 1619. 8. quem ſequuntur Gallus Ablancurtius, & Drakius Britannus. Fingitur autem ructibus Critiae excitatus in Propontide Boreas, quo adverſum tenente, ingredi Euxinum Pontum naves niſi funibus de litore adjutae non potuerint. Nam οἴχεσθαι πόντον (frequenti praepoſitionis εἰς ellipſi) hic valere ingredi, nemo negabit, niſi ſi quis putet, ſecundo Borea intrari e Propontide Pontum, id eſt, verſus ſeptentrionem navigari poſſe. Sed etiam illud hinc apparet, Critiam, ut excitare halitu Boream poſſet, debuiſſe conſtitutum eſſe eo circiter loco, ubi eſt Conſtantinopolis. Quod quorſum valeat, in diſputatione dictum eſt. §. 26. *J. M. G.*

56. Λάβρου] *Homer.* vox Il. B, 148. Odyſſ. O, 293. *J. M. G.*

57. Προποντίδα] De alia abſurditate non dicam; ſed id rogo; ubinam gentium ſtantes hos facit, ut a flatu alterius Boreas Propontida perflet? Ego ut quod ſentio dicam, Conſtantinopoli hoc ſcriptum puto. Alioqui cur de Propontide ſcriptor cogitarit, non video. Addo votum ejusdem de compeſcendis Scytharum excurſionibus in fine Dialogi; unde ſatis liquet in ea regione habitaſſe, quae iis gentibus vicina eſſet. Vide etiam Nερ. c. 6. unde conjicio tres hoſce libellos ab eodem viro ſcriptos, qui Lemni habitaret. *M. du S.*

ὡς ἀφ' ἁλὸς καλῶν αἱ ὁλκάδες τ̃ Εὔξεινον πόντον οἰχήσον), τ̃ κυμάτων ὑπικυλινδόντων ἐκ τ̃ σῆς φυσήματος. ὅσον οἴδημα τοῖς ἐγκάτοις ἐνέκειτο. πόσος κορκορυγμὸς, καὶ κλόνος τ̃ γαστέρα σε συνετάραττε· πολύωπον σεαυτὸν ἀναπέφηνας, τοσαῦτα ἀκηκοώς. ὡς καὶ, τὸ τερατῶδες, καὶ ἀφ' τ̃ ὀνύχων ἠκηκόεις. ΚΡΙΤ. Οὐ παράδοξόν τι, ὦ Τριεφῶν, ἀκηκοέναι καὶ ἐξ ὀνύχων· καὶ γὰρ κνήμην γαστέρα τεθέασαι, καὶ κεφαλὴν κύσασαν, καὶ ἀνδρείαν φύσιν εἰς γυναικείαν ἐνεργοβατοῦσαν, καὶ ἐκ γυναικῶν ὄρνεα μεταβαλλόμενα· καὶ ὅλως τερατώδης ὁ βίος, εἰ βούλει πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς. ἀλλ' ἐπεί σε πρῶτον ἀγκάλαις τῷ δ' ἐνὶ χώρῳ, ἀπίωμεν ἔνθα αἱ πλάτανοι τ̃ ἥλιον εἴργουσιν, ἀηδόνες [a] δὲ καὶ χελιδόνες εὐηχα κελαδοῦσιν, ἵν' ἡ μελῳδία τ̃ ὀρνέων τὰς ἀκοὰς ἐνηδύνουσα, τό, τε

naves ingredi Euxinum Pontum cogantur; fluctibus ex tuo ſpiritu magna ſe vi volventibus. Hem quantus tumor tuis ineſſe debuit inteſtinis, quantus ſtrepitus, quae conquaſſatio ventrem tibi conturbavit! auritiſſimum te eſſe demonſtraſti, qui tot ac tanta audieris, adeo ut, ingenti portento, unguibus etiam audiſſe videaris. CRIT. Sed non debebat tibi paradoxum videri, Triepho, ſi quis etiam unguibus audiat; ſiquidem femur uterum vidiſti, & caput praegnans, maris vero naturam in feminam divina vi transeuntem, mutatasque in aves feminas. Et tota adeo vita, ſi Poëtis credas, portentorum plena eſt. Sed cum te primum his poſſum complectier oris, age abeamus eo, ubi ſolem platani arcent, luſciniaeque & hirundines dulciſonis aethera cantibus implent, ut avium aures permulcens

[a] Δὲ] Sic noſtrae, Tz. *Geſn.* Edit.

58. Κάλων] A καλῶν φοινίων, pro κάλως. *F.G.*

Ibid. Τὸν Εὔξεινον] Τὸ εἰς excidiſſe videtur Librario. *F.G.* Sed ſaepe omittitur cum verbis veniendi, maxime *Homero* ut Il. E. 773. Τροίην ἴξον. Plura ex cod. L. *Bos* de Ellipſ. p. m. 268. Adde Noſtrum ſupra *Dea Syr.* c. ult. γάμον ἰέναι, & *Theogn.* vſ. 1172. — ἦλυθες ἀθανάτους. Quare nihil inſerto εἰς opus erit. *J.F.R.*

61. Πόσος κορκορυγμὸς] Locus videtur expreſſus ex illo *Ariſtoph. in Neb.* vſ. 38. ſeq. εἶτ' ἐταράχθης τ̃ γαστέρα ὁ κλόνος ἐξαίφνης αὐτὴν διεκορκορύγησεν. Ubi κλόνος ſecundum Scholiaſten eſt τροφός τις ὁ εἴλιξ· διεκορκορύγησε autem ponitur ἀντὶ τοῦ ἤχησε — ἢ ἐμιμήσατο τῇ φωνῇ (ὁ ποιητὴς, ut interpretor) τ̃ ἐντέρων τ̃ ἦχον. *J.M.G.*

62. Πολύωπον] Forte, ut famam finxere. *Virg.* Aen. IV. 181. ſeq.

— *Cui quot ſunt corpore plumae,*
Tot vigiles oculi ſubter, — tot ſubrigit aures.

J.M.G.

Πολύωπον] Ut regibus multas aures tribuit *Xenoph.* quod indico ad Schol. de *Calumn.* c. 5. *J.F.R.*

64. Τερατῶδες] Τὴν τερατώδη παροιμίαν, τὸ τερατῶδες ἴσως. *F.G.*

Ibid. Τῶν ὀνύχων] Non reperio apud paroemiographos, quid ſit δι' ὀνύχων vel ἐξ ὀνύχων ἀκούειν. *Jo. Alb. Fabricius* in literis ad *Reimarum*, ἀφ' τ̃ ὀνύχων ἀκούειν, inquit, *dictum de homine qui totus auris, perinde ut Argus oculus totus; qui ἀφ' ὀνύχων videbat.* Quae ſi vera eſt ratio, & quid ni vera ſit? comparandus cum h. l. eſt ille apud Lucian. in *Dear. Judic.* c. 8. ubi optat Paris ὥσπερ Ἄργος ὅλῳ βλέπειν τῷ σώματι. Item *Catullian.* illud 13. ult.

Quod (unguentum) *tu cum olfacies, Deos rogabis, Totum ut te faciant, Fabulle, naſum.*

Denique illud apud *Ariſtaenetum* epiſt. 1. p. 5. ἐνδεδυμένη μὲ εὐπροσωποτάτη· ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται. Sed ſunt hoc genus infinita. Simillimum illud *Plauti Sticho* 5, 5, 20. Ubi perpruriſcamus usque ex unguiculis. *J.M.G.*

66. Κνήμῳ] De Baccho, alludit ad γαστροκνήμῳ. *F.G.*

Κνήμῳ γαστέρα] Jupiter Bacchum ex ſe conceptum, conflagrantisque Semeles utero ereptum, femori ſuo inſeruit, & exacto legitimo geſtationis tempore edidit. Vid. Lucian. Θ. Δ. IX. Quod autem κνήμῳ *ſuram*, vocat, non μηρὸν, alludit, credo, ad γαστροκνημίας nomen, in quo laſcivit etiam Lucianus V. H. 1, c. 22. Latinus ſermo illum luſum vix admittit. *J.M.G.*

67. Κεφαλὴν κύσασαν] De Minerva. *F.G.*

Κεφαλὴν κύσασαν] Pallas in cerebro Jovis concepta, quam periculoſo edita partu fuerit, ſuo more deſcribit Lucian. Θ. Δ. VIII. *J.M.G.*

68. Ἀνδρείαν φύσιν] De Salmacide, Scythone, Tireſia, Coeneo, Iphide nota omnia ex *Ovid.* Metamorphoſeon libris: ut & de feminis Alcyone, Philomela & Progne, Pieridibus, Nyctimene, Scylla, &c. in aves mutatis. *J.M.G.*

71. Ἀλλ' ἐπεί σε] *Hom.* Od. N. 228. *M. du S.*

Ἀλλ' ἐπεί] Ex Od. O, 260. Ὦ φίλ', ἐπεί σε θύοντα κιχάνω τῇδ' ἐνὶ χώρῳ. *J.M.G.*

80. Ὕπερον] Vulgo nominandi caſus in Lexicis, ab ipſo etiam *Stephano*, poſt quem errare nemo ſibi turpe putat, effertur ὕπερος, genere maſculino, ſed *Wolffg. Seberus* ad *Pollux.* 7, 107. neutro genere rectius ad-

cens cantus, & aqua leni decurrens susurro, animam ipsam tranquillet.

4. TRIEPH. Eamus sane, Critia, sed timeo, ne forte incantatio sit, quod tu audivisti, & pistillum aut januam ex me sa-80ciat mirabilis illa tua perculsio. CRIT. Per ego aetherium tibi Jovem juro, non ita futurum. TRIEPH. Amplius etiam terres; cum Jovem dejeraſti. Quam enim ille jurisjurandi religionem violanti poenam 85infligere possit! novi enim te non ignorare, ut tui Jovis res se habeant. CRIT. Ain tu? non posse autem Jovem in tartarum aliquem mittere? nescisne tu homo, ut Deos omnes de caelesti illo pavimento dejecerit, ut Salmonea contra tonantem fulmine 90olim prostraverit, & hodienum prout quisque est petulantissimus prosternat: inde est, quod apud Poëtas ut Titanum victor, de-

ὕδωρ ἠρέμα κελαρύζον, τὰς ψυχὰς καλαθέλξειε.

ΤΡΙΕΦ. Ἴωμεν, ὦ Κριτία· ἀλλὰ δέδια μή σε ἐπῳδὴ τὸ ἠκουσμένον ᾖ, καί μέ ὕπερον, ἢ θύρετρον, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀψύχων [b] ἀπεργάσεται ἡ θαυμασία σε αὕτη [c] κατάπληξις. ΚΡΙΤ. Νὴ τὸν Δία τὸν αἰθέριον, ἃ τοῦτο γενήσεται ἐπὶ σοί. ΤΡΙΕΦ. Ἔτι με ἐξεφόβησας, τὸν Δία ἐπομοσάμενος. τί γὰρ ἂν δυνήσοιτο ἀμυνέμεναί σε, εἰ ψεύδοιό τὸν ὅρκον; οἶδα γὰρ ὡς σὲ μὴ ἀγνοεῖν ψεύδεσθαι τοῦ Διός σε. ΚΡΙΤ. Τί λέγεις; ἃ δυνήσεται ὁ Ζεὺς ἐς Τάρταρον ἀποπέμψαι; ἢ ἀγνοεῖς ὡς τοὺς θεοὺς πάντας ἀπέρριψεν ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου βηλοῦ, καὶ τὸν Σαλμωνέα ἀντιβροντῶντα πρώην καλεκεραύνωσε, καὶ τοὺς ἀσελγεστάτους ἔτι καὶ νῦν· ψεύδεται δὲ τοι ποιητὴς Τιτανοκράτως καὶ Γιγαντολέτης ἀνυ-

b Ἀπεργάσεται] Hoc praetuli ex *J. Ald. Bi. Fr. S.* Ἀπεργάζεται *P. H.* c Κατάπληξις] Καταίσλξις dederat *Solan.* bene. Sed sine libris hic nihil audeo.

adhiberi docet, quo usus etiam est Lucian. in *Philops.* c. 35. ex quo loco illud simul discimus, non injuria hic metuere Triephontem: fieri enim, si DIs placet, posse, ut ex pistillo fiat homo, eo loco docemur: quidni contra pistillus ex homine? *J. M. G.*

Ibid. Θύρετρον] Θύρετρον, θύρωμα *Hesychio* & *Suidae*. An januae munimentum? *la barre de l'huis.* *F. G.*

Θύρετρον] *Hesychius*, & ex ipso forte *Varinus*, distinguunt ab invicem θύρεθρα id est θύραι, & θύρετρα, hoc est θυρώματα, quae tamen & ipsa vox interdum januam seu fores ipsos significat; quanquam etiam *cardines* interdum verti debeat, ut apud τοὺς ὁ 3. *Reg.* VII, 50. Ego crediderim, quidquid etiam de hac distinctione, suspecta certe *Stephano* sit, auctorem prae oculis habuisse locum e *Philopseude* Lucian. jam laudatum, ubi etiam ὁ μόχλος τῆς θύρας mutatus in hominem dicitur. *J. M. G.*

81. Ἀπεργάσεται — κατάθελξις] Ultimam hanc vocem pro κατάπληξις, substitui. Rationem emendationis ultimis verbis Triephontis & c. 9. Φιλοψ. lectis, facile intelliges; ex eo enim libello haec omnia palam petita, confer omnia haec cum illius c. 34. 35. & 36. Retineri tamen potest vulgata scriptura, quia nihil adeo absurdum est, quin ab hoc scriptore dici potuisse videatur. *M. du S.*

82. Κατάπληξις] Ἀντὶ ἀκούσματος καλαπληκτικοῦ· ut apud *Lucret.* 4, 1157. *Magna atque immanis* (amasia) κατάπληξις *plenaque honoris* a saucio amatore vocatur. *J. M. G.*

84. Ἔτι μοι ἐξεφόβ.] Qui per tale Numen jurat, a quo vindicari perjurium non potest, ille non verebitur perjurium committere, si nimirum de illius impotentia constet. Triepho autem putat, adeo constare de Jovis aetherii futilitate Critiae suo, ut non dubitaturus sit, illius stramineo numine ad perjurium abuti. Quanto autem rectius hic noster, quam *Cicero*, qui tanquam e Porticu unus ita disputat, *Offic.* 3, 29. ut in jurejurando non ad metum Deorum aut iram respici debere, dicat. Sed *de ira DEI Lactantius* viderit; nos jam non philosophamur. *J. M. G.*

85. Ἀμυνέμεναι] Verbum *Homerice* praeter rationem ac necessitatem inflexum, ut ante ἄμπνυστον &c. *J. M. G.*

89. Θεοὺς πάντας] Unde hoc fit? Vulcanum enim solum in terram praecipitatum fuisse *Homerus* tradit. *F. G.*

90. Θεσπεσίου βηλοῦ] *Hom.* Il. A. 591. & O. 23. *M. du S.* Cetera *Homeri* idem *Solanus* ubique adduxerat, quae & *Gesn.* Quare ea deinde non bis addemus. *J. F. R.*

Ibid. Βηλοῦ] Quid sit βηλὸς cum de coelo sermo est, disputatur in *Scholiis min.* ad Il. A, 591. Noster hic respexisse imprimis videtur ad Il. O, 23. Hyperbolam enim puto, nec, ubi omnes Deos Jupiter deturbaverit, reperio. Caeterum etiam Lucianus historiae meminit *Contempl.* c. 1. *J. M. G.*

Ibid. Σαλμωνέα] Salmonei historiam praeter alios habet *Apollodor.* Biblioth. I, 9, 7. *Virgil.* Aen. VI, 580. *J. M. G.*

93. Τιτανοκράτωρ] Rem ipsam apud *Homerum* invenies; nomina haec non item. *J. M. G.*

94. Παρ'

ἀνυμνεῖται, ὡς ϗαρ' Ὁμήρῳ; ΤΡΙΕΦ. Σὺ μέν, ὦ Κριτία, ϗάντα ϗαρέδραμες τὰ τοῦ Διὸς, ἀλλ', εἴ σοι φίλον, ἄκουε. οὐχὶ κύκνος ἦν ἐγένετο, ϗὰ σάτυρος δι' ἀσέλγειαν, ἀλλὰ ϗὰ ταῦρος; ϗὰ εἰ μὴ τὸ ϗορνίδιον ἐκεῖνο ταχέως [a] ἐπωμίσατο, ϗὰ διέφυγε ϗᾳ τὸ ϗελάγους, τάχ' ἂν ἠροτρία, ἐντυχὼν γεηπόνῳ, ὁ βρονταιοποιὸς, ϗὰ κεραυνοβόλος σου Ζεὺς, ϗὰ ἀντὶ τοῦ κεραυνοβολεῖν, τῇ βακτηρίᾳ καλεκεντάνυτο. τὸ δὲ ϗὰ Αἰθίοψι συνευωχεῖσθαι, ἀνδράσι μελαντέροις, ϗὰ τὴν ὄψιν ἐζοφωμένοις, ϗὰ ἐς δώδεκ' ἡλίους μὴ ἀφίστασθαι, ἀλλ' ὑποβεβρεγμένος

bellatorque gigantum, imprimis apud Homerum decantatur. TRIEPH. Omnia tu quidem, Critia, Jovis percurristi, sed, nisi grave est, invicem audi. Nonne idem cygnus factus est satyrusque libidinis caussa, quin taurus etiam? & nisi celeriter suscepto in humeros scortillo per pelagus aufugisset, 1 forte jam, ab agricola aliquo interceptus araret tuus ille tonitruum effector, fulminumque jaculator Jupiter, & pro eo, quod fulmina dicitur jacere, stimulos sentiret & scuticam. Illud vero non rubore dignum 5 censes, egregie barbatum senem cum Aethiopibus epulas celebrare, *Nigra viris facie & vultibus obtenebratis*, & duodecim totis so-

a Ἐπωμίσατο] Ex emendatione *Kusteri*. Ἐπωμόσαλο Edd. priores.

94. Παρ' Ὁμήρῳ] Atqui apud Homerum nullibi hae voces reperiuntur. *M. du S.*

97. Κύκνος] Notum Epigramma:

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

J. M. G.

99. Ἐκεῖνος] Ego mallem ἐκεῖνο, ut ad Europam referretur. *M. du S.*

Ἐκεῖνος] Verti quasi legeretur ἐκεῖνο, quod est multo concinnius, quanquam non statim, si reliquas auctoris ineptias spectes, verius. *J. M. G.*

Ibid. Ἐπωμόσαλο] Ab ἐπωμόω, vel ἐπωμόζω Interpres. Scribo ἐπωμώσαλο ab ἐπωμόω. *F. G.*

Ἐπωμίσατο] (Secundum Interpret. Lat. legendum erat ἐπωμίσατο ab ἐπωμίζω quamvis hanc vocem in Thes. *Steph.* non reperiam.) *Kust.* Quamvis absurdissima sint in hoc libello omnia; sic ut emendare jubet Cl. *Kusterus*, scripsisse auctorem, dubium nullum esse potest; ideoque invitis libris nostris in textum recepimus. Omnes enim ἐπωμόσαλο habent. *M. du S.*

Ἐπωμόσαλο] Fictum, ut videtur, ad hanc rem ab auctore nostro, vel alio verbum; Lexicographis certe ignotum. Simile apud *Plinium* succollare. *J. M. G.*

Ἐπωμίσαλο] Etsi ter quater ἐπομοσόμεθα & ἐπόμοσομαι deinde in hoc Dial. sequuntur; jurandi significatione, & o brevi; hic tamen ipsum factum loquitur, id hic locum non habere; quare *Kustero* ac *Solano* auscultavi: nec enim ratio adparet, cur verbum ab analogia recedens hic fingere libuerit. Nam ἐπωμὶς est superior humeri pars. Vid. *Foës.* *J. F. R.*

1. Ἠροτρία] Ita apud Lucian. *Conc. Deor.* c. 7. seq. Momus ad Jovem, timui, inquit, μή σε καλαθύσῃ τις ξυλλαβὼν, ὁπότ' ἂν ταῦρος ἦς, ἢ τὸν χρυσοχόων τις κατεργάσηται χρυσὸν ὄντα, ϗὰ ἀντὶ Διὸς, ἢ ὅρμος, ἢ ἀλλόδιον ἡμῖν γένῃ. *J. M. G.*

4. Κατεκεντάνυτο] Forte καλεκεντύνυτο a καλακεντέτυρμαι. *F. G.*

Ibid. Αἰθίοψι συνευωχ.] Vix pejus de Jove suo meritus est *Homerus* aliquo in loco, quam Il. A, 423. ubi Jupiter ad Aethiopas profectus XII. dierum convivia cum illis celebrat, post quorum demum finem Thetidi precaturae ad eum aditus conceditur. Vix enim in adulteria Jovis saepius invehuntur, aliaque ejus facinora, gentiles & Christiani, quam istas XII. dierum epulas bono viro invident. Vid. Lucian. *de Sacrif.* c. 2. *Jup. Trag.* c. 37. *Arnob.* contra gentes l. 6. p. 192. Versum hexametrum ἄμετρον rependisse alio claudicante, sine fraude fuerit. *J. M. G.*

Αἰθίοψι συνευωχ.] Vid. si operae videtur, *L. Bos* Obs. Crit. p. 129. *J. F. R.*

6. Ἡλίους] Pluralis ille etiam legitur apud *Thucyd.* VII. c. ult. pro aestu radiisve solis, οἱ δὲ ἥλιοι ait, — ϗὰ τὸ πνίγος ἔτι ἐλύπει. Ubi Cl. *Duker.* alia exempla addit, in quibus & pro radiis, & pro diebus pluralis ἥλιοι ponatur. Sed & alia Graeci interdum in plurali adhibent, quae videntur plur. carere, ut αἱμάτων ap. *Lycophr.* 804. & 1249. Ἀέρων *Diod. Sic.* III. c. 34. ter. Κεναῖς φήμαις. Idem XI. 40. Πίστεις ἐνόρκους. Ibid. c. 58. Ταῖς ἀληθείαις *Phal.* Ep. 41. Φυγαὶ ib. Ep. 19. Θανάτοις ἢ φυγαῖς *Dion. Hal.* VII. 472. 10. Ἐν ταῖς εἰρήναις *Diod. Sic.* II. c. 41. Προσώποις de facie unius virginis *Achil. Tat.* I. p. 8. Ὕπνος vulgatissimum *Dion. Hal.* VII. 473. pr. & apud quosvis. Ἐλπίδων quod & Latinis usitatum, *Diod. Sic.* p. 297. vs. 7. Ed. *Bas.* & passim. Θελήματα *Psalm* CX. 2. *Act.* XIII. 22. *Eph.* II. 3. Sic πλούτους supra *Icarom.* c. 4. Et *Fugit.* c. 20. *J. F. R.*

7. Ὑποβεβρεγμένος] Non ausim damnare Nominativum. Ne quid de locis Luciani dicam in hac ipsa editione emendatis, statim Ἐνυπν. c. 1. Τοῖς πλείστοις ὧν ἔδοξε — τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα παρὰ τῆς τύχης. Nempe in optimis quibusque talia invenias. *Herodot.* I, 28. Νησιώτας δέ τι δοκέεις εὔχεσθαι ἄλλο, ἢ — λαβεῖν ἀραιμένους Λυδοὺς σὺν θαλάσσῃ. *Aelian.* V. H. 9, 26. Ἠξίου τι αὐτὸν προστάξαι, ὁμοῦ μὴ ἀτυχήσειν κίτησας. Ipse canon *Homer.* Il. B, 353.

Φη-

solibus apud eos, vino madentem desidere? Illa enim de aquila & de Ida, & quod impraegnari per totum corpus solet, dicere etiam pudor est.

5. CRIT. Numquid igitur, o bone, per Apollinem jurabimus, medicum pariter atque vatem optimum? TRIEPH. Mendacem illum Prophetam dicis, qui nuper Croesum, & post illum Salaminios, aliosque sexcentos, vaticiniorum ambiguitate pessundedit?

6. CRIT. Quid si per Neptunum, qui trifidum manibus sceptrum tenens, penetrabili voce terribilique tantum in bello clamat, quantum vix novem decemve virorum millia? qui praeterea terrae quassator, καθεδεῖαν παρ' αὐτοῖς, πώγωνα τηλικοῦτον ἔχων, οὐκ αἰσχύνης ἄξια; τὰ δὲ τοῦ Διὸς, καὶ τὴν Ἴδης, καὶ τὸ κυοφορεῖν καθ' ὅλου τοῦ σώματος, αἰσχύνομαι καὶ λέγειν.

ΚΡΙΤ. Μῶν τὸν Ἀπόλλωνά γ' ἐπομοσόμεθα, ὃς προφήτης ἄριστος, καὶ [b] ἰητρὸς, ὦ γαθέ; ΤΡΙΕΦ. Τὸν ψευδόμαντιν λέγεις; τὸν Κροῖσον πρώην διολωλεκότα, καὶ μετ' αὐτὸν Σαλαμινίους, καὶ ἑτέρους μυρίους, ἀμφίλοξα πᾶσι μαντευόμενον;

ΚΡΙΤ. Τὸν Ποσειδῶνα δὲ τί; ὃς τρίαιναν ἐν ταῖν χεροῖν κραταιΐζει, καὶ δάτορόν τι, καὶ καλαπληκτικὸν βοᾷ ἐν τῷ πολέμῳ, [c] ὅσον ἐννεάχιλοι ἄνδρες, ἢ δεκάχιλοι, ἀλλὰ καὶ σει-

b Ἰητρὸς] Sic Edd. lege ἰατρὸς. c Ὅσον] Nihil variant Edd. Ὅσσον *Homer.*

Φημὶ γὰρ ἢν καλανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα —
Ἀσράπτων ἐπιδεξι' ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Ubi *Eustathius* ἀνακόλυθον quidem & σολοικοφανέστερον agnoscit, sed studio quaesitum ad vim orationi addendam & speciem novitatis. Ὑποδιεγμόν Lucianeum esse, Index docebit. Est autem diminutivum, ut *pitissare*. Sic *Plaut.* Aul. 3, 6, 36. *Ego te reddam madidum probe.* *J.M.G.*

Ὑποδιεγμ. καθεδεῖαν] At locus ex *Prometh* §. 16. ab *Gesn.* in Ed. Philop. adlegatus, merito etiam *Hemsterhusio* est suspectus. Vid. quae ad *Fugit.* c. 2. notavi. *J.F.R.*

8. Πώγωνα τηλικ.] Barbam etiam promissam Jovi suo objicit Juno, apud Lucian. Dial. *Jovis & Junonis*, quod nihilo secius astragalis cum Ganymede luderet. *J.M.G.*

10. Ἀετῷ — Ἴδης] In aquilam transformatus Jupiter ab Ida monte Ganymedem rapuit. In Idae item monte vertice lascive cum Junone concubuit: quod paullo post iterum tangit noster. *J.M.G.*

Ibid. Κυοφορεῖν καθ' ὅλου τοῦ σώμ.] Τῆς κεφαλῆς ἐκ τοῦ μηροῦ. *F.G.*

Κυοφορεῖν] In Dial. *Neptuni & Mercurii*, ille οὗτος, inquit, ὡς ὅλον ἡμῖν κυοφορεῖ ὁ γενναῖος, καὶ παλλαχόθι τοῦ σώματος. Jam dictum, in femore Bacchum, in cerebro Palladem a Jove gestatam. *J.M.G.*

13. Προφήτης] Ita etiam *Aristoph.* Plut. vs. 11. ἰατρὸς ὢν ἐκ μαντις, ὡς φασὶν, σοφὸς. Paullo ante λοξίαν vocarat Comicus, unde est ἀμφίλοξος, quod hic apud nostrum statim sequitur. Comparanda quae de λοξίᾳ (quasi obliquum dicas) doctissimi Interpretes, ad *Aristoph.* l. c. & quae *Macrob.* Saturnal. I, 17. Lucian. Dial. *Junonis & Latonae* Ἀπόλλων προσποιεῖται μὲ πάντα εἰδέναι, καὶ τοξεύειν, καὶ κιθαρίζειν, καὶ ἰατρὸς εἶναι, καὶ μαντεύεσθαι, & in *Decret. Deorum*, quod ipsorum *Comitiis* subjungit p. 716. cavetur, ne tam multa solus faciat Apollo, sed unum aliquid eligens, aut vatem, aut citharoedum, aut medicum denique agat. *J.M.G.*

Ibid. Ἰητρὸς] Cur a vulgari lingua hic omnes recedant libri, ego sane non intelligo; servavi tamen. *M.du S.*

14. Ψευδόμαντιν] Lucian. & haec vox est, qui dialogo, quo *Alexandri praestigias* detexit, id nominis fecit. *J. M.G.*

15. Τὸν Κροῖσον διολωλεκότα] Adscripserat *M.V.La Croze*, Vid. acta Achatii episcopi in actis martyr. sel. p. 140. Non vero satis distincte, ad quae verba id pertineat, quod illo libro destitutus indagare nequeo. *J.F.R.*

Ibid. Κροῖσον] Utrumque oraculum profert Lucian. *Jov. Trag.* c. 20. De Croeso quidem pervulgatum illud, Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει, ubi hostiumne foret imperium, an Croesi, incertum: de Salaminiis autem, ὦ θεία Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν, ubi nota Lucianum adjicere, καὶ Πέρσαι γὰρ οἶμαι, καὶ Ἕλληνες, γυναικῶν τέκνα ἦσαν; ut adeo haud obscure applicet ad cladem Salaminiam, qua Persae navali praelio victi sunt: ex *Herodot.* vero 7, 141. seq. *Plut.* in *Themist.* p. m. 212. & omnium copiosissime ex *Oenomao Cynico* apud *Euseb.* Praepar. Euang. 5, 24. de tota historia satis constat. Quid igitur noster sibi vult, cum Salaminios hoc oraculo periisse dicit? Scilicet, superficiariam valde hominis fuisse doctrinam, judicium fere nullum, ex tota commentatione apparet, & nos in dissertatione nostra monuimus. *J.M.G.*

20. Ὅσον . .] *Homerus* ὅσσον, metri causa, quod & servari debuit. *M.du S.*

21. Ἐννεάχιλοι] *Hom.* Il. E. 869. & Ξ. 148. *M.du S.*

Ἐννεάχιλοι] Nescio an hic quoque memoria lapsus sit Auctor, cum tantum Neptuno clamorem tribuit. De Marte enim *Homer.* Il. E, 860.

ὁ δ' ὅσσον τε κέλαδος ἐπίρνατο Ἄρεος

Ὅσ-

σεισίχθων, ὦ Τριεφῶν, ἐπονομάζεται; ΤΡΙΕΦ. Τὸν μοιχὸν λέγεις; ὃς τ̃ τ̃ Σαλμωνέως παῖδα, τ̃ Τυρὼ, πρώην διέφθειρε, κ̀ ἔτι ἐπιμοιχεύει, κ̀ ῥύστης κ̀ δημαγωγὸς τ̃ τοιούτων ἐστί; τ̃ γ̀ Ἄρην ὑπὸ τ̃ δεσμῶ περιζόμενον, κ̀ δεσμοῖς ἀλύτοις μ̃ τ̃ Ἀφροδίτης συνεμμένον, πάντων τε τ̃ θεῶν ἀφ' τ̃ [a] μοιχίαν ὑπ' αἰσχύνης σιωπώντων, ὁ ἵππειος Ποσειδῶν [b] ἔκλαυσε δακρυῤῥοῶν, ὥσπερ τὰ βρεφύλλια, τὺς διδασκάλους δεδιότα, ἢ ὥσπερ αἱ γρᾶες, κόρας ἐξαπατῶσαι. ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφαίστῳ λῦσαι τ̃ Ἄρεα· τὸ δὲ ἀμφίχωλον τοῦτο δαιμόνιον, οἰκτεῖραν τ̃ πρεσβύτην θεὸν, τ̃ Ἄρη ἀπηλευθέρωσεν· ὥστε κ̀ μοιχός ἐστιν, ὡς μοιχοὺς ἀφασώζων.

ΚΡΙΤ. Ἑρμείαν δὲ τί; ΤΡΙΕΦ. Μή μοι τ̃ κακόδαιμον, τ̃ ἀσελγεστάτου Διὸς, κ̀ τ̃ ἀσελγομανοῦντα ὑπὸ τοῖς μοιχικοῖς.

ΚΡΙΤ. Ἄρεα δὲ κ̀ Ἀφροδίτην οἶδα μὴ οὐδὲ δέξεσθαί σε, ἀφ' τὸ προδιαβληθῆναι πρώην οὐδ' σοῦ. ὥστε ἐάσωμεν τούτους. τ̃ Ἀθηνᾶς ἔτι ἐπιμνησθήσομαι, τ̃ παρθένο Τριεφο, appellatur. ΤΡΙΕΡΗ. Scilicet per moechum illum, qui Tyro, Salmonei filiam, olim corrupit, & insuper adulteria committit, taliumque, *& sibi similium* liberator ac patronus est. Martem enim reti captum, & vinculis cum Venere sua indissolubilibus constrictum, omnibus Diis prae pudore tacentibus, equestris ille Neptunus, lacrumis, quales puerorum sunt magistros timentium, aut vetularum puellas decipientium, effusis, deflevit. Instabat autem Vulcano, ut Martem solveret; claudumque illud daemonium misericordia senis Dei Martem dimisit. Moechus itaque ipse est, ut qui saluti moechis fuit.

7. CRIT. Quid si per Mercurium? ΤΡΙΕΡΗ. Apage vero pessimum illum libidinosissimi Jovis administrum, ipsumque stuprorum cupiditate ac pruritu insanientem.

8. CRIT. Martem Veneremque te non accepturum jam praevideo, cum modo eos contumelia affeceris. Igitur mittamus hos. Sed Minervae adhuc mentionem faciam, vir-

a Μοιχίαν] Hoc praeferunt Edd. vett. Μοιχεύαν *S.* & *Amst.* b Ἔκλαυσε] Bene correxit *Solan.* Ἔκλυσε Edd. priores.

Ὅσσον τ' ἐντιθάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι.

Quid igitur ad hunc Stentor? Il. E, 786.

Ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.

Caeterum ἐνοσίγαιος, & ἐνοσίχθων saepius apud Homerum: ira autem appellarunt veteres Graeci Neptunum, quod terrae motus, aquarum subter in terrae cavis undantium fluctibus accidere putarent, quorsum vid. *Gell.* N. A. II, 28. *J. M. G.*

22. Σεισίχθων] Non est *Homerica* vox, sed vere tamen. Homero passim ἐνοσίχθων & ἐννοσίγαιος. *M. du S.*

24. Τὴν Τυρὼ] Vide Lucian. Dial. *Neptuni* & *Enipei*. *J. M. G.*

25. Δημαγωγὸς] An προαγωγός; *F. G.*

Δημαγωγὸς] Demagogi enim non tantum vi injusta oppressis auxilio erant, sed saepe, ut major esset apud populum gratia, etiam qui malo digni essent, poenae subtrahebant, quale etiam in Romana rep. improbos Tribunos plebis, aliosque, qui populares videri vellent, videmus interdum molitos. Et pridem ex *Budaeo* observavit *H. Stephan.* de verbo δημαγωγεῖν, latius patere ejus significationem, & simpliciter pro *concilio*, seu *allicio*, sive *emereor gratiam*, poni. Fabula ipsa est apud *Homer.* Od. Θ, 268. Lucian. Θ. Δ. 17. *Ovid.* Art. Am. 2, 561. seq. Amores Neptuni recensentur *Clem. Alex.* Protr. p. 20. Quam inepte cohaereat narrationis hujus filum in disputatione jam indicatum §. 25. *J. M. G.*

30. Ἔκλαυσε] Antea in omnibus legebatur ἔκλυσε, quod palam corruptum rejecimus. Sententia lecta emendationis rationem satis aperiet. *M. du S.*

Ἔκλυσε] Alludit ad mare quod terram inundat. *F. G.* Nexus non admittit hanc adlusionem. Sed *Solani* conjectura vera est: neque quisquam dubitabit κλαίειν τινὰ recte dici, qui legerit *Homer.* Il. Ω. 511. — κλαῖεν ἑὸν πατέρ' — αὐτε Πάτροκλον. Et *Aelian.* V. H. VI. 1. νεκροὺς κλαίειν. Ignoscet ergo Cl. *Gesner.* quod versionem hic mutaverim. *J. F. R.*

33. Ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφ.] Odyss. Θ. 354. *M. du S.*

35. Πρεσβύτην] Πρεσβύταλον θεῶν vocat ipse Jupiter Od.

virginis armatae, terribilisque Deae, quae Gorgonis caput pectori praefixum gerit, Gigantesque olim confecit. Contra hanc enim dicere nihil habes. TRIEPH. Quin contra hanc etiam non nihil dicam, si respondere voles. CRIT. Cedo, quidquid placuerit. TRIEPH. Dic mihi igitur, Critia, quae est Gorgonis utilitas, & cui bono pectus ea munit Pallas? CRIT. Ut terribili quodam spectaculo, malisque averruncandis apto. Quin terret etiam hostes, victoriamque ut lubitum fuerit ab una parte inclinat ad alteram. TRIEPH. Num hac etiam caussa invicta est Pallas? CRIT. Utique. TRIEPH. Cur autem non iis qui servare possunt potius, quam qui ipsi servantur, taurorum cremamus aut caprarum femora, ut nos etiam invictos, quemadmodum Pallada, praestent. CRIT. Sed non habet Gorgo vim illam eminus adjuvandi, quam habent Dii, sed si quis eam praeferat, tum vero prodest.

9. TRIEPH. Sed quid tandem rei est Gorgo? vellem enim ex te audire, qui inveneris talia & exquisitissime pertractasti: ego vero praeter nomen omnia ejus ignoro.

45 νθ, ἡ ἐνόπλθ, ἢ καλαπληκλικῆς θεᾶς, ἣ ἢ τ ἡ Γοργόν☉ κεφαλὴν ἐν τῷ ϛήθει φέρε-ἀπτε☽, [c] ἡ τ Γιγαντολέτιν θεόν. ἀ γᾶ ἔχεις τί λέγειν φὲὶ αὐτῆς. ΤΡΙΕΦ. Ἐρῶ σοι ἢ φὲὶ ταύτης, ἤν μοι ἀποκρίνῃ. ΚΡΙΤ. Λέ-50γε ὅ, τι [d] γε βέλει. ΤΡΙΕΦ. Εἰπέ μοι, ὦ Κριτία, τί τὸ χρήσιμον ἡ Γοργόν☉, ἢ τί τῷ ϛήθει τᾶτο ἡ θεὰ ἐπιφέρε☽; ΚΡΙΤ. Ὡς φοβερόν τι θέαμα, ἢ ἀποτρεπτικὸν τ δεινῶν. ἀλλὰ ἢ καλαπλήσει τὰς πολε-55μίας, ἢ ἑτεραλκέα τ νίκην ποιεῖ ὅπᾳ γε βέλε☽. ΤΡΙΕΦ. Μῶν καὶ ἀφ' τᾶτο ἡ Γλαυκῶπις ἀκαλαμάχητ☉; ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα. ΤΡΙΕΦ. Καὶ ἀφ' τί ἀ τοῖς σώζειν δυναμένοις, ἀλλὰ τοῖς σωζομένοις, [e] μηρία κάομεν ταύρων, ἢ αἰγῶν, ὡς ἡμᾶς ἀκα-60ταμαχήτας ἐργάσων☽, ὥσπερ τ Ἀθηνᾶν; ΚΡΙΤ. Ἀλλ' ἀ οἱ δύναμίς γε πόῤῥωθεν ἐπιβοηθεῖν, ὥσπερ τοῖς θεοῖς, ἀλλ' εἴ τις αὐτῷ ἐπιφέρε☽.

ΤΡΙΕΦ. Καὶ τί τόδ' ἐϛιν; ἐθέλω γᾶ [f] φᾶ σᾶ εἰδέναι, ὡς ἐξευρημένα τὰ τοιαῦ-65τα, ἢ ἐς μάλιϛα καλωρθωκότ☉. ἀγνοῶ γᾶ πάντα τὰ κατ' αὐτό, πλὴν γε τᾶ ὀνό-

c Τὴν Γιγαντολέτιν] Sic omnes. d Γε βούλει] Καὶ βούλῃ Ed. Cesn. e Μηρία] Μηρία male J. & V2. non cett. f Παρὰ] Bene J. S. &c. Περὶ P. H.

Od. N, 142. Vid. *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. 1051. ubi πρισβυτικοὶ θεοί. *J. M. G.*

38. Μή μοι] Ellipsis τᾶ λέγε vel similis; ita fere *chorus* apud *Sophoclem*, *Ajac. Flagellif.* 192. μὴ, μή μ' ἄναξ κ. τ. λ. ubi Scholiasta: τὸ πλῆρες, μὴ, μή μοι. *Aristoph.* Equit. 19. μή μοι γε, μή μοι, μὴ ϗαϛκανδικίσῃς. Sed respexisse proprio videtur auctor *Aristoph.* Nεφ. 83. seq. ΦΕΙ. Νὴ τ Ποσειδῶ τϗτονὶ τ Ἵππιον. ΣΤΡ. Μή μοι γε τοῦτον μηδαμῶς τ Ἵππιον. *J. M. G.*

39. Κακόδαλον] Lepide miseram servitutis suae conditionem, apud matrem deplorat Mercurius in Dial. *Majae* & *Mercurii*. *J. M. G.*

40. Ἀσελγομαν.] Specimen ejus ἀσελγομανίας habes Od. Θ, 335. seq. Lucian. Dial. *Apoll.* & *Mercur.* *J. M. G.*

42. Προδιαβληθῆναι] Cum in *Thucyd.* VI. c. 75. f. edatur προσδιαβαλεῖν, ubi Codd. omnes rectius προδιαβαλεῖν, & πρὸ non πρὸς in hoc composito usitatum, addito hoc Philopatridos testimonio fateatur Cl. *Duker.* miror quare hoc isthic in textum non fuerit admissum. Interim προσδιαβάλλομαι adfert *Steph.* ex *Plut.* Pericl. quod suo loco non spernerem. Τῷ προδιαβάλλε utitur & *Herodian.* II. 1. 7. aliique. *J. F. R.*

47. Τὴν Γιγαντολίτιν] Τῆς Γιγαντολέτιδ☉ θεοῦ dicere debuit, nam τὴν τ Γοργόν☉ κεφαλὴν γιγαντολέτιν vocari, non placet. *F. G.* Gorgonis caput vocare Deam gigantum interfectricem, non placet *AE. M.*

52. Τοῦτο] Non habet hoc τοῦτο quo referatur, nisi forte τὸ τ Γοργόν☉ χρῆμα velis intelligere. *J. M. G.*

Τοῦτο] Nihil difficultatis video, si χρῆμα intelligas, vel quasi demonstrative, ut apud *Aelian.* X. 10. τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππ☉. *J. F. R.*

55. Ἑτεραλκέα] Schol. ad Il. H, 26. ἑτεραλκὴς ἡ νίκη καλεῖται, ὅταν οἱ νικῶντες νικῶνται, ἢ ἀνάπαλιν οἱ ἕτεροι τοῖς ἑτέροις τὴν ἀλκὴν ϵ δύναμιν παρέχωσιν. & ad Il. Θ. 171. ἑτεραλκέα, ἑτεροκλινῆ, τὴν τοῖς ἐναντίοις ἀλκὴν ϵ δύναμιν φέροιοῦσαν. consentit etiam *Hesychius*. Recte igitur, puto, sensus hujus loci in versione est a me expressus. *J. M. G.*

59. Μηρία] Μηρία imprimis seu μηριαῖα ὀϛᾶ Diis grata putabant, & in sacrificiis adhibebant, vid. Il. A, 40, 41. quem locum falsе ϖροσφράζει Lucianus *de Sacrif.* c. 3. *J. M. G.*

69. Αὖ-

ὀνόματος. ΚΡΙΤ. Αὕτη κόρη ἐγένετο εὐπρεπὴς, καὶ ἐπέρασος· Περσέως δὲ ταύτην δόλῳ ἀποδειροτομήσαντος, ἀνδρὸς γενναίου, καὶ ἐς μαγικὴν εὐφημισθέντος, ἐπαοιδίαις ταύτῃ χρησθήσαντος, ἄλλως οἱ θεοὶ ταύτῃ ἐχάρησαν. [a] ΤΡΙΕΦ. Τοιγαροῦν μ' ἐλάνθανε τὸ καλὸν, ὡς ἀνθρώποις θεοὶ ἐνδεεῖς εἰσι. Ζώσης δέ τί τὸ χρήσιμον; προσηλαρίζετο ἐς πανδοχεῖον, ἢ κρυφίως συνεφθείρετο, καὶ κόρην αὐτὴν ἐπωνόμαζε; ΚΡΙΤ. Νὴ Τὸν Ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, παρθένος διέμεινε μέχρι τῆς ἀποτομῆς. ΤΡΙΕΦ. Καὶ εἴ τις παρθένου καραλομήσειε, ταὐτὸ γένοιτο φόβητρον τοῖς πολλοῖς; οἶδα γὰρ μυ-

CRIT. Virgo igitur erat decenti forma & amabilis: sed postquam Perseus, vir fortis, & ob magicae artis peritiam celebris, incantationibus victae caput abstulisset, praesidii causa Dii eam habuere. TRIEPH. Fugit me igitur tam egregia res, quod hominibus Dii opus habent: sed cum viveret, quam utilitatem praestitit? numquid in stabulis meretriciam fecit, an vero clam imminui se passa est, ac virginem tamen fese nominavit? CRIT. Per ignotum, qui colitur Athenis, Deum, virgo usque ad capitis percussionem permansit. TRIEPH. Et, si quis caput virgini abscindat, fietne tum terriculamentum ejusmodi etiam ex vulgo cuilibet? Novi enim vel decies mil-

[a] ΤΡΙΕΦ.] Bene L. *Fr. B1. 2. H. P.* ΚΡΙΤ. male *Fl. J. Ald. V2. S. Amst.*

77. Προσηταιρίζετο] Ἑταίρας προσέλαβεν. *V.*

69. Αὕτη κόρη] Gorgonum historiam praeter reliquos diligenter recitavit Scholiast. *Pindar.* ad Pyth. XII. p. m. 253. b. ἀποδειροτομεῖν *Hesiodi* verbum est in Θεογον. vers. 280. ubi similiter hanc historiam narrat, cujus si physicas explicationes desideres, affatim tibi nugarum Scholiastae ad eum locum dabunt. Doctiora sunt & veriora, quae copiose de iis disputat *H. Dodwellus* in diss. *de vero Peripli Hannonis tempore* Tom. 1. Geographorum *Hudson.* §. 2. ad 7. ubi totam rem ab *Hesiodo* confictam docet. De narrationis hujus ineptiis dixi in diss. §. 25. ἀεισθῆν dubito, an apud alium veterem legatur. προσεταιρίζεσθαι honestum alias vocabulum. *J. M. G.*

72. Ἐπαοιδίαις] An ἐπαοιδαῖς; *F. G.* Ἐπαοιδὴ *Homericum* quidem Od. T. 455. Sed & Ἐπαοιδία *Hesychio* φαρμακεία, γοητεία. Quare nihil mutaverim. *J. F. R.*

74. ΤΡΙΕΦ.] L. *Fr. H.* & *B2.* recte. In reliquis Κρι. mendose. *M. du S.*

79. Νὴ Τὸν Ἄγνωστον] Ignotus ille Athenienſium Deus, ſi a Chriſtianis abeas, vix cuiquam memoratus reperietur. Sed hic homo incaute admodum ſuas fraudes obtrudit. *M. du S.*

82. Μυρίας . .] Hic quisquis est, larvatus Lucianus palam jam ad *undecim millium virginum decantatam fabulam* alludit; nam quod Cretam nominat huc minime facientem, ob versum ex *Homero* concinnatum hoc factum est; nec adeo solliciti sunt mendaces de suarum fabularum circumstantiis. Fabula enim narrat Ursulam ex Britannia Coloniam Agrippinam vectam ibi cum undecim millibus virginibus ab Hunnis trucidatam. Haec autem fabula seculo demum XII. saltem quod ad undecim millia illarum virginum, quas hic spectamus, attinet, in orbe Christiano narrari coepit; quamvis res gesta ponatur circa IV. seculi finem. Rem hanc ulterius prosequi nec vacat, nec lubet; sed vel hinc mihi satis constare videtur, Auctorem inficeti hujus libelli mille ad minimum post Lucianum annos vixisse; donec vir aliquis doctus aut in Creta Insula, aut ubi gentium volet, *decem nobis millia virginum trucidatarum* eruat. *M. du S.*

83. Νήσῳ ἐν] *Hom.* Od. A. 50. *M. du S.*

84. Κρήτῃ] Neque *Joh. Meursius* in Creta, neque quisquam alius, quidquam, quod sciam, protulit, unde lux certa inferri huic loco possit. Suspicabatur *Maturinus Veyssiere La Croze*, hoc accidisse *Aureliani* Imperatoris anno tertio, quo Gothi Europam & Asiam caedibus & incendiis vastarunt. Utitur testimonio Zosimi, cujus I, 46. haec sunt, Πρόσω δὲ τῶν Σκυθῶν ἐλασάντων, καὶ Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπακολουθούντων, οἱ Κρήτῃ ϑ' Ῥόδῳ περιπλεύσαντες βάρβαροι, πράξαντες ὅσα ἀφηγήσεως ἄξιον, ἀνεχώρησαν. Conjecturam damnare plane non ausim: charactera autem temporis hinc peti non patiar (vid. diss. §. 26.) sed cum omnino sit conjecturis agendum, satis quoque probabiles afferri a me posse arbitror. Cretam cum Palaestina saepe confundi, notatum *Huetio*, Dem. Euang. 4. 8, 9. Ipsa Gaza Minoa dicta teste *Stephano Byzant.* h. n. ut prope illam Minois. De magna Cretensium & Gazaeorum cognatione *Bochart.* Canaan. I, 15. & *Lakemach.* Observatt. 2, 2, 6. seq. qui colonos Cretensium Gazaeos & ceteros, qui כרתי in Scriptura S. appellantur, autumat. Porro cum Imperator Julianus aperte ad gentilem superstitionem relapsus esset, pluribus in locis Imperii Romani, magna licentia gentiles adversum Christianos insurrexere, impune scilicet, quidquid ausi forent, sub tali Imperatore laturi. Cujus rei tum alia sunt exempla a nostris, qui tum vixere, scriptoribus relata, tum haud parum ad rem no-

le virgines membratim omnes dissectas in insula, *quam Cretam dixere, ambit circumfluus humor.* Hoc ego si novissem, quot tibi Gorgonas attulissem ex Creta? quamque invictum ex te imperatorem fecissem? Poëtae autem & Rhetores me, tanquam plurimarum inventorem Gorgonum, longe Perseo superiorem judicassent.

10. Sed quoniam in Cretenses incidimus, memini adhuc illos mihi ostendere sepulcrum tui illius Jovis, & quae ipsius matrem sustentarunt obliqua vallium, lucosque perpetuam conservantes viriditatem. CRIT. Sed ignorabas tu quidem incantationem & ceremonias. TRIEPH. Si haec possent, mi Critia, incantationibus peragi,

ξίας ἀξιομελεΐστοις τιμηθείσας Νήσῳ ἐν ἀμφιτρύτῃ, Κρήτῃ δέ τέ μιν καλέουσι. χὴ εἰ τοῦτο ἐγίνωσκον, ὦ καλὲ Κριτία, πόσας Γοργόνας σοι ἀνήγαγον ἐκ Κρήτης; χὴ σε στρατηγέτην ἀχαλαμάχητον ἀποκατέστησα· ποιηταὶ δὲ, χὴ ῥήτορες, χοὐ πολύ με Περσέως διέχριναν, ὡς πλείονας Γοργόνας ἐφευρηκότα.

Ἀλλ' ἔτι ἀνεμνήσθην τὰ τοῦ Κρητὸς, οἱ τάφον ἐπεδείκνυντό μοι τοῦ Διός σε, χὴ τὰ τοῦ μητέρα θρέψαντα [c] λόχμια, ὡς ἀειθαλεῖς αἱ λόχμαι αὗται ἀξιοῦσι. ΚΡΙΤ. Ἀλλ' οὐκ ἐγίνωσκες τοῦ ἐπῳδὴν, χὴ τὰ ὄργια. ΤΡΙΕΦ. Εἰ ταῦτα, ὦ Κριτία, ἐξ ἐπῳ-

[b] Δί τέ μιν] Omiss. τε in Edd. priorib. [c] Λόχμια] Ex emendatione *Solan.* & *Gujet.* Δόχμια Edd. priores.

nostram facere videtur, quod *Georgius Nazianzenus* habet oratione στηλιτευτικῇ prima p. 87. ubi de Arethusiorum, Gazaeorumque in Christianos saevitia hoc inter alia refert: ὅτοι λέγονται, ΠΑΡΘΕΝΟΥΣ ΑΓΝΑΣ χὴ ὑπερκοσμίους, ἀψαύστους μικροῦ ὀφθαλμοῖς ἀρρένων, εἰς μέσον προαγαγόντες χὴ τῷ ἑαυτῶν γυμνώσαντες, ἵνα τῇ θέᾳ πρότερον ἐνευρίσωσιν, εἶτ' ἀνακείραντες χὴ ΔΙΧΑΣΑΝΤΕΣ — οἱ μὲ ἰδίοις ὀδοῦσι κατεσιαθῆναι — οἱ δὲ σπαίρουσιν ἔτι τοῖς σπλάγχνοις συώδη τροφὴν ἐπισπείραντες, συῶν τοὺς θερμοτέρους ἐπαφιέναι, κ. τ. λ. Tradunt eadem *Sozomenus* 5, 9. & *Theodoritus* 3, 6. Ad eadem tempora pertinet, quod in Martyrologio Ro. ad VIII. Sept. refertur: *Gazae in Palaestina sanctorum Martyrum Eusebii, Nestabi, & Zenonis, fratrum, qui tempore Juliani Apostatae, irruente in eos turba gentilium discerpti atque necati sunt.* Habemus ergo apud Cretenses Palaestinae virgines castas membratim dissectas sub Juliano. Haec quidem magis ad h. l. facere mihi videntur, quam illa quae è Zosimo vidimus. Quod obscure ita Gazam signat auctor, vel eruditionis ostentandae caussa fecisse potest, vel studio obscurare factum, quod invidiae adhuc multum haberet, voluit. Neque vehementer contra dixerim, si quis in ipsa Creta insula tale quid tum contigisse putet. Nam quod μυρίας dicit, nihil nos debet morari, qui insanas hominis hyperbolas plures in exigua commentatione deprehendamus. *J.M.G.*

Κρήτῃ δέ μιν] Κρήτῃ δέ τέ μιν. F.G. Optime. Et sic jam versus restitutus. *J.F.R.*

92. Τάφον] De sepulchro Jovis agit *Joh. Meursius*, in Creta 3, 4. Add. *Spanh.* ad Callim. H. in Jov. vs. 8. Cave autem putes, aliunde de Jovis sepulchro constare nostro, quam ex Luciano, quem semper prae oculis habuit, quique ejus meminit, tum alias, tum in *Jov. Trag.* c. 45. *J.M.G.*

93. Λόχμια] Hanc vocem emaculavimus; antea enim in omnibus δόχ— legebatur. *M. du S.*

Δόχμια] Δόχμιον πλάγιον seu obliquum significare, Lexicographi dicunt, quorsum equidem in versione respexi, *valles*, quas Interpres etiam adhibet, ex rei natura adjeci; antrum enim esse, communiter traditur. Si quis tamen λόχμια legere velit, Λ in Δ vel λ in Δ mutato, ut est facilis harum literarum confusio, non repugnaverim; tum enim lucos virentes significaret, quorsum sequens λόχμαι pertinet. *Platonis* L. I. *de Legibus* principio commodissimam & amoenissimam ad hoc antrum (Idaeum, in quo educatus Jupiter, ab altero Dictaeo, in quo natus est, distinguendum) a Gnosso adeuntibus viam laudat. *J.M.G.*

Δόχμια] An λόχμια; F.G. Bene, & hoc recepi. *J.F.R.*

95. Τὰ ὄργια] Adscribam verba *Servii* ad *Virg.* Aen. 4, 302. valde huic loco opportuna, cum non adeo obvia sit, quae hic requiritur *orgiorum* significatio. ORGIA *apud Graecos* OMNIA SUNT SACRA, *ut apud Latinos* CERIMONIAE. *Sed jam abusive sacra Liberi orgia vocant, vel* ἀπὸ τῆ ὀργῆς, *a furore, vel* ἀπὸ τοῦ ὄρους *a monte.* In qua quidem etymi ratione allegranda, si modo ipse illam approbat, videtur tollere, quod paullo ante posuerat: utraque enim ratio ad Bachica sacra respicit. Melius igitur, qui ἀπὸ τοῦ εἴργειν, ab arcendo, vocem natam volunt: occultabantur enim cerimoniae arcebanturque ab illis curiosorum tum aures tum oculi. Caeterum hoc vult Critias, ignorato illo carmine & cerimoniis ex Cretensium Virginum capitibus non posse Gorgonas fieri, Palladaque eximium aliquid sibi retinere. *J.M.G.*

ἐπῳδῆς ἐγίνετο, τάχ' ἂν καὶ ἐκ νεκάδων ἐξήνεγκεν ἄν, καὶ ἐς τὸ γλυκύτατον φάος ἀνήγαγεν· ἀλλὰ λῆρος, παίγνιά τε καὶ μῦθοι, καὶ τῶν ποιητῶν τερατολογήματα. ὥστε ἔασον καὶ ταύτην.

ΚΡΙΤ. Ἥραν δὲ τὴν Διὸς γαμετὴν, καὶ παίγνηλον, οὐ δέχῃ; ΤΡΙΕΦ. Σίγα δὴ ἀσελγεστάτης ἕνεκα μίξεως, καὶ τῆς ἐκ ποδῶν καὶ χειρῶν ἐκτεταμένης, ὦ Χάριτες.

ΚΡΙΤ. Καὶ τίνα [a] ἑπομόσομαί γε;

ΤΡΙΕΦ. Ὑψιμέδοντα θεὸν, μέγαν, [b] ἄμβροτον, ἐρανίωνα,
Υἱὸν πατρὸς, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον,
Ἓν ἐκ τριῶν, καὶ ἐξ ἑνὸς τρία,

possent illae forte etiam ex inferis ereptos in dulcissimam hanc lucem reducere. Sed nugae sunt scilicet naeniaeque & fabulae a Poëtis portentose confictae. Itaque & hanc omitte.

11. CRIT. Junonem autem, Jovis uxorem pariter ac sororem non accipies. TRIEPH. Tace ob lasciviissimum illum concubitum, manibusque ac pedibus extensam ocius praetercurre.

12. CRIT. Per quem igitur tandem tibi vis ut jurem?

TRIEPH. *Per magnum Regem, caelestia regna tenentem,*
Morte carentem omni, natum patris, inde profectum
Ex patre flamen, tria de uno, atque ex tribus unum.

Ju-

a Ἑπομόσωμαι] Sic Edd. *Amst.* ἐπωμόσωμαι. *Gesn.* ἐπομόσομαι, quem sequor. b Ἄμβροτον] Ἀμβροντον prave *J.*

97. Ἐκ νεκάδων] Νεκρῶν. *V.*

5. Ἀσελγ. — μίξεως] Respicitne ad Il. Ξ, 197. seq. ubi Juno meretriciis artibus Jovem ad concubitum, medio die, in Idae montis vertice, impulit. Jam objecerat hoc *Homero Minucius Felix* 22, 4. quod narret, *Jovem cesto Veneris inlectum, flagrantius, quam in adulteras soleat, cum Junone uxore concumbere.* Et συγχρονῶν nostro *Gregor. Nazianz.* Orat. στηλιτ. I. p. 104. τίς δὲ ἡ θαυμασία μίξις τοῦ περιληγερίτου, καὶ τῆς σεμνῆς Ἥρας, ἡνίκα ἀχημονεῖν αὐτὸν ἀναπείθει μισούσης ἡμέρας. Interpres Gallus ad incestas cum fratre sororis nuptias refert. Sed fere est, ut turpius etiam quiddam suspicer, quod hic Junoni objicitur, de quo Theophilus Antiochenus 3. 3. Τὴν τε Ἥραν ἰδίαν ἀδελφὴν μὴ μόνον τοῦ Διὸς γαμεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀνάγκῃ ἀρρητοποιεῖν. Et 3, 6. Χρύσιππος δὲ πῶς οὐχ εὑρίσκεται σημαίνειν, τὴν Ἥραν σώματι μιαρῷ συγγίνεσθαι τῷ Διΐ; Haec profecto ἀσελγεστάτη μίξις, quam etiam in Samo depictam, & a Chrysippo interpretatione physica excusatam memorat Origenes contra Celsum l. 4. p. 196. *J. M. G.*

Ibid. Καὶ τοῖν ποδοῖν — ἐκτεταμένης] An leg. καὶ τοῖν ποδοῖν καὶ χειροῖν ἐκτεταμένοιν. I. e. manibus pedibusque fuge, τὸ χεῖρε παρασείσας. *Theophr.* Char. *F. G.*

Ibid. Ἐκ ποδοῖν καὶ χειροῖν] Jupiter Junoni suae, quod natum ex se & Alcmena Herculem quovis modo persequeretur, & novissime naviganti boream immisisset, iratus, manibus illius aureo vinculo ad caelum alligatis, a pedibus incudes duos, uxoremque adeo in aethere & nubibus suspendit, fere ut solent, de quibus per carnificem quaestio habetur. Fabula est Il. O, 18. seqq. Allegoria, quam proferunt Scholiasta ad eum locum, & *Phornutus*, non nimis videtur inepta, quibus Ἥρα ἀὴρ est, sive aër, ut alias: vincula aurea, stellae; incudes duo, terra ac mare. Tetigit fabulam etiam *Seneca* in Ἀποκολοκ. p. m. 404. *J. M. G.*

7. Ἑπομόσομαί] Ignotum Grammaticis futurum, qui ὀμόσω tantum & ὀμοῦμαι agnoscunt. *J. M. G.*

8. Ὑψιμέδοντα] Quo Luciani personam melius agere videretur, parodias etiam in rebus gravissimis nebulo inserendas duxit. *M. du S.*

10. Πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορ.] Haec, ni vehementer fallor, aetatem auctoris certius quam quae de Parthorum cladibus habet, dabunt. Sed ista iis relinquimus discutienda, qui historiam Dogmatum in ecclesia Christiana curiose perscrutantur: quippe qui aliunde argumentum hisce longe validius ad c. 9. protulerim, quo res haec mihi plane confici videtur. *M. du S.*

Πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορ.] Ex formula solenni, qua Spiritus S. ex Patre dicitur procedere, quod eo deinde ab Orientalium plerisque tractum est, ut negarent utique a filio etiam progredi. Sed hoc Theologis relinquimus, ut illud etiam, quod hic particula ἐκ & ἓξ, ad unitatem essentiae, personarumque distinctionem indicandam, adhibetur. *J. M. G.*

12. Ἓν ἐκ τριῶν] Conf. I. Epist. *Joan.* V. 7. ubi haec sententia. *J. F. R.*

Ibid. Ἐξ ἑνὸς τρία] Distinxi prout sensus postulat, & prout legitur hoc *Euripidis* carmen apud Lucianum in

Jou-

Jupiter haec tibi sint, solum hoc pro numine habeto.

CRIT. Computare tu quidem me doces, & jusjurandum tibi est arithmetica. Computas enim ut Nicomachus Gerasenus. Nescio enim quid tibi velis, unum tria, tria unum. Numquid de quaternario dicis Pythagorae, aut octonario aut tricenario? TRIEPH. Quin tu taces terrena, digna silentio. Non hic agitur de dimetiendis pulicum vestigiis. Ego enim te docebo, quid sit hoc universum, & quis sit ante omnia, & quae universi sit combinatio atque constructio. Antea enim mihi quae jam tibi usu venerunt. Sed postquam in Galilaeum incidi, recalvastrum, nasonem, qui per aëra incedens, in tertium usque caelum se penetraverat, resque omnium pulcherrimas

Ταῦτα νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

ΚΡΙΤ. Ἀριθμέειν με διδάσκεις, καὶ ὄρκος ἡ ἀριθμητική. καὶ γὰρ ἀριθμέεις ὡς Νικόμαχος ὁ Γερασηνός. οὐκ οἶδα γὰρ τί λέγεις, ἓν τρία, τρία ἕν. μὴ τὴν τέτρακτὺν φῂς τὴν Πυθαγόρου, ἢ τὴν ὀγδοάδα, καὶ τριακάδα; ΤΡΙΕΦ. Σίγα τὰ νέρθε, καὶ τὰ σιγῆς ἄξια, οὐκ ἔστ' ὧδε μέλρειν τὰ ψυλλῶν ἴχνη. ἐγὼ γάρ σε διδάξω τί τὸ πᾶν, καὶ τίς ὁ πρώην πάντων, καὶ τί τὸ σύστημα τοῦ παντός. καὶ γὰρ πρώην κἀγὼ ταῦτα ἔπαθον, ἄφρ' οὗ ἠνίκα δέ μοι Γαλιλαῖος ἐνέτυχεν, ἀναφαλαντίας, ὀπίππιος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας, καὶ τὰ κάλλιστα ἐκμεμαθηκὼς,

δι'

24. Ἀναφαλαντίας] Φαλακρός. *V.*

Jov. Trag. c. 41. ubi habes reliquos. Add. *Stob.* Ecl. Phys. 1, 3. *Heracl. Pont.* de Alleg. Hom. p. 441. *J.M.G.*

13. Ταῦτα νόμιζε Ζῆνα] *Euripidis* fragmentum notissimum, quod in incertis exstat. vs. 3. *M.du S.*

14. Ἀριθμέειν με διδάσκεις] *Moliere* hoc imitatus est in fabula: *Le festin de Piere* Act. III. Sc. 1. Vid. *Theophr. Raynaud* de bonis & malis libris part. I. Erotem. 1. §. 331. pag. 195. *M.V. La Croze.*

15. Νικόμαχος] Hujus de Arithmetica libri extant hodieque duo. Vid. etiam *Phot.* 187. *M. du S.*

Νικόμαχος] De *Nicomacho* hoc, ejusque *arithmeticis* vid. *Fabricius* Bibl. Gr. 4, 2, 1. Quando vixerit, nostra nihil interest, nisi quod ex iis, quae cel. *Fabricius* disputat, apparet, ab eo qui Trajano victoriam gratularetur, (quod Philopatridis auctorem hoc schedacius* diasmate fecisse, quidam volunt) laudari Nicomachum vix ac ne vix quidem potuisse. *J.M.G.*

17. Τέτρακτὺν] De *tetracty* Pythagorica plena omnia. De octonario *Macrobius* in Somn. Scip. I, 5. qui reliquorum etiam numerorum pandit mysteria. Ὀκτάδα frequentius dici putat, quam ὀγδοάδα *Sa. Tennulius* ad *Jambl.* in Nicom. Geras. p. m. 115. Caeterum inter Valentinianorum somnia fuere tetractys, ogdoas & triacas. Vid. *J. Fr. Buddeus* de haeresi Valent. §. 5. p. 424. & reliqui, qui de hac haeresi egere. *J.M.G.*

Τετρακτὺν] De tetracty Pythagorica vid. supra T. I. *Vit. Auct.* c. 4. & pluribus ad Dial. *pro Lapsi.* c. 5. *J.F.R.*

18. Σίγα] Senarium esse adscripsere *Guj.* & *Menag.*

Σίγα τὰ νέρθε] Christianorum formulae formulis gentilium longe notiores huic exstiterunt. Unde hanc habeat, incertum; ex *Euripide* tamen videtur desumpta. Vide Z. τρ. c. 3. *M.du S.*

20. Τὰ ψυλλῶν ἴχνη] Respicitur procul dubio ad *Aristophan.* Νεφ. 143. seqq. ubi quanta arte, quibusque machinamentis, culicum vestigia & saltus demensus fuerit Socrates, multo cum sale enarratur. quod ipsum forte in proverbium deinde abiit. *J.M.G.*

24. Γαλιλ. — ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀερ.] Quis ille *Galilaeus in tertium Caelum raptus?* Priora ad JESUM CHRISTUM; posteriora ad Paulum spectant. Cujus caput & faciem describit? nonne Pauli? certe non Christi, cui soli sequentia tribui par fuit. *M.du S.*

Γαλιλαῖος — ἀναφαλ.] De appellatione Galilaei expositum in dissert. §. 37. Hic illud monere satis fuerit, neque Paullum, neque ipsum JESUM CHRISTUM hic intelligi videri, sed quemcumque doctorem, cui derisor hic descriptionem, quam ipse ridiculam credit, accommodat. *J.M.G.*

Γαλιλαῖος] Sic Christianos & Celsus & Julianus Apostata vocabant, vid. *Dodw.* diss. Cypr. XII. Quae Paulo objiciebant Ethnici, vid. acta Phileae & Philoromi in *act. martyr.* sel. p. 549. *M.V. La Croze.*

Ibid. Ἐνέτυχεν] Vid. acta Theclae in *Spicilegio Grabii* T. I. p. 95. in ima pag. & p. 120. it. p. 334. med. *M.V. La Croze.*

Ibid. Ἀναφαλαντίας] *Reburrus, recalvaster.* Conf. T. I. *Tim.* §. 47. ibique *Hemsterh.* *J.F.R.*

25. Ἐπίππιος] Vix credo alias hanc vocem occurrere, cum *Pollux* pariter atque *Camerarius*, ubi de naso tractant ex instituto, ille 2, 72. hic p. 110. seq. Comment. utriusque linguae, nullam ejus mentionem faciant. Nec *Coelius Rhodiginus* cum Antiqq. Lect. 3, 30. de naso agit, quid hoc sit vocabuli explicat. Sed Gloss. Gr. Lat. Vulcan. ἐπίππιος Nasutus. *J.M.G.*

Ibid. Ἐς τρίτον οὐρανὸν] Manifeste ridet Paulli ἁρπαγήν, quam phrasi *Aristoph.* ex Νεφ. 225. exprimit. Ibi enim So-

δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν, ἐς τὰ τῶν μακάρων ἴχνια παρεισώδευσε, καὶ ἐκ τῶν ἀσεβῶν χώρων ἡμᾶς ἐλυτρώσαλο. καί σε ποιήσω ἤν μοι ἀκούῃς, ἐπ' ἀληθείας ἄνθρωπον.

ibi didicerat; is per aquam nos renovavit, impiorumque ereptos regionibus in beatarum animarum vestigiis collocavit. Etiam ex te faciam, si auscultare mihi velis, vere hominem.

ΚΡΙΤ. Λέγε, ὦ πολυμαθέσταλε Τριεφῶν, μὴ φόβος γὰρ [a] ἔρχομαι. ΤΡΙΕΦ. Ἀνέγνωκάς ποτε τὰ τοῦ Ἀριστοφάνους τοῦ δραματοποιοῦ ὄρνιθας ποιήματα; ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα. ΤΡΙΕΦ. Ἐγκεχάρακται γάρ αὐτοῖς τοιόνδε·

13. CRIT. Cedo, peritissime Triepho, horror enim me incessit. TRIEPH. Legistine unquam Aristophanis Comici poëmatia quae ille aves inscripsit? CRIT. Legi utique. TRIEPH. In illis ita ab eo scriptum est:

Χάος ἦν, καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ Τάρταρος εὐρύς.
Γῆ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν.

Chaos olim & nox erebusque fuit nigrum, tum Tartarus ingens
Non terra, aër nec olympus erat.

ΚΡΙΤ. Εὖ λέγεις. εἶτα τί ἦν; ΤΡΙΕΦ. Ἦν φῶς ἄφθιτον, ἀόρατον, ἀκαλανόητον, ὃ λύει τὸ σκότος, καὶ τὴν ἀκοσμίαν ταύτην ἀπήλασε, λόγῳ μόνῳ ῥηθέντι ὑπ' αὐτοῦ, ὡς ὁ βραδύγλωσσος ἀπεγράψαλο· γῆν ἔπηξεν ἐφ' ὕδασιν, οὐρανὸν ἐτάνυσεν, ἀστέ-

CRIT. Praeclare ista, sed quid tum? TRIEPH. Lux erat incorrupta, invisa, incomprehensa, *quae solvit tenebras, squallorem numine abegit.* Verbo tantum a se prolato, ut tardilinguis ille scriptum reliquit, terram aquis impositam condensavit, caelum expandit, stellas formavit fixas, cur-

[a] Ἔρχομαι] Εὔχομαι V2. Leg. ἴχομαι.

41. Φῶς] Θεός. V.

44. Ὁ βραδύγλωσσος] Μωσῆς. V.

Socrates caelestium rerum contemplationi intentus, & quid rei ageret, interrogatus, ἀεροβατῶ, inquit, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον. *J.M.G.*

27. Διὰ ὕδατος] Neque hic obscurum est, baptismum rideri. *J.M.G.*

28. Ἴχνια] Forte ante oculos habuit Auctor illud, quod inter *aurea*, quae vocantur, *Pythagorae carmina* relatum est:

Ταῦτά σε τὴν θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.

Quanquam si sensum magis, quam verba sequamur, in nostris libris etiam *Luc.* II, 79. scriptum est: τοῦ κατευθύναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης, pro eo, quod alias conversionem vocant Theologi. *J.M.G.*

Ibid. Παρεισώδευσε] Praepositiones, quibus junctum est hoc verbum, clandestinum quid, & fraudulentum alias significant, ut in παρεισάγειν & παρείσακτοι, παρεισβάλλειν, παρεισδύεσθαι, παρεισέρχεσθαι, παρεισπίπτειν, παρεισρεῖν, apparet. Forte id sibi vult Triepho, magistrum illum suum, suo jure caelum ingredi, discipulos magistro adhaerentes una clam irrepere. *J.M.G.*

Ibid. Ἀσεβῶν χώρων] Possis quidem ad coetum seu communionem impiorum referre, quam πονηρὸν αἰῶνα κ.τ.λ. nostri vocant; sed tamen secutus mihi videtur Auctor Lucianum suum, qui & *de Luctu* c. 8. & *Ver. Hist.* T. II. c. 17. & alias forte, de inferis, ubi mali puniantur, hac ῥήσει usus est. *J.M.G.*

30. Ἐπ' ἀληθείας] Quid ἀλήθεια apud sacros scriptores sit, nemini ignotum est paullum θεολογήσαντι. Sed forte illud sibi voluit Triepho, pro homine habendum non esse, qui humiliter adeo & abjecte de Diis sentiret, per disciplinam autem, quam ipse profiteretur, ab belluino ingenio ad humanum cultum posse traduci, qui non repugnarent. Quod quidem philosophi fere pollicebantur universi. *J.M.G.*

Ἐπ' ἀληθείας] Nescio an aliud mysterium lateat, quam ut vulgo accipitur pro *re vera*, uti ap. *Demosth.* de cor. p. m. 520. f. vel ἐπ' ἀληθείᾳ ap. *Aristoph.* Plut. 892. *J.F.R.*

32. Διὰ φόβος γὰρ ἔρχομαι] Verba sunt *Euripidis* in Or. vs. 757. *M.du S.*

34. Ὄρνιθας ποιημάτια] Quanquam drama unum est, idque satis longum, quod ὄρνιθες seu aves vocatur, haud immerito tamen τῶν ποιηματίων nomine insignitur, ob crebras per choros, systemata, odas, epirrhemata &c. concisiones, quae bonam partem sententiam etiam per se absolvunt. Locus qui prae manu est, habetur vs. 696. seqq. *J.M.G.*

35. Ἐγκεχάρακται] Utitur voce & noster infra c. 17. & Lucian. in Καταπλ. *seu Tyranno* c. 4. *J.M.G.*

37. Χάος] Extant etiamnum carmina ista apud *A-*

cursumque illis constituit, quas tu pro Dis venerare. Terram autem floribus exornavit, homines ex illis quae plane non erant, ut essent produxit. Jamque observat de caelo justos pariter atque injustos, in librisque singulorum actiones describit, omnibus autem, qua praefinivit die, justa retribuet.

14. CRIT. Quae vero Parcae glomerarunt omnibus, num & ea describuntur? TRIEPH. Quid ais? CRIT. De fato loquor. TRIEPH. Quin tu dicis, o pulcher Critia, de Parcis, ego vero discendi cupidus auscultabo. CRIT. Nonne Homerus, celebris Poëta dixit:

Fatum equidem nullum dico effugisse virorum.

De magno autem Hercule ita:

Nec potuit fugisse Atropon vis Herculis atram,
Qui Jove natus erat, patri carissimus idem:

ρας ἐμόρφωσεν ἀπλανεῖς, δρόμον διετάξατο, ὃς σὺ σέβῃ θεὸς, γῆν δὲ τοῖς ἄνθεσιν ἐκαλλώπισεν, ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντων ἐς τὸ εἶναι παρήγαγε· καὶ ἔστιν ἐν οὐρανῷ βλέπων δικαίους τε καὶ κακούς, καὶ ἐν βίβλοις τὰς πράξεις ἀπογραφόμενος· ἀνταποδώσει δὲ πᾶσιν ἣν ἡμέραν αὐτὸς ἐνετείλατο.

ΚΡΙΤ. Τὰ δὲ τῶν Μοιρῶν ἐπινενησμένα ἐς ἅπαντας, ἐγκαράττεσί γε καὶ ταῦτα; ΤΡΙΕΦ. Τὰ ποῖα; ΚΡΙΤ. Τὰ τῆς εἱμαρμένης. ΤΡΙΕΦ. Λέγε, ὦ καλὲ Κριτία, περὶ τῶν Μοιρῶν, ἐγὼ δὲ μαθητιῶν ἀκούσαιμι περὶ σοῦ. ΚΡΙΤ. Οὐχ Ὅμηρος ὁ ἀοίδιμος ποιητὴς εἶπε,

Μοῖραν δ' ἔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.

Ὅτι δὲ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους,

Οὐδέ γ' ὃς δὲ βίη [b] Ἡρακλείη φύγε κῆρα,
Ὅσπερ φίλτατος ἔσκε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι,
Ἀλ-

[b] Ἡρακλείη] Ἡρακλῆος *Hom.*

58. Ἀοίδιμος] Ἔνδοξος. *V.*

nistophan. av. p. 573. Ed. *B.* quod miror fugisse eruditissimum *Grotium* qui not. 5. ad L. I. de ver. Rel. Christ. c. 16. ait a Luciano & *Suida* conservata, cum ipse in *avibus* esse dixisset, quam fabulam *Aristophanis* extare adhuc, eum latere non poterat. Vid. *Gall.* ad *Lactant.* p. 22. *M. du S.*

44. Βραδύγλωσσος] Mosem haec non dubia nobis nota indicat. *M. du S.*

Ὁ βραδύγλωσσος] Moses *Exod.* IV, 10. כבד לשון sese ipse vocat, quod οἱ ὁ transtulere βραδύγλωσσος, & ab his noster ad insultandum Divino vati mutuatus est. *J. M. G.*

Ibid. Γῆν ἔπηξεν] *Ps.* XXIV, 2. Deinde ex *Jes.* XLIV, 24. ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐστερέωσα τὴν γῆν. Caeterum observarunt pridem viri doctissimi, vel ideo etiam siderum in hexaëmero creatorum mentionem a Mose fieri, ut eo magis hominum animos ab eorum cultu, id est, antiquissimo pariter & absurdissimo idololatriae genere averteret. Si enim creata sunt a Deo sidera, quidni, relicto architecto, honorem opificio deferre, extremae foret stultitiae? *J. M. G.*

46. Δρόμον] Τούτων hinc forte excidit negligentia librarii. *F. G.*

48. Ἐκ μὴ ὄντων] *Hebr.* XI, 3. dicitur εἰς μὴ φαινομένων. Nota est *Exucontiorum* haeresis, quod nominis in eam Arianorum sectam dicebatur, qui affirmabant, Christi Servatoris divinam etiam naturam ἐκ οὐκ ὄντων a Deo esse productam. Unde satis constat, Christianos illorum temporum de Creatione ita, ut hic noster, loqui solitos. *J. M. G.*

50. Ἐν βίβλοις] Haec sumta ex *Apoc.* XX, 12. 2. *Thess.* I, 6. *Act.* XVII, 31. quivis videt. *J. M. G.*

52. Ἣν ἡμέραν] Subaudi καθ' ἣν ἡμ. *F. G.*

53. Τὰ δὲ τῶν Μοιρῶν] Cum de Providentia Dei loquentem audit Triephontem Critias, haud immerito in mentem illi venit absurdi istius Parcarum commenti. Caeterum quod plurium numero dicitur ἐγκαράττεσι, illud absolute & quasi impersonaliter positum arbitror, fere ut Ebraei, cum de Deo etiam loquuntur, pluralem numerum saepe adhibent, cui tamen phrasi aliquid arcani sensus, & umbram saltem Trinitatis inesse, non est cur negemus. Fieri etiam potest, ut respexerit Critias ad expressam trium in divinitate hypostaseων mentionem. Caeterum postea & hoc idem verbum plurium numero recurrit, & exemtae actionis verba, quae vocant Grammaticorum filii, eodem numero efferuntur: ἐκπέμψεσι, ἐπιστρωνύσεσι, καταάξεσι κ. τ. λ. *J. M. G.*

57. Μαθητιῶν] *Aristoph.* verbum Νεφ. 183. *J. M. G.*

60. Μοῖραν] *Hom.* Il. Z, 488. allegat etiam Lucian. Apol. pro *Merc. Cond.* c. 8. & *Diogenianus Peripateticus* apud *Euseb.* Praep. Evang. 6. 8. p. 263. *J. M. G.*

63. Οὐδὲ γὰρ] *Hom.* Il. Σ, 117. seq. *J. M. G.*

66. Ἥρας]

Ἀλλά ἑ [a] Μοῖρ' ἐδάμασσε, καὶ ἀργαλέος χόλος Ἥρης.
Ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸν βίον καθειμάρθαι, καὶ τὰς ἐν τούτῳ μεταβολάς·
—— ἔνθα δ' ἔπειτα
Πείσεται ἅσσα οἱ αἶσα κατακλῶθές τε βαρεῖαι
[b] Γιγνομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.
καὶ τὰς ἐν ξένῃ ἐποχὰς ἀπ' ἐκείνης γίνεσθαι.
Ἦδ' ὡς Αἴολον ἱκόμεθ, ὅς με πρόφρων ὑπέδεκτο,
Καὶ πέμπ', οὐδέπω αἶσα φίλην ἐς πατρίδ' ἱκέσθαι.
Ὥστε πάντα ὑπὸ τῶν Μοιρῶν γίνεσθαι ὁ ποιητὴς μεμαρτύρηκε. τὸν δὲ Δία μὴ θελῆσαι τὸν υἱὸν
—— θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι,
ἀλλὰ μᾶλλον
Αἱματοέσσας [c] δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε.
Παίδα φίλον τιμῶν, τὸν οἱ Πάτροκλος ἔμελλε
Φθίσειν ἐν Τροίῃ.
Ὥστε, ὦ Τριεφῶν, διὰ τοῦτο μηδὲν προσθεῖναι περὶ τῶν Μοιρῶν ἐθελήσῃς, εἰ καὶ τάχα πεδάρσιος ἐγεγόνεις μετὰ τοῦ διδασκάλου, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἐμυήθης.

Sed sors dira virum, Junonisque ira subegit.
Quin vitam omnem, omnesque in illa mutationes fato esse constitutas atque ordinatas, idem docet,
— *Hinc ordine cuncta*
Suscipiet, quae vis fati Parcaeque verendae
Nascenti nevere, utero cum prodiit infans.
Moras etiam, quae in peregrino solo sunt sufferendae, a fato constitui, illa monent:
Aeolus, & placide venientem excepit, eantemque
In patriam juvit. Sed nondum fata sinebant.
Ut adeo omnia a Parcis fieri Poëtae testimonio constet. Jovem ipsum non velle a gnato
—— *diram defendere mortem,*
qui potius
Sanguinis in terram guttas demisit Olympo
Deplorans gnatum, qui mox mucrone Patrocli
Ad Trojam periturus erat.
Quae cum ita sint, verbum de Parcis addere unum non voles, quamvis forte cum illo magistro tuo sublimis in caelum raptus, arcanisque initiatus esses.

15. TRIEPH.

a Μοῖρ' ἐδάμασσε] Μοῖρα δαμ. *Hom.* b Γιγνομένῳ] Γινομένῳ Schol. male. c Δὲ] Ex *Hom.* inserui. Aberat ab Edd.

65. Ἑ] Αὐτόν. *V.*
72. Γινομένῳ] Ἀνθρώπῳ. *V.*
81. Τὸν υἱὸν] Σαρπηδῶνα. *V.*

65. Ἥρης] Quae tanquam Jovis sui ex pellice spurium, muliebribus odiis eum & plus quam novercalibus prosequeretur. *J. M. G.*
69. Ἔνθα δ'] *Hom.* Il. Υ. 128. & Od. H. 196. seqq. *M. du S.*
Ἔνθα δ' ἔπειτα] Od. H, 196. seq. Lucian. Apol. pro *Merc. Cond.* c. 8. Utroque autem loco pro γιγνομένῳ, quod noster habet, est γεινομένῳ. Et ita etiam *Diogenianus* apud *Euseb.* Praep. Evang. 6, 8. p. 263. Caeterum paullo aliter eandem sententiam Poëta effert Il. Υ, 127. Ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται ἅσσα οἱ αἶσα Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ. *J. M. G.*
70. Κατακλῶθες] Scholia parva ad Od. H, 197. & inde *Suidas* ita explicant: αἱ κατακλώθουσαι καὶ καταμαιροῦσαι ἑκάστῳ τὸ εἱμαρμένον, id est ipsae Parcae: paullo aliter atque est in Lexico Basileensi, ubi per *accumulationes staminum vox* explicatur, quanquam ipsa *Suidae* verba modo adducta Graece subjuncta sint. *J. M. G.*
75. Ἦ δ' ὡς Αἴολον] Ex Od. Ψ. 314. sed immutata. *M. du S.*
Ἦ δ' ὡς] Od. K, 1. seq. historia ipsa narratur, sed quos noster adducit versus, mutata persona leguntur Od. Ψ, 314. seq.
Ἦδ' ὡς αἴολον ἵκεθ', ὅ μιν πρόφρων ὑπέδεκτο, κ. τ. λ. *J. M. G.*
81. Τὸν

15. TRIEPH. Sed quid illud ſibi vult, quod idem Poëta duplex nobis comminiſcitur ancepsque fatum ? ita ut iſtud quidem facientem certus rerum exitus maneat ; ſed ſi aliud agat, alium etiam finem res nanciſcatur, ut de Achille, qui de ſe dicit :

Bina Thetis mihi fata tulit, mortemque biformem :
Si maneam, Teucrorumque adverſus moenia pugnem,
Non redeo in patriam, ſed erit mihi fama ſuperſtes :
Sin patriam placeat, carosque videre penates,
Fama perit, ſed longa venit ſine laude ſenectus

Sed & de Euchenore ita :

Qui fati gnarus, naves claſſemque petebat.
Saepe etenim, Polyide ſenex, haec fata canebas :
Aut morbo in patria periturum, aut inter Achivum
Nigras Trojano caſurum vulnere naves.

16. Negabisne haec ab Homero ſcripta ? aut ambiguam potius, & utrinque praeruptam fraudem agnoſces ? Sed Jovis etiam,

ΤΡΙΕΦ. Καὶ πῶς ὁ αὐτὸς ποιητὴς, ὦ καλὲ Κριτία, διττὼ ἐπιλέγει τ̓ εἱμαρμένην, καὶ ἀμφίβολον; ὡς τόδε μὲν τι πράξαντι, τοιῷδε τέλει συγκῦρσαι· τοῖον δὲ ποιήσαντι, ἑτέρῳ τέλει ἐντυχεῖν ; ὡς ἐπ' Ἀχιλλέως,

Διχθαδίας κῆρας φερέμεν θανάτοιο τέλοσδε,
Εἰ μὲν κ' αὖθι μιμνὼν Τρώων πόλιν ἀμφιμάχωμαι,
Ὤλετο μὲν μοι νόστος, ἀτὰρ κλέος ἄφθιτον ἔσται.
Εἰ δέκεν οἴκαδ' ἵκωμαι,
Ὤλετό μοι κλέος ἐσθλὸν, ὄφρα δηρὸν δέ μοι [d] αἰὼν
Ἔσσεται.

Ἀλλὰ καὶ ὅπι Εὐχήνορος,

Ὃς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν, ὅπι νηὸς ἔβαινε.
Πολλάκι γὰρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολυΐδος,
Νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθῖσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν,
Ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ἑοῖσι Τρώεσσι δαμῆναι.

Οὐχὶ πας' Ὁμήρῳ ταῦτα γέγραπ̓ ; ἢ ἀμφίβολος αὕτη, καὶ ἀμφίκρημνος ἀπάτη ; εἰ δὲ βέλει, καὶ τῦ Διὸς ἐπιθήσω σοι τ̓ λόγ-

d Αἰὼν] Aberat in *S.* & *Amſt.* aderat in *P. Bl. F.* &c.

81. Τὸν υἱὸν] Τὸν Σαρπήδοντα. *F.G.*

82. Θανάτοιο] Il. Π, 442. & mox vſ. 459. ſeq. ubi verſus ſuppletur vocula δὲ poſt αἱματοεσσας inſerta. *F.M.G.*

88. Διὰ τοῦτο] Id eſt, evidenter adeo doctrinam de Parcarum numine ex *Homero* tibi probatam dedi, ut cum omni tua ſapientia non habeas, quod contra dicere poſſis. *F.M.G.*

90. Τῦ διδασκάλυ] Χρισοῦ ſcilicet. *F.G.*

95. Σύγκῦρσαι] Epentheſis Aeolica in hoc verbo frequens. Dicitur enim ita pro συγκῦραι. Infra tamen c. 23. συγκυρῆσαι eodem ſenſu a συγκυρέω formatum reperio. Cogitare aliquis poterat, legendum forte eſſe quarto caſu, πραξαντα, ποιήσαντα, ut paullo poſt pro ἐπιβαλλομένῳ, ἐπιβαλλόμενον, certe ſtructurae id ratio exigebat. Sed poteſt intelligi μοῖραν vel εἱμαρμένον εἶναι, vel poteſt pendere ab ἐπιλέγει. *F.M.G.*

Ibid. Ποιήσαντι] Nondum certum mihi eſt an πράξαντι & ποιήσαντι culpa Librarii ſcriptum, pro πραξαντα, ποιήσαντα, cum ellipſis poſſit eſſe τῦ εἶναι, vel ἀνάγκη. Sed c. ſeq. ἐπιβαλλομένῳ aliud eſt. *F.F.R.*

98. Διχθαδίας] Il. I, 410. ſeq. *F.M.G.*

5. Ἵκωμαι] Additur apud *Hom.* φίλην δ' εἰς πατρίδα γαῖαν. *F.M.G.*

7. Αἰὼν] *Benedictus* in hoc verſu Homerico intercidere paſſus eſt αἰὼν, quod ſervant antiquiores. *F.F.*

10. Ὃς ῥ' εὖ] Il. N, 665. ſeq. *F.M.G.*

11. Πολυΐδω] Τὴν Πολυΐδου μαντικὴν inter ea quae ſaltatorem noſſe deceat, & ſaltando oporteat exprimere, refert Lucian. *de Saltat.* c. 49. Meminit etiam Dial. ad *Heſiod.* p. 487. pr. Mirabilis de Polyido hiſtoria eſt apud *Apollod.* Biblioth. 3, 3. quam credibiliorem explicando facit *Palaephatus* περὶ ἀπίσων c. 17. Add. *Hygin.* fab. 186. Caeterum Πολυΐδω forte dictus ἀφ' τὸ μάντιν ὄντα πολλὰ εἰδέναι. *F.M.G.*

λόγον. [a] οὐχὶ τῷ Αἰγίσθῳ εἴρηκεν ὡς ἀπο-
χωμένῳ μὲ τὰ μοιχείας, καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα
ἐπιβουλῆς, ζῆν καθείμαρτο πολὺν χρόνον;
ἐπιβαλλομένῳ δὲ ταῦτα πράττειν, ἁ κα-
θυστερεῖν θανάτου; τοῦτο κἀγὼ πολλάκις
προμαντευσάμην· ἐὰν κτάνῃς τὸν πλησίον,
θανατωθήσῃ αὐτὸς ὑπὸ τῆς δίκης· εἰ δέ γε μὴ
τοῦτο πράξῃς, βιώσῃ καλῶς,

Οὐδέ σ' ὦκα θέμις τέλεσθαι θανάτοιο κιχεῖν.

οὐχ ὁρᾷς ὡς ἀδιόρθωτα τὰ τῶν ποιητῶν, καὶ
ἀμφίλογα, καὶ μηδέπω ἡδραιωμένα; ὥστε
ἔασον ἄπαντα, ὡς καὶ σὲ ἐν ταῖς ἐπουρανίοις
βίβλοις τῶν ἀγαθῶν ἀπογράφωσι.

KPIT. Εὖ πάντα ἀνακυκλεῖς, ὦ Τριε-
φῶν, ἀλλά μοι τόδε εἰπέ, εἰ καὶ τὰ τῶν Σκυ-

if vis, orationem adjiciam. Nonne Aegi-
stho dixit, si vellet se abstinere ab adulte-
rio, insidiisque Agamemnoni struendis, ut
diu viveret, esse in fatis? sin ista facere
aggrederetur, acceleratam mortem non effu-
giturum. Ad eum modum & ego vatici-
natus saepe sum, si occideris alium, ab ipsa
Nemesi mortem expecta: si hoc non fece-
ris, bene vives,

Nec tibi fas subito fatum finemque venire.

Non vides, quam sint minime castigata,
quae Poëtae fingunt, quam ambigua, nul-
lisque subnixa fundamentis? Omnia igi-
tur, si sapis, omitte, ut te etiam in caele-
stibus bonorum libris inscribant.

17. CRIT. Bene revolveris ad id, unde
discesseramus. Sed illud mihi dic, Scytha-
rumne

[a] Οὐχὶ τῷ] Nil variant Edd. ἁ μοιχῷ vult *Palm.*

20. Οὐχὶ τῷ Αἰγ.] Lego, ἁ μοιχῷ Αἰγίσθῳ. *J. P. a G.*
Οὐχὶ τῷ Αἰγίσθῳ] Od. A, 35. seq. *Palmerius* legit, ἁ μοιχῷ Αἰγ. *J. M. G.*

23. Ἐπιβαλλομένῳ] Pendet hoc verbum a καθείμαρται. *J. M. G.*
Ἐπιβαλλομένῳ] Non video rectius dici ἐπιβαλλόμενον, ut Vir Cl. N°. 95. vult; nam dativus ille cohaeret cum praemisso εἴρηκεν & καθείμαρτο. Et licet accusativus, praecedente etiam dativo, recte sequatur (vide supra ad *Electr.* c. 3.) tamen id perpetuum non esse, quin vel minus frequens, quam eumdem casum continuari, facile patet; sed jam ipse hoc adgnovit. *J. F. R.*

25. Τὸν πλησίον] Ut in sacris, pro quovis homine, qua notione aliquoties etiam a Luciano adhibetur, e. g. *Necyom.* c. 16. & *Tyran.* c. 15. *J. M. G.*
Τὸν πλησίον] Adde Nostrum de *Calum.* c. 7. & 10. Et *Long. Past.* I. 15. ubi recte τὸν πλησίον Ed. princeps. πλησίων recentior; licet vicini ibi intelligantur. *J. F. R.*

26. Παρὰ τὴν Δίκης] Compara *Act. Apostol.* XXVIII, 4. prorsus enim eadem res utrobique agitur. Neque hodie multo aliter nostri homines. Videtur autem quasi προσωποποιΐας hoc loco δίκη, ut saepe a multis, & a Luciano in *Bis Accusat.* factum, ubi loquentem & jus dicentem introduxit. Add. *Clemens* Protrept. pag. 16. *Hesiod.* intra octo versus huic vocabulo quatuor diversas potestates subjecisse observat *J. Cleric.* Ar. Crit. P. II. s. 1. c. VI. §. 15. ubi provocat etiam ad *Silv. philol.* c. 5. *J. M. G.*

28. Οὐδέ σ' ὦκα θέμις] Locum *Homeri* qui inspexerit, facile illud θέμις expungendum esse, mecum sentiet; quod unde aut cur invectum sit, miror. *M. du S.*
Οὐδέ σ' ὦκα] Versus distortus ex Il. I, 416 ita posset restitui οὐδέ κε σ' ὦκα θέμιστι τέλεσθαι θανάτοιο κιχεῖν,

qua ratione sensui etiam consultum foret melius. Vix enim, nominativum θέμις posse adverbii vicem sustinere, arbitror. *J. M. G.*

33. Βίβλοις τῶν ἀγαθ.] Liber vitae ex nostra disciplina vocatur. Vid. *Phil.* IV, 3. *Apoc.* XX, 16. &c. *J. M. G.*

34. Ἀνακυκλεῖς] Supra c. 2. noster, & Lucian. *Nigrino* c. 6. eo sensu hoc verbum adhibent, ut significet recolere memoriam rei, eamque quasi ruminare, quae solennis etiam est significatio (an enim distinguant veteres duo verba ἀνακυκλέω & ἀνακυκλόω, non habeo certi quid dicere;) sed est aliquid apud *Longinum* περὶ ὕψους. Sect. 22. quod huic loco & rei melius videtur convenire. Nimirum de hyperbato agens, εἶτ' αὖθις, inquit, ἐπὶ τὰ πρῶτα ἀνακυκλοῦντες, ad institutum rursus sermonem reversi. Hanc proinde rationem in interpretatione secutus sum. *J. M. G.*

35. Τὰ τῶν Σκυθῶν] Forte cum respectu ad *Coloss.* III, 11. *J. M. G.*
Τὰ τῶν Σκυθῶν] Vid. nott. *Gaulmini* in vitam Mosis. p. 313. *M. V. La Croze.*

37. Χρηστὸς] De hac voce disputatum in dissert. §. 21. *J. M. G.*
Χρηστὸς] Vid. *Huet.* Dem. Evang. p. 61. Et *Lactant.* L. IV. c. 7. *M. V. La Croze.* Ac Dissert. Cl. *Rossal* de Christo in Chrestum mutato. *J. F. R.*
Ibid. Ἐν ἔθνεσι] Vel hinc manifesto Christianum arguere licet. Sed errant mea quidem sententia omnes, qui vocem χρηστὸς a vulgari & trito sensu aliorsum trahere conantur. *M. du S.*
Ἐν ἔθνεσι] Vox sacris fere scriptoribus propria, eos, qui extra Ecclesiam sunt, significat. Qua ratione novum sententiae nostrae, de χρηστῷ neque Christo neque Christiano, argumentum accederet. Si enim ἔθνη seu gentes sunt, qui non sunt Christiani, qui dicere po-

rumne etiam res in caelo describuntur? TRIEPH. Et omnes quidem, si modo bonum aliquem esse inter gentes contingat. CRIT. Multos in caelo scribas esse dicis, qui quidem describant omnia. TRIEPH. Bona verba, ne quid in sapientem Deum dicas petulantius. Sed tanquam unus catechumenus mihi ausculta, si modo vivere aeternum desideras. Si enim ut pellem explicavit caelum, terramque super aquis constabilivit, & stellas formavit, tum hominem, cum nihil ejus ante adesset, produxit; quid adeo mirum est, omnium etiam describi actiones? Te vero, cum forte domuncula aliqua exstructa, servulos ancillasque eo conduxisti, ne vilissima eorum actio fugiat: Deus autem, qui omnia fecit, non multo magis percurrat omnia facile, omnesque

Θῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἐγχαράπτωσι; ΤΡΙΕΦ. Πάντα, εἰ [b] τύχοι γε Χριστὸς ᾖ ἐν ἔθνεσι. ΚΡΙΤ. Πολλοὺς γε γραφέας φὴς ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς ἅπαντα ἀπογράφεσθαι. ΤΡΙΕΦ. Εὐστόμει, καὶ μηδὲν εἴπῃς [c] φλαῦρον θεῶν δεξιῶν, ἀλλὰ καληχέμου, πείθου πατρὶ ἐμοῦ, εἴπερ ζῆν χρῄζεις εἰς τὸν αἰῶνα. εἰ οὐρανὸν ὡς δέρριν ἐξέπλωσε, γῆν δὲ ἐφ' ὕδατος ἔπηξεν, ἀστέρας ἐμόρφωσεν, ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντος παρήγαγε, τί θαυμάσιον, καὶ τὰς πράξεις πάντων ἐναπογράφεσθαι; καὶ γάρ σοὶ οἰκίδιον καλασκευάσαντι, οἰκέτιδας δὲ καὶ οἰκέτας ἐν αὐτῷ συναγαγόντι, ἐδέποτέ σε διέλαθε τούτων πρᾶξις ἀπόλλυτος· πόσῳ μᾶλλον τὰ πάντα πεποιηκότα θεὸν οὐκ ἄπαντα ἐν εὐκολίᾳ διαθραμεῖν ἑκάστου πρᾶ-

b Τύχοι] Τύχῃ *Fl.* c Φλαῦρον] Φλαῦρος *Fl.* male.

40. Φλαῦρον] Φαῦλον ἢ κοῦφον, κακόν. Διαφέρει γὰρ φαῦλον δὲ τὸ μέγα. ἢ φλαῦρον ἀνδρὸς, δύσφημον, λυπηρόν. *V.* φλαῦρον τοῦ φαῦλον. φλαῦρον μὲν γάρ ἐστι τὸ μικρὸν κακὸν,

43. Δέρριν] Δίρμα. *V.*

potest Triephon, illos ex gentibus scribi in libro vitae, qui sint Christiani? Bonos autem viros esse inter gentiles, quis neget? & notum est, Christianorum etiam multos iis gentilium, qui honeste viverent, salutem aeternam denegare non ausos. *J. M. G.*

40. Εὐστόμει] Ex *Aristoph.* Νιφ. 831. seq. ubi legitur εὐστόμει, καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιούς. Unde suspiceris & hic legendum θεὸν δεξιόν. Syntaxeos certe ratio id exigebat: nisi dura satis ellipsi τὴν κατὰ omissam dicamus. Caeterum nomen δεξιὸς, Dei epitheton, illustravit *Spanhem.* ad Callim. H. in Cerer. vs. 32. *J. M. G.*

41. Κατηχούμενον] Proprium Christianorum verbum. Res notior est quam ut ei diutius immorari opus sit: observo tamen in *Asino* de animali usurpari, cum docetur; & in Z. τρ. quod opusculum certe Lucianeum est, de pueris c. 39. qui locus probe observari meretur. *M. du S.*

Κατηχούμενον] Manifeste ad Christianorum Catecheses alludit, & Catechumenos. *J. M. G.*

43. Ὡς δέρριν] Ex scriptura sacra petita haec imago. Vid. *Ps.* CII. 25. CIV. *Hebr.* I. & *Es.* XXXIV. 4. Quamquam aliis paulo verbis res eadem repraesentatur. *Clem. Alex.* p. 30. C. *M. du S.*

Ὡς δέρριν] Ita οἱ ὁ *Ps.* CIV, 2. ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν. *J. M. G.*

47. Σοὶ οἰκίδιον καλασκευάσαντι] Dativi absolute positi ut alias genitivi. Vid. Er. *Schmidius* ad *Matth.* VIII, 1. Ita Lucian. *Prometh.* c. 6. ἐπιτραπέντι σοι μοιράσαι τὰ κρέα. Vix enim est, ut ad sequens mox σεαυτῷ referas, cum nescio quid inconcinni pariat, & redundans, atque a facilitate Luciani alienum. Caeterum argumentatio ipsa nimium quantum vacillat. Quam multa servorum fugiant Dominos, qui ex vita quotidiana nondum didicit, discat ex Comicis quotquot sunt omnibus. *J. M. G.*

Ibid. Κατασκευάσαντι — σε διέλαθεν] Ut ἀνακόλουθον in his cum Cl. *Gesn.* adgnosco, ita in illis *Prometh.* 6. non opus credo idem statuere: nam cum ἐγὼ ἐπιτρέπομαί τοῦτο amet construi, adeoque & σοὶ τοῦτο ἐπιτραπέντι regulariter dicetur, quando aliud verbum dativ. postulans accedit. Itaque ibi nexus erit: ὅτι ἐφύλαττες σεαυτῷ ἐπιτραπέντι σοι μοιράσαι τὰ κρέα; adeoque abundantia pronominis fuerit potius, quam ἀνακόλουθον. Si cui tamen secus videtur, ei non magno opere contenderim. *J. F. R.*

51. Διαθραμεῖν] Frequenter veteres Deo illum percurrendi omnia actum tribuunt; quidam etiam θεὸν ἀπὸ τοῦ θέειν dictum volunt. *Plato* in *Phaedro*, atque ex illo *Athenagoras Legat. pro Christ.* p. 94. ed. *Dechair.* ὁ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ ζεὺς, ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα, κ. τ. λ. in quam ejus ῥῆσιν ἀποσκώπτει Lucianus *Revivisc.* c. 22. Forte ita si non sentiendi, certe loquendi occasionem dedere vetustissimi idololatrarum, qui in sole, unico aut summo Numine, cursus imprimis velocitatem incredibilem, omniumque rerum curatissimam quasi inspectionem mirabantur, (Il. Γ, 277. Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς ἠδ' πάντ' ἐπακούεις) unde illa etiam πάντα θεὸς βλέπει, θεῦ ὄμμα, & similia forte orta sunt. Plura habet in hanc sententiam *Macrobius Saturn.*

πρᾶξιν, καὶ ἔννοιαν; οἱ γάρ σε θεοὶ κόταβ- omnium & actiones & cogitationes! Tui enim Dii cottabus illis, qui rectum sapiunt, olim facti sunt.

ΚΡΙΤ. Πάνυ εὖ λέγεις, καί με ἀντιστρόφως τὴν Νιόβης παθεῖν· ἐκ πέτρας γὰρ ἄνθρωπον ἀναπέφηνα. ὥστε τοῦτον τὸν θεὸν προστιθῶ σοι, μή κακόν τι παθεῖν παρ' [a] ἐμοῦ. ΤΡΙΕΦ. Εἴπερ ἐκ καρδίας μ' ὄντως φιλεῖς, μὴ [b] ἑτερεῖόν τι ποιήσῃς ἐν ἐμοί,

Καὶ ἕτερον κεύσῃς μὲ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃς.

ἀλλ' ἄγε δὴ τὸ θαυμάσιον ἐκεῖνο ἀκουσμάτιον ἄεισον, ὅπως κἀγὼ καλωχριάσω, καὶ ὅλως ἀλλοιωθῶ, καὶ οὐχ ὡς ἡ Νιόβη ἀπαυδήσω, ἀλλ' ὡς ἀηδὼν ὄρνεον γενήσομαι, καὶ

18. CRIT. Rectissime dicis, facisque, ut quemadmodum ex homine lapis Niobe, ita conversa ratione ego ex lapide homo jam factus sim. Hunc igitur Deum jurijurando adjicio, te nihil a me mali accepturum. TRIEPH. Si quidem ex animo atque vere me diligis, cave committas in me fraudem aliquam,

Atque aliud dicas, aliudque in pectore celes.

Sed agedum mirabilem illam auditiunculam mihi occine, ut & ego pallescam, immuterque penitus. Nolim tamen ut quondam Niobe enecari penitus: sed avicula, ut Philomela *olim*, fiam, & per viridantia prata tuam

a Ἐμοῦ] Ἐκείνης, ἴσως L. b Ἑτερεῖον] Et sic *Fl.* cum cett.

52. Κόταβος] Παιδιὰ. *V.*

* Ἀπολέγομαι] Non agnoscunt C.

64. Ἀπαυδήσω] Ἀπαγορεύσω. * ἀπολέγομαι. *V.*

turnal. I, 17. seq. imprimis c. 24. & *Julianus laudatione in Solem.* Minime autem haec eo a me disputantur, ut providentiae Divinae vel ex rerum creatarum consideratione, vel ex traditione, notitiam gentiles habuisse, negem. Taceo quod per metaphoram haud insolentem locus, qui prae manibus est, aliique id genus explicari commode possunt, quemadmodum de mente humana *Thales* apud *Diog. Laërt.* I, 35. τάχιστον νοῦς, διὰ παντὸς γὰρ τρέχει. Unde nec sacrae literae Deo currum tribuere dubitant. *J.M.G.*

52. Κόταβος] An τῷ μάνει ἀνθρωπίσκῳ similes. *Tzetzes.* *F.G.*

Κόταβος] Converti *cottabus*, auctore *Plauto*, quanquam ille facetiarum magister ad aliam rem vocabulum detorquet. Locus est in *Trinum.* 4, 3, 4. *Cavesis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent.* Scilicet ludi genus est, cum vini reliquiis de poculo ad solum vel pelvim subjectam elidendis, sonus certa arte excitatur. Res vel ex Lexicis & *Plauti* Commentatoribus nota. Id igitur vult Triepho: Dii tui, ὦ Critia, adeo contemtui sunt & deridiculo sapientioribus, ut inde, quod illi rerum omnium sunt ignari, progredi ad negandam veri Numinis providentiam minime fas sit; ea ratione, ut illi, qui a muribus negat domum magnificam posse exstrui, mirum non videri debet, si id possunt homines. *J.M.G.*

54. Καί με —— παθεῖν] Ἀνακόλουθον est, vel ellipsis satis dura verbi ἐποίησας, qua ratione etiam locutus videtur magister nostri, Lucian. in *Contemplant.* c. 2. σὲ δὲ αὐτὸν κωλύσει, (τὸ πρᾶγμα vel ἡ διατριβὴ) ἐνεργεῖν τὰ τῶν θεατῶν ἔργα ἐς τὴν πλουτωνίου ἀρχὴν ζημιοῦν (ποιήσει) Si enim ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum κωλύσει subaudias, contrarius dicentis scopo sensus emerget. Aliter tamen vir. doctiss. *Jensius* in Lect. Lucian. p. 132. qui ὡς post ἔργα putat excidisse: quod magis probarem, si legeretur ζημιοῦν ΔΣ. *J.M.G.*

55. Παθεῖν] Sed vid. *Hemsterh.* ad *Contempl.* §. 2. N°. 52. *J.F.R.*

Ibid. Ἄνθρωπος ἀναπέφηνα] Refertur ad id, quod supra Critiae promiserat Triepho, καί σε ποιήσω ἐπ' ἀληθείας ἄνθρωπον. *J.M.G.*

56. Ὥστε τοῦτον τὸν θεὸν] Jam demum igitur post longissimam quasi digressionem ad propositum sermonem reditur. Cum enim per Jovem jurare vellet Critias, id, quod narraturus esset Triephonti, non esse magicum aliquod carmen, locum ille nactus totum Deorum concilium caelo exturbat, Parcisque sua eripit cum ipso fuso stamina, doctrinam denique de Deo & providentia veriorem profert, quibus ita transactis, redit denique Critias ad jusjurandum, dicitque hunc a Triephonte sibi indicatum Deum se adjicere tentato superius aliquoties jurijurando, ut scilicet firmum tandem aliquando fiat. *J.M.G.*

58. Εἴπερ σὺ κ.] V. *Aristoph.* Νεφ. p. 45. *M. du S.*

Εἴπερ σὺ καρδίας] *Aristoph.* Νεφ. 86. Ἀλλ' εἴπερ σὺ τῆς καρδίας μ' ὄντως φιλεῖς. *J.M.G.*

Ibid. Ἐκ καρδίας] Locutio scriptoribus sacris familiaris, vid. *Evang. Joan.* VIII. 37. *Rom.* VI. 17. &c. *J.F.R.*

59. Ἑτερεῖόν τι] Γρ. ἑτεροῖόν τι. *F.G.*

Ἑτερεῖον] Alias ἑτεροῖον scribi solet, neque altera forma usquam, quod sciam, apparet. Cum tamen quos vi-

tuam illam obstupescendam consternationem triſti vocula referam. CRIT. Ita me filius, qui ex Patre est, amet, ut istuc non fiet. TRIEPH. Dic igitur, accepta a spiritu sermonis virtute. Ego vero hic considebo, *Cantare, expectans, donec cessarit Achilles.*

19. CRIT. In publicam viam necessaria quaedam emturus prodieram: tum video ibi ingentem multitudinem, qui in aures alter alteri insusurrabant, adeo quidem ut labia haererent auribus. Ibi ego omnes circumspiciens, manuque incurva superciliis circumposita, quam possum acutissime cernens exploro, sicubi amicorum aliquem videre possim. Video autem Cratonem Po-

τ' θαυμασίαν σε ἐκπληξιν κατ' ἀνθηρὸν λειμῶνα ἐκτραγῳδήσω. ΚΡΙΤ. Νὴ τ' υἱὸν τ' ἐκ πατρὸς, ὃ τοῦτο γενήσεται. ΤΡΙΕΦ. Λέγε, πρὸς τοῦ πνεύματος δύναμιν τοῦ λόγου λαβών. ἐγὼ δὲ καθεδοῦμαι,

Δέγμενος Αἰακίδην ὁπότε λήξειεν ἀείδων.

ΚΡΙΤ. Ἀπιέναι ὅπου τ' λεωφόρου, ὠνησόμενός γε τὰ χρειωδέστατα, κἀγὼ δή ὁρῶ πλῆθος πάμπολυ ἐς τὸ εὖς ψιθυρίζοντας, ὅπως δὲ τῇ ἀκοῇ ἐφύντο τοῖς χείλεσιν· ἐγὼ δὲ πανταχῆ ἐς ἅπαντας, κἀ τ' χεῖρα τοῖς βλεφάροις περικάμψας, ἐσκοπίαζον ὀξυδερκέστατα, εἴ πού γέ τινα τ' φίλων θεάσωμαι. ὁρῶ δὲ Κράτωνα τ' πολιτικὸν, παιδό-

c Ἐσκοπίαζον] Nihil hic variare Edd. adpinxit *Solan.* hic & plus decies deinde, quod ubique repetere supervacuum erit.

76. Παπτήνας] Σκοπήσας. V.

videre licuit editi eam servent, mutare nolui, licet saepe in sphalmata eadem consentiri deprehenderim. De re ipsa quod est, videtur hic auctor argutari voce ἕτερον, quae sequitur, ut supra fecerat verbo ἐπωμώσατο. *J. M. G.*

60. Ἕτερον] *Homericum* e. g. Il. I, 313. Ὃς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ βάζει. Lucian. Apol. pro *Merc. Cond.* c. 6. Ἕτερα μὲν κεύθων ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα δὲ λέγων. *J. M. G.*

Ibid. Κεύσης μὲν] Μὲν κεύσης Ed. *Gesneri*; forsan errore operarum; nam in al. Edd. recte κεύσης μὲν ad versum. In *Amst.* μὲν κεύσῃ, quod ad versum etiam bonum. In *Hom.* l. d. est: Ὃς χ' ἕτερον μὲν κεύθει — Et Lucian. pro *Merced. Cond.* c. 6. ἕτερα μὲν κεύθων ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγων. Sed & ego μὲν ante κεύσῃ collocatum malim; modo in media forma locum haberet. *J. F. R.*

63. Κατωχριάσω] Pertinet ad illud, quod ab initio Critiae dixerat Triepho, ὠχρὸς τέ σευ εἶλε παρειάς. Sed quae haec est insania: prius caveri jurejurando sibi jubet, ne malum ex auditione nanciscatur, jam eadem omnia vult ipse in se experiri, quae ante Critias. *J. M. G.*

64. Ἀλοιωθῶ] Supra ὅλον σεαυτὸν ἠλοίωκας. *J. M. G.*

Ibid. Ἀπαυδήσω] Peculiarem apud Graecos vim habent dicendi verba, si cum ἀπὸ conjungantur. Praeter enim abnuendi vel negandi significationem, quae prima est & naturalis, defectionem aliquam virium notare videntur, ut aliquis cogatur *renuere* laborem, vel longiorem etiam vivendi moram. In praesentia tantum ex Luciano quaedam in hanc rem adferemus. Igitur hoc ipso ἀπαυδᾷν qua diximus ratione usus est *de Merc. Cond.* c. 39. πρὸς τὴν θεραπείαν σκάζοντα καὶ ἀπηυδηκότα, *de Lucin.* sub fin. s. c. 24. ὑπὸ λιμοῦ τριῶν ἓξ ἡμερῶν ἀπηυδηκότας. Ἀπαγορεύειν autem idem auctor ita adhibuit: *in Cataplo s. Tyranno* c. 18. ὃ γὰρ δὴ διὰ μὴ ἀπαγορεύσας ἀποπνιγῶ, *de Gymnasiis* c. 24. πρὸς κρύος ἀπαγορεύειν, ita in *Icaromen.* c. 20. Luna conqueritur: ἀπείρηκα πολλὰ ὦ δεινὰ πάσχουσα καὶ ἀκούουσα. Vid. *Pe. Fab.* Agonist. I, 8. *J. M. G.*

65. Ἀλλ' ὡς] Senarius. *F. G.*

66. Ἔκπληξιν] Ut supra c. 6. κατάπληξις, pro sermonibus ἐκπληκτικοῖς. *J. M. G.*

69. Παρὰ τοῦ πνεύματος] Mirum, nisi respicitur ad *Act.* I, 8. λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῦ ἐφ' ὑμᾶς. *J. M. G.*

Ibid. Τοῦ πνεύματος] Conf. *J. Elsner.* ad *Evang. Matth.* X. 20. *J. F. R.*

71. Δέγμενος] Il. I, 191. de Patroclo Achilli lyram tractanti auscultante. Lucianus etiam utitur in *Amoribus* fin. *J. M. G.*

75. Ἐφῦντο] Lucianus *Hermot.* c. 9. f. προσφὺς ἂν ἀπέτραγε τὴν ῥῖνα. Et ita in *Lapithis* c. 44. Adeo igitur auribus ora admovebant, de quibus noster loquitur, ut viderentur eos morsu sibi decerpere invicem voluisse. *J. M. G.*

76. Τὴν χεῖρα τοῖς βλεφ.] *Athenaeus* 14, 7. inter saltationum genera, Ἦν δὲ ὁ σκὼψ τ' ἀποσκοποῦντων τὸ χεῖρα ἄκραν τὴν χεῖρα ὑπὲρ τοῦ μετώπου κεκυρτωκότων. *J. M. G.*

79. Πολιτικὸν] *Politicum* vocat, quod tanquam Peraequator seu ἐξισωτὴς aliquam τ' πολιτείας partem administraret. *Gregor. Nazianz.* epistola 197. scripta est ad τοὺς πολιτευομένους, quos objurgat, quod Theotecno ex arte, quam profiteretur, ζημίαν, ut odiose vocat, hoc est tributum imponerent. Ita oratione 9. p. 155. eidem Episcopo τ' πολιτείας ἐπώνυμοι, & p. 156.

δόθεν φίλον ὄντα, καὶ συμπολικόν. ΤΡΙΕΦ. Αἰσθάνομαι τοῦτον. Τί ἐξισωτὶ γὰρ εἴρηκας· εἶτα τί; ΚΡΙΤ. Καὶ δὴ πολλοὺς ὑπαγκωνισάμενος ἦκον ἐς τὰ πρόσω, καὶ τὸ ἑωθινὸν, χαῖρε, εἰπὼν, ἐχώρουν ὡς αὐτόν.

politicum, a pueris amicum atque compotorem. TRIEPH. Sentio quem dicas. Nempe peraequatorem illum. Sed quid inde? CRIT. Multis igitur cubito amotis ad anteriora perveni, & ave, matutino dicto, ad hominem accessi.

Ἀνθρωπίσκος δέ τις, τὄνομα Χαρίκεν, σεσημασμένον γερόντιον, ῥέγχον τῇ ῥι-

20. Homuncio autem aliquis Charicenus nomine, putridus seniculus, inter ingentes ron-

156. οἱ ὐπὸ πολιτείαν, sunt ἐξισωταὶ, seu Peraequatores. *J.M.G.*

81. Ἐξισωτὴν] Vid. *Suid.* & not. & *Plut.* V. 1464, I. *M. du S.*

Ἐξισωτὴν] Recentiores Lexicographi hanc vocem, ceu labentis, puto, Graecitatis, omittunt: *Suidas* & *Hesychius* per ἐπόπτης simpliciter explicant. *Varinus* addit ἀναγραφεὺς, cum quo conveniunt Glossae MSS. apud *Cangium in glossario*, qui caeteroquin ex adductis auctorum locis vim vocabuli satis explicat. Antiquiorem non laudari *Eusebio*, in disputatione jam dictum §. 28. Inscriptio etiam quam ad *Eusebii* l. c. ex *Grutero* 361, I. profert *Valesius*, Constantini M. aevo non potest esse antiquior. Siquidem *L. Aradius Valerius Proculus*, cui posita est, Consul fuit A. D. cccxxxx. Collega *Acindyno*, quod probavit *Th. Reinesius* classe VI. Inscript. 122. p. 459. Rem ipsam diligenter exposuit *Jac. Gothofredus* ad tit. 11, 13. *Codicis Theodosiani de censitoribus, Peraequatoribus & Inspectoribus.* Eo autem summa redit: Peraequatores, Gr. ἐξισωταὶ, fuere qui quantitatem seu modum census, aequarent, ut aequabilitas inter tributarios servaretur. Erant igitur quasi retractatores census, unde ἐπανορθωσιν illis tribuit *Gregor. Nazianz.* Ep. 198. cujus extat etiam peculiaris oratio, nona scilicet, quam, ut titulus habet, εἰς τοὺς λόγους, καὶ εἰς τὸν ἐξισωτὴν Ἰουλιανὸν, amicum suum habuit, quem rogat ut & alias aequum se praebeat, & speciatim τῷ τῶν ἱερῶν χορῷ, qui nihil pro Caesare haberent, omnia pro Deo, parcat. Caeterum in ipsa oratione ἐξισωτὴν eum non vocat, sed γραφέα. In notis monetur, alios ἀπογραφέα legere, φόρων γραφέα alios, quo confirmantur, quae paullo ante de nomine diximus. Huc facit etiam illud, quod epist. 166. eundem *Julianum* rogat *Nazianzenus*, ut aliquot *Clericos* ἀπὸ τῆς γραφῆς liberet. Ex epistola autem 168. apparet *Julianum* voluisse, κοινωνὸν sibi esse *Gregorium* τῆς κατὰ τὴν ἐπανόρθωσιν σκέμματος, quod ille tum renuit, eumque hortatur, ut, si quid male ante constitutum sit, id corrigat. Ex his satis puto constare qui fuerint illo tempore ἐξισωταὶ, & quam parum accurate *Jac. Gutherius* de Offic. domus Aug. 3, 27. scripserit simpliciter ita: *Peraequator est, qui desertos agros patrimoniales aliis in emphyteusin dat, Censitor alibi dictus.* *J.M.G.*

82. Παραγκωνισάμενος] Lucian. *Jov. Trag.* c. 16. καὶ δὴ παραγκωνισάμενος τοὺς πολλούς. *J.M.G.*

Παραγκωνισάμενος] De hoc verbo vid. si quid opus *Hemsterh.* ad *Timon.* Ed. min. p. 115. quae majori non inseruit. *J.F.R.*

85. Χαρίκεν] Manifesto jam Christianos irridet. Quae repentina haec mutatio est? Dicam. Ab homine gentili non crederetur scriptus Dialogus, nisi aliquid in eos inclementer dictum foret. *M. du S.*

87. Ἐπισεσυρμένον] *Tractim & languide.* *F.G.*

Ἐπισεσυρμένον] *Navigio* s. *votis* p. 492. de Aegyptio puero: ἰφθέγξατο ἐπισεσυρμένον τι, Interpres: *dissolutum & incompositum quiddam.* Quam recte, non disputo. Hic autem de screante sermo est: non absurde igitur a me versum esse arbitror. In *Gallo* c. 10. ὑπόσσητε, καὶ ἐνεχρέμπτετο μύχιόν τι. *J.M.G.*

89. Ἐπιφθέγξεται] Forsan ὑποφθέγξεται. *F.G.*

90. Οὕτως ὡς προσῆκον] Obscurissimus hic locus &, ut nostri verbo utar, διεσκληκμένος. Videbo tamen, an clarior opera mea possit fieri, veniam praefatus, si non ubique rem acu tetigisse visus fuero. Videtur igitur hoc velle Critias: convenerant Christiani aliquot, Monachi forte & Ascetae, de injuriis Juliani Apostatae in Christianum nomen, *Clericos* inprimis, conquerentes, & spe meliorum temporum praesentia mala levantes, seu meliorem Juliano cui interitum vovebant, successorem spoponderint, & jam animo destinarint, cujus eos insimulat Critias; seu, quod probabilius videtur, Christi servatoris opem, quam verbis, ad rem, de qua conquesti fuerant, accommodatis, exprimunt, certa spe praeceperint. Horum, vel unius ex his, verba quaedam a se, ut solent qui alterum exagitant, interpolata & calumniose detorta profert jam Critias, quae accuratius erunt consideranda. *J.M.G.*

91. Καταλείπει ἐλαπεισμοὺς] Forsan καλαλείγει. Et ἐλλαπεισμοὺς ab ἐλλειπάω, quod est ab ἐλλείπω. *F.G.*

Καταλείπει ἐλειπασμοὺς] A posteriore vocabulo videtur pendere sensus verbi prioris. *H. Stephanus: ἐλειπασμὸς dicitur legi alicubi apud Lucianum, sed perperam, ideoque Lascaris pro eo reponendum censuit ἐλλειπασμὸς reliquiae. Alii ἐλλιπασμὸς, saginatio,* a λιπαίνω. Ego putaverim similem vim habere apud nostrum ἐλλειπασμοὺς, ei quam habet conjugata vox ἐλλείμματα, qua utuntur Graeci scriptores, cum dicere volunt id, quod Latine sunt *Reliqua*, quomodo appellantur ea, quae fisco ex praeterito debentur, ut fuse docuit *Jac. Gothofredus* ad L. I. Cod. *Theod. de indulgentiis debitorum.* Add. *Spanh.* de Usu & Praest. Num. diss. 13. p. 552. seq. ubi inter alia observat, quod ad rem nostram facit, ἐλλείμματα esse Constantinei aevi, Juliani, Themistii &c. reliquos λοιπὰ & λοιπάδας dicere. Dico similem; non plane vim eandem. Ἐλλειπασμὸς, puto, est conniventia circa ἐλ-

ronchos, tussimque imis ductam pulmonibus, enixe screat. Erat vero sputum ipsa morte lividius. Tum exili voce ita infit: *Hic, quemadmodum ante dicebam, Peraequatorum indulgebit omissa, debitaque* reddet creditoribus, privatasque impensas aeque ac publicas solvet. Recipiet etiam vanos fu-

νὶ, ὑπέβηθε μύχιον, ἐχρέμπετο ἐπισεσυρμένον· ὁ δὲ πτύελος κυανώτερος θανάτου· εἶτα ἤρξατο ἐπιφθέγγεσθαι καλιχνημόνιον· ὅτι, ὡς προεῖπον, τοὺς τῶ ἐξισωτῶν καταλείπει ἐλλειπασμούς, καὶ τὰ χρέα τοῖς δανεισταῖς ἀποδώσει, καὶ τά τε ἐνοίκια πάντα, καὶ τὰ δημόσια. καὶ τὰς εἰραμάγγας δέ-

ἰλλείμματα, cum patitur Peraequator, quosdam nihil dare, & immunitatem illis indulget, in describendo & peraequando censu. Haec de Peraequatoris sententia, & spe eorum, quibus ille indulget, plane non debentur in posterum. Alii, quibus iniquum id videtur, vocant *reliquationes*, ἐλλείμματα, & Peraequatoris factum ἐλλειπασμόν. Constat caeteroquin, parce satis Julianum indulsisse reliqua, quod Ep. 47. de se testatur. Et *Ammian. Marc.* 16, 5. *Denique id eum ad usque imperii finem & vitae scimus utiliter obseruasse, ne per indulgentias, quas appellant, tributariae rei concederet* RELIQUA. *Norat enim hoc facto se aliquid locupletibus additurum*, &c. Inprimis autem *Clericis* durum valde & iniquum eum fuisse, non ignotum, cujus rei insignia aliquot specimina profert *Fac. Gothofredus* ad l. 4. *Cod. Theodos. de lustrali collatione*, & locis ad quae ibi lectores remittit: cum tamen quasi suo quodam jure immunitatem a publicis oneribus sibi dari postulaverint, quod praeter plurimas *Codicis* sibi dari postulaverint, quod praeter plurimas *Codicis* tum *Justinianei* tum *Theodosiani* leges, testantur alitum *Justinianei* tum *Theodosiani* leges, testantur aliquot *Nazianzeni* loca modo a nobis adducta, in ἐξισωτῶν declaratione, quibus petit a Peraequatoribus, ut Monachis atque Sacerdotibus velint parcere, qui pro Caesare nihil, omnia pro Deo haberent. Ad has igitur quasi praeteritiones τῶ ἐξισωτῶν ubi incensos pro Caesare nihil, omnia pro Deo haberent. Ad has igitur quasi praeteritiones τῶ ἐξισωτῶν ubi incensos praetermittebant *Clericos*, τοὺς ἐλλειπασμοὺς refero, & τὸ καταλειπεῖν explico de non novanda, sed in statu suo relinquenda, ista praeteritione. Hoc quidem proprie significat καταλείπειν. Quod praesens posuit auctor pro futuro, rem certam forte indicare voluit: aut dedit futuro secundo καταλιπεῖ. Καταλύσει *Heumannianum*, aut quod alias suspicabar, καταλείψει a verbo καταλειφω ad *abolitionem reliquorum* pulchre conveniunt: sed non ita bene ad ἐλλειπασμοὺς τῶ ἐξισωτῶν, quales descripsimus: quos quidem legibus posteriorum Imperatorum relictos, quin confirmatos & auctos, immunitate ecclesiis & bonis ecclesiasticis concessa, satis constat. *J. M. G.*

Καταλείπει] Καταλύσει legit *Heuman.* Poec. p. 252. *J. F. R.*

Ibid. Τὰ χρέα τοῖς δανεισταῖς] Studiose, puto, hic cavillatur, cum Christiani non de novis tabulis, dissolvendoque per unam epistolam aere alieno, locuti sint, sed de *debitis*, quorum in dominica oratione mentio est. *J. M. G.*

92. Ἀποδώσει] Lege ἀποδίδωσι. *F. G.*

Ibid. Καὶ τά τε] Hocce καὶ delendum monet Cl. *Heumann.* Poec. p. 252. f. *J. F. R.*

Ibid. Ἐνοίκια] Proprie conductarum aedium mercès, quam dissolvere & privatae & publicae liberalitatis genus fuisse, docet V. G. Lucian. *Cronosol.* p. 617. Vid. *Casaub.* ad *Sueton.* Jul. c. 38. *Gron.* de Pec. Vet. 1, 2. p. 57. *J. M. G.*

93. Εἰραμάγγας] Et hoc conclamatum est, nisi forte in glossariis recentioribus aliquid restet subsidii. Barbariem harum vocum miratur mecum Cl. *Kusterus.* Vid. Λεξ. c. 4. κατόπιν τῶ Καριμάντων, & an huc pertineat. *M. du S.*

Ibid. Τὰς εἰραμάγγας] Varia in mentem venere viris doctis de emendanda hac voce. Ac τοὺς non τὰς omnes volunt: pro εἰραμάγγας autem ἱερομανάχους Cel. *Heumannus*, ingeniose, ut solet; sed vereor ne Juliani etiam aevo sit illud nomen recentius. Εἰρηνευτὰς Neuburii, viri & ipsius ingeniosissimi ferrem, si de Socraticis philosophis sermo esset. Ὀνειρομάντεις huic loco apti, sed quis capite diminuit & prima illos syllaba truncavit? Εἰρηνάρχαι aliquamdiu mihi placebant, nec sine caussa, quod praemium Sophistis dari solitum εἰρηναρχία, ut ex Aristidis vita constat. Vid. *Masson.* ad A. 169. n. 13. Et generatim *Fac. Gothofredus* ad C. Theod. de Irenarchis. Putabam ergo, promittere sibi Sophistas, qui hic inducuntur, Christianos a successore Juliani Irenarchias. Sed post annos xxv. redeunti ad prima nostra cogitata, visum est, nihil adhuc illis prolatum esse vel a me vel ab aliis melius. Non fieri hoc solius φιλαυτίας vitio, inde conjicio, quia recentior cerebri nostri foetus sunt εἰρηνάρχαι. Reponantur itaque φροντίδες πρῶται jam τρίται atque adeo δευτέρων forte σοφώτεραι. Compositum nempe arbitror nomen ex εἶρα & μάγγανον vel μαγγανεύειν. Ac posterioris quidem haud obscura est significatio; de praestigiis enim faciendis, aliisque dolis aut machinamentis adhiberi solet. Εἶρα vel ἴρα autem concionem significat, locum ubi conciones fiunt, forum &c. apud *Homer.* e. g. Il. Σ, 531. ἰρέων προπάροιθε κ. τ. λ. & *Hesiod.* Theog. 804. Esset igitur εἰρημάγγης concionum integrarum deceptor, praestigiator. Sed magis fere mihi arridet, quod *Eustath.* ad *Homer.* l. c. p. 1218, 15. *Basil.* non ἐκκλησίαν tantum, sed μαντείαν etiam τὸ εἶρα ex quorundam mente ait significare, ut adeo εἰραμάγγης dicatur, qui vaticinia crepat, iisque tum se, tum alios decipit, quod quidem auctoris consilio apprime convenit, qui divinationes & mala omina Christianorum de republica dedita velut opera derideda sibi sumserit. *J. M. G.*

Εἰραμάγγας] Vid. *Senec.* Ep. 95. p. 474. Et *Greg. Turon.* hist. Franc. L. V. §. 29. Lege καὶ τοὺς χειρωνάκτας. *M. V. La Croze.*

94. Μὴ

δέξεται, μὴ ἐξετάζων τ τέχνης, ϗ καλεφλυάρει ἔτι σικρότερα. οἱ δὲ αὐτὸν δὲ ἥδονλο τοῖς λόγοις, ϗ τῷ χαινῷ τ ἀκουσμάτων σροσέκειντο.

turi conjectores, non aestimans illos ex arte. Quin amariora etiam homo nugabatur. Qui autem circa erant, delectabantur sermonibus, novisque audiendis rebus attendebant.

Ἕτερος δὲ τὄνομα Χλευόχαρμος, τριβώνιον ἔχων σολύσαθρον, [a] ἀνυπόδετός τε, ϗ ἄσκεπος, μετέειπε, τοῖς ὀδοῦσιν ἐπικροτῶν, ὡς ἐπεδείξατό μοί τις κακοείμων, ἐξ ὀρέων σαραγενόμενος, κεκαρμένος τ κόμην, ἐσ

21. Alius vero, Chlevocharmo nomen erat, lacinia, quam caries consumserat, indutus, excalceatus praeterea, & aperto capite, dentibus simul concrepans ita interlocutus est: *Ostendit mihi male vestitus aliquis, e montibus huc adveniens, co-*

a Ἀνυπόδετος] Hic nil variare Edd. notatu dignum, quod ante ἀνυπόδητος plurimum scribant. Conf. *Asin.* c. 16. Et *Cyn.* c. 13.

2. Κακοείμων] Κακὰ * τὰ εἱμάτια ἔχων. *V.*

* Τὰ] Καὶ male in Editis. Emendavit *M. du S.*

94. Μὴ ἐξετάζων τ τέχνης] Intelligo per ellipsin praepositionis ἀπὸ vel ἐκ. Plene Philo, vel quisquis auctor est libri de mundo in fine, p. 1172. A. Παιτέλης εὐήθεια τὸ γένος τ ἀνθρώπων ἀπὸ τ τεχνῶν ἐξετάζειν, *aestimare antiquitatem generis humani ex artibus.* Ad locum nostrum hoc pertinet: ad artem, quam quis exerceret, respiciebant in censu constituendo οἱ ἐξισωταί. *Nazianzenus* Epistola 197. ad τοὺς σολιτευομένους, quos eosdem esse ac Peraequatores, antea dictum est, lepide illos incusat, quod neque a Diogenis pera sibi temperaturi essent, sed & illi manum injecturi, τέχνην ἐπικαλοῦντες αὐτῷ τ τρίωνα, ϗ τὴν βακτηρίαν, ϗ αὐτὸ τὸ κεκτῆσθ μηδὲν ὂν τ φιλοσοφίας. Ille igitur quem Charicenus expectat, quisquis etiam sit, tantum abest, ut propter artem tributis quemquam vexaturus sit, ut ne de arte quidem sit interrogaturus, sed promiscue omnes (etiam praevissimos impostores) in beneficiorum communionem & ad vacationes munerum recepturus. *J. M. G.*

Ibid. Τῆς τέχνης] Τὰς τέχνας emendat *Heum.* Poec. p. 254. artesque liberales, praecipue Rhetoricam τέχνας vocatas probat. *J. F. R.*

98. Χλευόχαρμος] Utrique Prophetarum ab inanitate hinc gratiae, hinc gaudii, quod futurum annunciarent, nomen facit: respicitque ad κενὰς ἐλπίδας, quas supra c. 4. iis exprobrarat. Χαρίκλειος qui κενὰς χάριτας pollicetur, χλευόχαρμος cujus nugax & illusorium est gaudium. *J. M. G.*

Ibid. Τριβώνιον] Habitus Ascetae, quem etiam describi puto verbis, quae sequuntur: κακοείμων, ἐξ ὀρέων σαραγενόμενος, κεκαρμένος τὴν κόμην. De tonsura post erit agendi occasio. *J. M. G.*

2. Ὡς ἐπεδείξατο] Ὡς hic, & inferius c. 23. ὡς εἴ τινα λυγρὰν ἀγγελίαν ἀγάγοιμεν accipitur ἀντὶ τοῦ ὅτι ἀφηγηματικοῦ, cum obliquam orationem in rectam commutamus. De utroque agit *Devarius.* Quod ad rem ipsam attinet, crediderim respici ad caelestem aureamque Hierosolymam, ut in Apocalypsi divinitus est Johanni repraesentata; sub quo schemate felicia sibi tempora promittunt Christiani. *J. M. G.*

4. Ἀναγεγραμ. ὄνομα] Τὸ ἔχων hic desiderari videtur. *F. G.* Non desideratur, si ἐπιδείξατό μοι ὄνομα conjunxeris. *J. F. R.*

7. Ἀρισάνδρου ϗ Ἀρτεμιδώρου] Posterioris liber ad nostram usque aetatem pervenit: de priori *Plin.* XVII. 25. videndus, unde de prodigiis scripsisse discimus; meminit & *Aelian.* V. H. XII. 64. Huic Alexander credulitatem addixerat, ut ait *Curtius*, qui ejus passim meminit; ut & *Plut.* Alex. sed ab eo de divinatione scriptum aliquid nullibi reperio. Vid. etiam *Pott.* 294. 1. & *Rigaltium* ad Artemidorum l. 33. Telmissensibus inventionem artis tribuit *Clem. Alex.* p. 111. B. qua somnia conjectabant. Respicit nempe hunc Aristandrum, cui ea patria c. seq. & *Plut.* l. c. Lycius dicitur apud *Philostr.* 350. ubi id notae expediunt. *M. du S.*

Ἀρισάνδρου] *Aristander* Alexandro magno in itineribus & bellis comes. Meminit ejus *Clem. Alex.* Strom. 1. p. 334, d. *Curtius* 1, 11, 14. *Arrian.* Ἀναβάσ. 3, 2. *Artemidorus Onirocrit.* 1, 26. p. 217. ed. *Rigalt.* *J. M. G.*

Ibid. Ἀρτεμιδώρου] *Artemidorum* quando scripsisse putemus, in dissert. nostra §. 10. dictum. Respicit autem forte noster ad *Onirocrit.* 2, 5. ubi aurum mali esse ominis dicitur, non propter se quidem, sed propter quantitatem; si nimium appareat, aut supra dignitatem somniantis. Eod. libro c. 63. p. 149. τὰ σολλὰ, inquit, χρήματα ϗ νομίσματα ἔχειν φροντίδας καὶ λύπας σημαίνει & c. 64. p. ead. ὁ σολυχρήματος θησαυρὸς λύπας ϗ μερίμνας σημαίνει, ϗ θάνατον σροαγορεύει. *J. M. G.*

9. Τὰ χρέα σληθυνθήσε] Ita non somniorum tantum conjectores, *Artemidorus* Il. cc. & *Astrampsychus* p. 144. *Mantissae Meursii* ad lib. *de Luxu Romanorum* χρυσὸν κρατῶν, ἄπρακτος ὢν θέλεις ἔσῃ· sed etiam, tanquam in vulgus nota res in proverbium abiit. Lucian. *Gallo* c. 1. σὺ δὲ ὁρᾷς, ὅπως μὴ ὄναρ σλουτῶν, λιμώττῃς ἀνε-

comam detonsus, insculptum in theatro hieroglyphicis literis illius nomen; hunc auro viam inundaturum. Tum ego, *secundum Aristandri*, inquam, *Artemidorique praeceptiones, non bene haec vestra vobis somnia evenient: Sed tibi quidem angebuntur debita, pro portione qua solutionem somniasti: hic vero vel obolo, quem habet, privabitur, prout multo abundavit auro. Videmini autem mihi super alba rupe, somnio-*

κόμην, ἐν τῷ θεάτρῳ ἀναγεγραμμένον ὄνομα ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν, ὡς ὕστερον τῷ χρυσῷ ἐπικλύσῃ τὸ λεωφόρον. ἦν δ' ἐγὼ, κατὰ μὲν τὰ Ἀριστάνδρου καὶ Ἀρτεμιδώρου, ὦ καλῶς ἀποβήσονται ταῦτά γε τὰ ἐνύπνια ἐν ὑμῖν· ἀλλὰ σοὶ μὲν τὰ χρέα πληθυνθήσεται ἀναλόγως τῆς ἀποδόσεως· ὕστερον δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦ ὀβολοῦ γε στερηθήσεται, ὡς πολλῷ χρυσίῳ εὐπορηκώς. καὶ ἔμοιγε δοκεῖτε ὑπὲρ λευκάδα πέτρην, καὶ δῆμον ὀνείρων καταδαρθέν-

ἀναγράμμα. *Theocritus* Idyll. 22. s. *Piscatores* ita claudit: μὴ σὺ θάνῃς λιμῷ, καί τοι χρυσοῖσιν ὀνείροις. Alias, qui magnas opes dicere volebat, tantas esse dicebat, quantae in insomniis apparere soleant: *Theocrit.* iterum Idyll. 9, 16.

— ἔχω δέ τοι, ὅσσ' ἐν ὀνείροις
Φαίνομαι, πολλὰς μὲν οἷς, πολλὰς δὲ χιμαίρας.

Schol. ad h. l. ὡσεὶ ἔλεγε πλουσίαν ἄφθονον, τοιαῦται γὰρ αἱ ὀνειρωτικαὶ φαντασίαι. καὶ Ὅμηρος,

Οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψεύδονται ὄνειροι.

J. M. G.

10. Ἀναλόγως τῆς ἀποδόσ.] Nisi scriptor hic alias parum accuratus esset, suspicarer illum dedisse ἀνὰ λόγον, cum praesertim notae quibus ον & ως exprimitur, tenui discrimine distent. Sententia aperta: quo tanto profundius aere alieno mergetur. *J. M. G.*

13. Λευκάδα πέτρῳ] *Eur.* (p. 568. B.) *M. du S.*

Λευκάδα πέτρην] *Homer.* Od. Ω, 11. de animabus procorum Penelopes ad inferos euntibus:

Πὰρ δ' ἴσαν ὠκεανοῦ τε ῥοὰς καὶ λευκάδα πέτρην
Ἠδὲ παρ' ἠελίοιο πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων.

Eustath. p. 821, 4. *Basil.* ἰστέον ὅτι λευκάδα μὲν πέτραν ὁ μῦθος πρὸς τῷ ᾅδῃ πλάττει, ἢ κατ' ἀντίφρασιν. μέλας γὰρ ἐκεῖ σκότος· ἢ ὡς ἀφ' τοὺς ἐχάτους τῆς ἐκεῖ γῆς τόπους, ὃς εἰκὸς τὸ ἠέλιον ἔτι ἀφ' λευκαίνειν δύόμενον. *Aristarchus* μὲν εἶχεν εἰς ᾅδου λευκὴν εἶναι πέτραν; huic respondet Scholiasta minor sub initium ῥαψῳδίας, τὰ πρὸς τὴν ἡμέραν ἐστραμμένα αὐτῆς λευκαίνεσθαι. Audiamus etiam *Hesychium*, qui, quae hac de re habet, ex *Homer.* Schol. antiquis descripsisse videtur. Ita autem ille: λευκάδα πέτρην. ἀφ' ταύτης λέγεται τὰς πέτρας τὰ ὠκεανὸν φέρειν. ἢ ἀλληγορικῶς τὸ σῶμα ἡμῶν τὰ ἀνθρώπων. ἀφ' τοὺς ὀδόντας λευκοὺς εἶναι. αἱ γὰρ ψυχαὶ τῶν τελευτώντων ἀφ' τοῦ σώματος ἀνέρχονται. Haec λευκὰς πέτρα forte est *Manalis lapis* de quo Festus, *Manalem lapidem putabant esse ostium Orci, per quod animae inferorum ad superos manarent, qui dicuntur Manes.* Hanc λευκάδα πέτραν *Albion Insulam* s. Britanniam suam interpretatur Doctiss. *Barnesius* ad locum *Homeri*, & ad *Eurip.* Helenam 1692. ubi in primis Tzetzen, *Lycophronis* Scholiasten, suffragatorem citat. Certe hoc illum juvare potest, quod δῆμον ὀνείρων subinde beata illa insula & bonarum rerum feracissima emittit, e quo populo forte ipsum hoc est, quod de *Albio* nobis narrat *Barnesius*.

J. M. G.

Ibid. Δῆμον ὀνείρων] *Orpheus* Argonaut. v. 1140. Ἀρρήκτοις αἰόλλε πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων conjungit. *Eustath.* l. c. τὸ δὲ δῆμον ὀνείρων ὡς ἐπὶ ἐμψύχων καὶ σωματοειδῶν εἶπε, νύκτωρ ἡμῖν ἐκεῖθεν δῆθεν ἐπιφοιτώντων. Schol. min. τὴν νύκτα ὡς ἢ φαίνονται οἱ ὄνειροι. *Porphyr.* de antro nympharum p. 121. *Barnes.* δῆμον δὲ ὀνείρων κατὰ Πυθαγόραν αἱ ψυχαὶ, ἃς συνάγεσθαι φησιν εἰς τὴν γαλαξίαν, ἢ ὕτω προσαγορευόμενον διὰ τὸ γάλακτι τρεφομένων κ. τ. λ. quocum consentit *Diog. Laërt.* in Pythag. 8, 32. εἶναί τε (φησὶν ὁ Πυθαγόρας) πάντα τὰ ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων, καὶ τούτους δαίμονας καὶ ἥρωας νομίζεσθαι· καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τε ὀνείρους, καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγιείας κ. τ. λ. Ego crediderim, de tantis mysteriis ne per somnium quidem cogitasse bonum *Homerum*, sed per ὀνείρους simpliciter intellexisse defunctorum animas, quas εἴδωλα, voce de somniis adhiberi solita, vocat. e. g. Od. Λ, 212, 601. Od. Υ, 355. Adde *Virg.* Aen. 4, 654. &, qui locus vel maxime huc facit, Aen. 6, 696. seq. ubi umbram Anchisae patris complecti vult Aeneas, sed

Ter frustra comprensa manus effugit imago.
Par levibus ventis, volucrique simillima somno.

Quod expressum est ex Od. Α, 306.

Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιὴ ἴκελον ἢ καὶ ΟΝΕΙΡΩ.
Ἔπτατο, κ. τ. λ. — Versu 221.
Ψυχὴ δ' ἠΰτ' ΟΝΕΙΡΟΣ ἀποπταμένη πεπότηται.

Populum, δῆμον, de quavis multitudine dixere. *Ovid.* Met. 11, 634.

At pater (Somnus) e POPULO *natorum mille suorum.*

Sed ut tandem ad nostrum revertamur, cum somnia esse dixisset Chariceni & Cleuocharmi vaticinia, ad illud exaggerandum ait, illos in rupe forte alba, ubi ingens esset somniorum populus, indormiisse, ut bre-

θέντες, τοσαῦτα ὀνειροπολεῖν ἐν ἀκαρεῖ τ νυκτὸς ὄσης.

Οἱ δὲ ἀνεκάγχασαν ἄπαντες, ὡς ἐπο-πνιγέντες ὑπὸ τῦ γέλωτ@, κ τ ἀμαθίας με καλεγίνωσκον. ἦν δ' ἐγὼ πρὸς Κράτωνα, Μῶν κακῶς πάντα ἐξερρίνισα, ἵν' εἴπω τι κωμικευσάμν@, κ ὐ κτ' Ἀρίστανδρον τ Τελμισέα, κ' Ἀρτεμίδωρον τ Ἐφέσιον, ἐξίχνευσα τοῖς ὀνείρασιν; ἢ δ' ὅς, Σίγα, ὦ Κριτία, εἰ ἐχεμυθεῖς, μυσταγωγήσω σε τὰ κάλλιστα, κ τὰ νῦν γεννησόμενα. ὐ γ ὄνειροι τάδ' εἰσιν, ἀλλ' ἀληθῆ. ἐκβήσον) δὲ εἰς μῆνα [a] Μεσορί. ταῦτα ἀκηκοὼς πρὸς τῦ Κράτων@, κ τὸ ὀλιθηρὸν τ ἀφροσύνης αὐτ@ καλεγνωκὼς, ἠρυ-

[a] Μεσορὶ] Ex emend. *Solani*, Edd. & Schol. Μεσορὶ.

22. Ἢ δ' ὅς] Ἔφη ἐκεῖν@. *V.*

rumque indormiisse populo, cum tantum contractissimis hisce noctibus somniatis.

22. Hi vero immanibus cachinnis, adeo ut praefocari illos prae nimio risu metus esset, imperitiam meam condemnant. Tum ad Cratonem, *Malene omnia olfeci*, inquam, *ut ex comoedia loquar, neque secundum Aristandrum Telmessium, Ephesumque Artemidorum, probe investigavi ista somnia?* Ille vero, *Tace*, inquit, *Critia, si enim potis es ut sileas, pulcherrima te mysteria edocebo, atque jam jam eventura. Cave enim somnia illa putes; verissima sunt, & intra Mesori mensem habitura exitum.* Haec cum ex Cratone audissem, damnata ipsorum animi levitate erubui,

vi adeo nocte, tantum somniaverint. *J. M. G.*

14. Ἐν ἀκαρεῖ τ νυκτὸς ὄσης] Lucian. *Scytha* p. 596. extr. ἐν ἀκαρεῖ de temporis brevissimo & quasi insecabili articulo dixit. Vid. *Menandri* reliq. n. 283. Hic itaque miratur Critias tam longa somnia tam brevibus noctibus. Contra Lucian. *Enunt.* c. 17. de longo somnio χειμερινὸς ὄνειρ@; ὅτι μήκισαί εἰσιν αἱ νύκτες. *J. M. G.*

18. Κατεγίνωσκον] Lucianus *Philops.* c. 8. ἐγέλασαν ἐπὶ τῷ λόγῳ μου, κ ὅλοι ἦσαν καλεγνωκότες μου πολλὴν τὴν ἀγοιαν. ita etiam c. 32. eod. Noster paullo post τὸ ὀλισθηρὸν τ ἀφροσύνης αὐτῶν καλεγνωκώς. *J. M. G.*

19. Ἐξερρίνισα] *H. Stephanus in thesauro: ἐκρινίζω ex Luciano affertur, pro naso suspendo, subsanno, μυκτηρίζω.* & ita *Scapula* & *Basileenses*; veteres *Pollux*, *Hesychius*, *Suidas*, *Varinus* nihil habent, tacent *Camerarius* & *Rhodiginus*. Putaverim venatorium verbum esse ab odora canum vi traductum, investigandique adeo seu indagandi significationem habere, quae huic loco apprime convenit: idem ergo est ἐξερρίνισα, quod ἐξίχνευσα, de quo verbo illud tantum notari meretur, frequentius alias cum accusandi casu jungi, ut etiam a nostro factum c. 21. *J. M. G.*

20. Ἀρίστανδρον] De hoc vide *Rigaltium* ad Artemidor. I. 33. *L. BOS.*

21. Τελμισέα] Lege Τελμισσέα. Vid. *Plut.* IV. 6. 14. N. *M. du S.*

22. Ἢ δ' ὅς] Saepius ita Platonizat Lucian. in *Philopseude*, etiam cum expressa personae mentio adjicitur, ut, ἦ δ' ὃς ὁ Κλεόδημ@ κ.τ.λ. *J. M. G.*

23. Ἐχεμυθεῖς] Ex Pythagorica disciplina vocabulum. *J. M. G.*

26. Μεσορὶ] Nota scenam dialogi Alexandriae esse. *F. G.*

26. Μεσορὶ] Αὐγεσόν. *V.*

Μεσορὶ] De hoc Aegyptiorum mense vid. *Scalig.* de emend. Temp. 198. Emenda autem *Plutarch.* 678. f. Ubi Μεσορη legitur. Legebatur etiam hic in omnibus Impr. μεσωρὶ, per ω. prave. *M. du S.*

Μεσορὶ] Aegyptii mensis nomen, quem recte cum Augusto comparat Scholiasta, & hodie quoque Copti eo loco ponunt, ut ostendit in Menologio *Fabricius*. Aegyptiorum ab antiquissimis inde temporibus propriae erant divinatoriae artes & disciplina somniorum. Mirum igitur non est, Aegyptio nomine hac in re nostrum uti. Minime vero ex hoc solo loco colligere licet, in Aegypto scriptum Philopatrin, cujus velut theatrum ad Pontum Euxinum esse, satis ostendimus. Caeterum si quis de auctore atque aetate hujus dialogi mecum putet, ille non nimium falsos deprehendet Christianos, si quid de imperii conversione atque Imperatoris interitu praesagierunt; (praesagiisse autem probabile fecimus in differt. §. 34. 35.) Siquidem V. Kal. Julii extinctus est Julianus, ut adeo mense Μεσορὶ pacata iterum omnia atque tranquilla, Imperatore Joviano, Christianis essent. Illud etiam notari obiter potest, non male paucis ante versibus dictum ἐν ἀκαρεῖ τ νυκτὸς ὄσης. Nuncius enim de victoriis Juliani paucis procul dubio ante obitum ejus diebus Constantinopolin allatus, hunc dialogum scribendi occasionem auctori dedit. Incidit ergo colloquium Critiae cum Christianis in viciniam solstitii, ubi brevissimam sol noctem efficit. *J. M. G.*

Μεσορὶ] Mensis Aegyptiacus; sed qui etiam inter Syros usurpari potuit. Vid. *Noris.* Epoch. Syromac. Diss. V. c. 11. *M. V. La Croze.*

30. Δριμὺ Θ τιτανῶδες] Lucian. *Icaromen.* c. 23. ὁ Ζεὺς μάλα φοβερᾶς δριμύ τε Θ τιτανῶδες εἰς ἐμὲ ἀπιδὼν

bui, vultuque triſtitiam praeferens & multis Cratonem increpans, abii. Sed me aliquis torvum & tanquam Titanicum intuens, lacinia prehenſum retraxit, a vetuſto illo daemonio hominis, ut audientem ſibi concionem praeberet, inductus inſtigatusque.

23. Sermone autem longius producto perſuadet tandem miſero mihi, ut ad praeſtigiatores homines accederem, & in infauſtum, quod ajunt, diem inciderem: dixerat enim, omnia myſteria ab illis ſe eſſe edoctum. Tranſimus igitur *portasque ferreas, pavimentaque aenea*, multisque per orbem ſuperatis ſcalis, in aurea tecta aſcendimus, qualia Menelai quondam fuiſſe, Homero credimus. Ibi ego oculis luſtro θρίασα, καὶ σκυθρωπάζων ἐπορευόμην, πολλὰ τ̃ Κράτωνα ἐπιμεμφόμενος. εἷς δέ μοι τῶν Τιτανῶδες ἐνιδὼν, δραξάμενός μου τ̃ῆς [b] λώπους, [c] ἐσπάρασε, ῥήτρην ποιησάμενος πειθόμενός τε, καὶ ἀναντιτόμενον ἀπὸ τ̃ῆς παλαιωθείσης ἐκείνης δαιμονίης.

Εἰς λόγους δὲ ταῦτα παρεκτείναντες, πείθει με τ̃ κακοδαίμονα εἰς γόητας ἀνθρώπους ἀπογενέσθαι, καὶ ἀποφράδι τὸ δὴ λεγόμενον ἡμέρᾳ, συγκυρῆσαι. ἔφασκε γὰρ πάντα ἐξ αὐτ̃ῶν μυσταγωγηθῆναι. καὶ δὴ διήλθομεν σιδηρέας τε πύλας, καὶ χαλκέους ὐδούς. ἀναβάθρας δὲ πολλὰς περικυκλωσάμενοι, ἐς χρυσόροφον οἶκον ἀνήλθομεν, οἷον Ὅμηρος τ̃ Μενελάου φησί. καὶ δὴ ἅπαντα [d] ἐσκωπία-

b Λώπους] Λοπὸς Schol. Vulgatum tenent *Fl. J. Fr. B. P. H.* *c* Ἐσπάρασε] Sic *Fl. J. P.* &c. Ἐσπάραξε *Bt. 2.* *d* Ἐσκωπίαζον] Lege ἐσκαπίαζον ut c. 19. Etſi hic ω eſt in Edd.

32. Λοπὸς] Ἐνδύματος. *V.*
Ibid. Ῥήτρην] Ῥήτραι, σωθῆκαι, λόγοι, * νόμοι, ὁμολογίαι, ψηφίσματα, συγγράμματα. *V.*

* Νόμοι] Γάμοι lectum antea. Mutavit *M. du S.*

κ. τ. λ. *J. M. G.*

31. Δραξάμενος] Conf. ſupr. *Aſin.* c. 25. *J. F. R.*

32. Ῥήτρην ποιησάμενος] Ῥήτρα *eloquium* videtur eſſe, atque antiquitus adhibitum de oraculis. Docet hoc *Plutarchus* Lycurgo p. 86. *H. Steph.* ubi de legibus Lycurgi, Τὰ μὲν ἐν τοιαῦτα νομοθετήματα ῥήτρας ὠνόμασεν, ὡς παρὰ τ̃οῦ Θεοῦ νομιζόμενα, καὶ χρησμοὺς ὄντα. Et p. 78. ὡς δὲ ἄτω δὲ περὶ ταύτ̃ων ἐσπούδασε τὴν ἀρχὴν ὁ Λυκοῦργος, ὥστε μαντείαν ἐκ Δελφῶν κομίσαι περὶ αὐτ̃ῆς, ἣν ῥήτραν καλοῦσιν. Add. p. 79. Sed haec ſignificatio parum ad rem noſtram. Neque multum illa, qua utitur *Aelian.* V. H. 10, 18. ubi ſynonyma videntur σωθήκας δὲ ἐποιήσαντο, & εἶχον ἐν τούτ̃ων ῥήτραν πρὸς ἀλλήλους. Verum ῥήτρα etiam eſt facultas dicendi, vel vices. In decreto Byzantiorum apud Demoſthenem *de Corona* c. 27. Δαμάγητος — ἔλιξεν, ἐκ τ̃ῆς βουλ̃ῆς λαβὼν ῥήτραν, *facta ſibi a Senatu dicendi poteſtate.* Lucian. Ἀπολ. π. τ̃ῶν ἐπὶ μισθ̃ῷ c. 3. ῥήτραν λαβὼν *ſumtis dicendi partibus.* Id. Τοξαρὶ c. 35. Σοὶ τ̃ὴν ῥήτραν ἀποδίδωμι. Hoc itaque vult Critias, quod in verſione hujus loci ante hos xxv. annos conjectura magis ductus, quam obſervato poſt demum uſu nominis, expreſſi. Charicenus, illud σεσημασμένον γερόντιον, ut vocat c. 16. inſtigaverat eum, de quo hic ſermo eſt, ut ſibi auditores pararet & audientiam &c. *J. M. G.*

35. Παρεκτείναντες] Παρεκτείνας forſan. *F. G.*

Παρεκτείναντες] Non eſt penitus inauditum nominativos poni pro genitivis abſolutis. *Homer.* Il. Γ, 211. ἄμφω δ' ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσεύς. *Ambobus ſedentibus* &c. praceſſerat: σάντων μὲν Μενέλαος ὑπείρεχεν ὠμοὺς. Adde *Ariſtoph. Lyſiſtrata* verſu 13. Εἰρημένον δὲ αὐτ̃οῖς — ὕστερον, *cum praedictum ſit. Plato* Cratylo p. 236. E. Laemar. de Heroibus, Πάντες δήπου γεγόνασιν ἐραστέντες ἢ θεὸς θνητ̃ῆ ἢ θνητὸς θε̃ᾶς. *Aelian.* V. H. 10, 18. Βουκολ̃ῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτ̃οῦ Νύμφη μία, ubi plura dedit ejusdem Perizonius. *J. M. G.*

37. Ἀποφράδι] Lucian. in *Pſeudologiſta*, quem Ἀποφράδα inſcribunt, totus in eo eſt, ut probet, hominem etiam, quod ipſe fecerat, per ſcomma ita poſſe appellari. *J. M. G.*

40. Σιδηρέας] Verſus Scazon ſ. choriambus ex Il. Θ, 15. ubi in deſcriptione Inferorum: Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι & χάλκεος ὐδός. quem laudat etiam Lucianus *Amor.* c. 32. de re ipſa vid. §. 27. diſſ. noſtrae. *J. M. G.*

42. Χρυσόροφον] *Homer.* Od. Δ. 71. Hinc, quod factum nollem, vir multis nominibus reverendus, quaſi ſerio dicta forent & ab auctore fide digno, quae veteribus Chriſtianis Eccleſiarum forma fuerit, adſtruere conatur. *Cave* 129. 142. *M. du S.*

Ibid. Ὅμηρος] Od. Δ. initio, inprimis v. 121. Etiam Lucian. *de Domo* c. 3. & in *Scytha* c. 9. τ̃ῆ νησιώτ̃ῃ μειρακίῳ meminit. Telemachum eſſe Ulyſſis filium ex Ithaca inſula ex *Homero* apparet. Scholiaſtes, qui Proteſilaum nominat, memoria eſt lapſus. *J. M. G.*

πίαζον, ὅσα ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος. ὁρῶ δὲ οὐχ Ἑλένην, μὰ Δί', ἀλλ' ἄνδρας ὀπικεκυφότας, καὶ καλωχριωμένους· οἱ δὲ ἰδόντες, γήθησαν, καὶ ἐξεναντίας παρεγένοντο· ἔφασκον γοῦν, ὡς εἴ τινα λυγρὰν ἀγγελίαν ἀγάγοιμεν. ἐφαίνοντο γοῦν ἕτοιμοι ὡς τὰ κάκιστα εὐχόμενοι, καὶ ἔχαιρον ὅπη τοῖς λυγροῖς, ὥσπερ αἱ ποιναὶ [a] ὅπη θέατρα, τὰς κεφαλὰς δ' ἄγχι σχόντες, ἐψιθύριζον. μοῦ δὲ τὰ ἤροντο με,

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;

Χρηστὸς γοῦν ἂν εἴης, ἔπόγε τοῦ σχήματος. ἦν δ' ἐγὼ, Ὀλίγοιγε χρηστοὶ, ὥσπερ βλέπω πανταχοῦ· Κριτίας δὲ τὄνομα, πόλις δέ μοι ἔνθεν, ὅθεν καὶ ὑμῖν.

Ὡς δ' ἀεροβατοῦντες ἐπυνθάνοντο, πῶς τὰ τῆς πόλεως, καὶ τὰ τοῦ κόσμου; ἦν δ' ἐγὼ, Χαίρουσί γε πάντες, καὶ ἔτι γε [b] χαιρήσονται· οἱ δὲ ἀνένευον ταῖς ὀφρύσιν. Οὐχ οὕτω· δυστυχεῖ γοῦν ἡ πόλις. ἦν δ' ἐγὼ κατ' αὐτοῦ γνώμην· ὑμεῖς πεδάρσιοι ὄντες, καὶ ὡς ἀπὸ ὑψηλοῦ ἅπαντα καθορῶντες, ὀξυδερκοῦς

omnia, quae ille ex insula juvenis; video autem non Helenam ego quidem, sed homines vultibus in terram pronis pallidisque. Illi vero, cum nos viderent, gaudere, obviamque procedere: dicebant enim, numquid forte tristis nuncii ferremus? quippe qui manifesto pessima quaeque optarent, atque, ut in theatris solent furiae, luctuosis rebus gauderent. Tum vero capita invicem conferentes in aures quaedam insusurrant, ac denique me interrogant:

Tu quis es, unde venis, quaeque urbs tibi, quique parentes?

Videris enim, quantum quidem habitus tuus indicat, homo minime malus. At ego, *Pauci quidem*, inquam, *ubique gentium, quantum video, boni sunt: nomen mihi est Critiae: urbs eadem quae vestra.*

24. Ut vero inaniter elati homines interrogarunt, *Quid rerum in urbe atque adeo in mundo ageretur?* egoque, *gaudent, gaudebuntque amplius*, respondi: illi, supercilliorum gestu abnuentes, *Minime vero ita est*, inquiunt, *clades enim perniciemque civitas parturit.* Tunc ego ex ipsorum sententia, *Nimirum vos*, inquam, *cum supra humum sublati, tanquam de specula omnia prospiciatis,*

[a] Ἐπὶ θέατρα] Ἐπὶ τὰ θέατρα Ed. *Gesn.* Abest artic. ab aliis. [b] Χαιρήσονται] Χαρήσονται B1. 2.

44. Ὁ νησιώτης] * Πρωτεσίλαος. *V.*

* Πρωτεσίλαος] Errat: de Telemacho enim sermo est. *V. Hom.* l. c. In Exc. *G.* Τρογεσίλαος. *M. du S.*

46. Οἱ δὲ ἰδόντες γήθησαν] *Homerica* formula ex Il. Ω, 321. & Od. O, 165. *J.M.G.*

48. Ὡς εἴ τινα] Ὡς ἀφηγηματικὸν, de quo ad c. 16. *J.M.G.*

51. Ποιναὶ] Ignota Lexicographis vox, furias tamen intelligi haud obscurum est. *J.M.G.*

Ibid. Ἐπὶ τὰ θέατρα] Pro ἐπὶ τοῖς θεάτροις. Ita etiam *Hesiod.* Theogon. 531. ἐπὶ χθόνα πολυδότειραν Herculis gloriam esse dicit, qui *in Operibus* versu 156. ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ ordinaria constructionis ratione dixerat. Tale forte est illud *Matth.* VIII, 9. ὑπὸ ἐξουσίαν ἄνθρωπός εἰμι. *J.M.G.*

53. Μετὰ δὴ τὰ] Pro ταῦτα Poët. *J.M.G.*

54. Τίς, πόθεν] Versus ab *Homero* aliquoties repetitus ut Od. K, 325. O, 318. T, 105. Ω, 297. &c. Luciano etiam usurpatus *Icaromen.* c. 23. item *Senecae ludo in Claudium.* *J.M.G.*

56. Χρηστὸς γοῦν] Vid. diss. nostra §. 20. *J.M.G.*

62. Χαίρουσί γε] Quorsum hoc pertineat dictum vid. §. 36. dissertationis. *J.M.G.*

64. Δυστυχεῖ] Ex *Aristoph.* Ran. 1470. ἡ πόλις γὰρ δυστυχεῖ. Schol. δυστυχεῖ λέγει ἀντὶ τοῦ ἀγαναχτεῖ καὶ κακῶς πάσχει, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν δυστυχούντων γυναικῶν. Ἢ δυστυχεῖ λέγει ἀντὶ τοῦ κακὰ γεννήματα προάγει. Posterius magis placet, inprimis si, ut tunc ab Alcibiade Athenienses metuebant, Christianos ab Juliano metuisse dicamus. *J.M.G.*

68. Ἡ δὲ σελήνη] Tanquam distinctum phaenomenon allegatur, quod prioris est caussa, nisi simpliciter de plenilunio velis intelligere, ad quod quidem παχυλῶς & ad diem modo praedicendum, non magna opus est Astronomiae peritia. Caeterum Christianis ex eo, quod de interitu mundi, de Antichristo &c. disputarent, objecta Astrologica vanitas *Minuc. Fel.* 12, 7. Desinite caeli plagas & mundi fata & secreta rimari: satis est pro pedibus adspicere. *J.M.G.*

69. Ὁ

tis, etiam ista quam acutissime olim perspexistis. Sed in aethere quid agitur? num eclipsin Sol patietur, Luna ad perpendiculum ipsi subjecta? num Mars ex quadrante Jovem respiciet, Saturnus autem ex diametro opponetur Soli? Venusne cum Mercurio congredietur, novosque adeo edolabunt nobis Hermaphroditos, quibus vos delectamini? Numquid impetuosos imbres demittent super? an copiosa nive terram consternent, grandinemque aut rubiginem devolvent, pestemne ac famem immittent? An fulminatrix cistula plena est, tonitruumque conceptaculum repletum?

25. Illi vero, quasi re praeclare gesta, de suis illis nugabantur deliciis, fore scilicet, ut rerum facies mutetur, atque turbae colluviesque civitatem invadant, tum exercitus ab hostibus vincantur. Hic ego vehementer commotus, atque ardentis instar ilicis intumescens, contentissime exclamavi: *Nolite miseri homines, nimis loqui magnifice, Stringentes dentes in vivos corde leones Spi-*

κέφαλα καὶ τάδε νενοήκαλε. πῶς δὲ τὰ τοῦ αἰθέρος; μῶν ἐκλείπει ὁ ἥλιος, ἡ δὲ σελήνη κατὰ κάθετον γενήσεται; ὁ Ἄρης εἰ τετραγωνήσει τὸν Δία, καὶ ὁ Κρόνος ἑξαμετρήσει τὸν ἥλιον; ἡ Ἀφροδίτη εἰ μὴ τοῦ Ἑρμοῦ συνοδεύσει, καὶ Ἑρμαφροδίτους ἐποκυήσουσιν, ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἥδεσθε; εἰ ῥαγδαίους ὑετοὺς ἐκπέμψουσιν; εἰ νιφετὸν [c] πολὺν ὑπερωννύσουσι τῇ γῇ, χάλαζαν δὲ καὶ ἐρυσίβην εἰ κατάξουσι, λοιμὸν καὶ [d] λιμὸν εἰ ἐπιπέμψουσιν, εἰ τὸ κεραυνοβόλον ἀγγεῖον ἀπεγεμίσθη, καὶ τὸ βροντοποιὸν δοχεῖον ἀνεμεστώθη;

Οἱ δὲ ὡς ἄπαντα καλῶς θωκότες, καλεφλυάρουν τὰ αὐτοῖς ἐράσμια, ὡς μελαλλαγῶσι τὰ πράγματα, ἀταξίαι δὲ καὶ ταραχαὶ τὴν πόλιν καλαλήψονται, τὰ στρατόπεδα ἥττονα τῶν ἐναντίων γενήσονται. τοῦτο ἐκταραχθεὶς, καὶ ὥσπερ πρὶν καόμενος οἰδηθεὶς, μέγα τορον ἀνεβόησα, Ὦ δαιμόνιοι ἀνδρῶν, μὴ μεγάλα λίαν λέγετε, θήγοντες ὀδόντας κατ' ἀνδρῶν θυμολεόντων, πνειόντων

[c] Πολὺν] Bene *Fl. Fr. H. P.* &c. Πολὺν prave *J.* [d] Λιμὸν] Λιμὸν. αὐχμὸν *Fl.* puncto post λιμὸν collocato.

69. Ὁ Ἄρης εἰ τετραγωνήσει] Hermes Trism. de infirmior. decubitu p. 12. *Hoesch.* ♄ ἑξαμετροῦντος ἢ τετραγωνίζοντος ἢ σωόντος τῇ ☾. *J.M.G.*

73. Ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἥδεσθε] Tristis enim prodigii loco habebatur androgynos, & in mare deportabatur, quod ex *Gell.* IX, 4. constat. Memorabilis etiam est *Livii* locus 31, 12. ubi *inter plura prodigia, ante omnia abominati semimares, jussique in mare deportari.* Similia habet idem 27, 13. & 39. it. 29, 22. Add. *Juven.* 13, 64. seq. *J.M.G.*

76. Κατάξουσι] Καταράξουσι forsan. *F.G.* Nil opus emendatione; nam κατάγειν aeque a κάτω ἄγειν quam κατὰ & ἄγειν formari potest, ut ex *Plut.* docet *Steph.* Et pro *deorsum ducere, mittere*, ut κατάγειν εἰς ᾅδου ap. LXX. frequentissimum, quin & κατάγειν δάκρυα *Jerem.* IX. 17. ac ter deinceps. Item κατάγειν ἐξ ὑπαίθρου *Amos* III. 11. Cumque hic Dialog. ad ejusmodi stilum sit compositus, sufficerent illa testimonia, si vel apud alios non invenirentur. Et cur non aeque descendendi significatus huic verbo inesset, quam in καταῤῥίπτω, dejicio; etsi κατάγειν longe plurimum pro *deducere, perducere quem ad locum* usurpatur apud antiquos & sequioris aevi scriptt. *J.F.R.*

78. Τὸ βροντοποιὸν δοχεῖον] Forte respicit ad τὰ κεραυνοῦ μήχεια, ὧν ὁ κτύπος (cum Scholiaste *Aristophan.* loquor ad Νεφ. 291.) χηματίζεται εἰς βροντῆς ἀπήχησιν. ἔστι δὲ ἐν τῇ σκηνῇ μηχάνημά τι, ὃ καλεῖται βροντεῖον, ἀμφορεὺς μεστὸς ψηφίδων ἀντιβαλλομένων εἰς χαλκοῦν λέβητα. Quamquam si P. *Victorium* audiamus Var. Lect. 20, 7. alia prorsus fuit τῶν ἠχείων ratio, ad augendam nimirum quamcumque vocem comparata, de quo hic non est disputandi locus. Qualia igitur in scena fuere vasa, talia ad risum captandum coelo affingit Critias, quibus impletis erumpant fulmina cum tonitribus. *J.M.G.*

81. Ὡς μεταλλαγῶσι] Vid. §. 34. dissert. *J.M.G.*

85. Πρῖν] Apud *Aristoph.* Ran. 883. ait ad *Aeschylum* Bacchus, σὺ δ' εὐθὺς ὥσπερ πρῖν ἐμπρησθεὶς βοᾷς, ad quem locum *Bisetus*: ὅτι ἡ πρῖν καιομένη ψόφον ποιεῖ. *J.M.G.*

86. Διάτορον] Lucian. *Gallo* init. de Galli cantu Διάτορόν τι ἀναβοήσας. *J.M.G.*

87. Θήγοντες ὀδόντας] Formula *Aristophan. Batr.* 829. Θυμολέων Homericum Herculis epitheton. Πνέοντας δόρυ ☾ λόγχας ☾ λευκολόφους τριφαλείας *Aristoph. Batr.* 1048. *J.M.G.*

88. Κατ' ἀνδρῶν θυμ.] Parodia *Homer.* Od. Λ. 266. *M.du S.*

89. Τρι-

των δόρυ ϗ λόγχας, ϗ λευκολόφους τριφαλείας· ἀλλὰ ταῦθ' ὑμῖν ὑπὲ κεφαλὴν καταδήσει), ὡς τ' πατρίδα ὑμῶν [a] καλατρύχελε. ϗ γ' αἰθεροβατοῦντες, ταῦτα [b] ἠκηκόητε, ϗ τ' πολυάσχολον μαθηματικὴν κατωρθώκαλε. εἰ δέ γε μαντεῖαι ϗ γοητεῖαι ὑμᾶς παρέπεισαν, διπλοῦν τὸ τ' ἀμαθίας. γυναικῶν γ' εὑρέματα ταῦτα γραϊδίων, ϗ παίγνια. ἐπιπολὺ γ' τὰ τοιαῦτα αἱ τ' γυναικῶν ὀπίνοιαι μετέρχον).

ΤΡΙΕΦ. Τί δὲ πρὸς ταῦτα ἔφησαν, ὦ καλὲ Κριτία, οἱ κεκαρμένοι τ' γνώμην, ϗ τ' Δράνοιαν; ΚΡΙΤ. Ἅπανλα ταῦτα παρέδραμον, εἰς ὀπίνοιαν τελεχνασμένην καλαπεφευγότες. ἔλεγον γ' ἡλίους δέκα ἄσιτοι Δραμενοῦμεν, ϗ ὑπὸ παννύχους ὑμνῳδίας ἐπαγρυπνοῦντες, ὀνειρώτομεν τὰ τοιαῦτα. ΤΡΙΕΦ. Σὺ δὲ τί πρὸς αὐτὸς εἶρηκας; μέγα γ' ἔφησαν, ϗ διηπορημένον. ΚΡΙΤ.

cula spirantes, crista nitentes galeas triplicique. *Verum ista in vos ipsos vestraque capita expetent, qui patriae vestrae male adeo ominamini. Neque enim aut conscenso aethere ista audivistis, aut male sedulam mathematicorum artem edidicistis. Si autem vaticinia & praestigiae in hanc vos fraudem impulerunt, duplo major vestra est stupiditas. Quandoquidem vetularum ista mulierum sunt commenta atque ludibria. Siquidem muliebria fere ingenia ejusmodi consectari solent naenias.*

26. TRIEPH. Quid vero ad ista, o pulcher Critia, detonsis mentibus animisque homines? CRIT. Nimirum his omnibus praetermissis, ad commentum oppido elegans confugientes dixerunt, *Post decem dierum jejunia, quibus pervigiles cantibus noctes ducimus, talia somniamus.* TRIEPH. Sed tu quid ad illa? magnum enim quiddam dixerunt, quodque multam quaestionem

[a] Καλατρύχελε] Sic pleraeque. Καλατρίχελε *F.* [b] Ἠκηκόητε] Sic Nostrae, Ἠκηκόειτε *Gesn.* melius. An ἠκηκόατε.

89. Τριφαλείας] Lege τρυφαλείας. *F.G.* Et hoc malim. Sed cum prius etiam reperiatur alibi, nihil mutem. Et licet τρυφ— ap. *Homer.* perpetuo scribatur, tamen Scholiast. ad Il. Γ. 372. Τρυφαλείης exponit — τρεῖς φάλας ἐχούσης. adeoque τριφαλείας ad originem propius accedens eo minus mutandum. *J.F.R.*

91. Ὡς] Lege οὓς. *F.G.*

Ibid. Καλατρύχετε] Proprie *vexare* est, *atterere*. Sed ipse deinde explicat per ἐπαρᾶσθαι τῇ πατρίδι. *J.M.G.*

93. Μαθηματικὴν] Astrologiam judiciariam, quae vocatur, *Matheseos*, & qui eam profiterentur, *Mathematicos* appellatos esse, non opus est ut hic moneatur. Hanc artem *tractare* non negat Christianos, sed καταρθωκέναι *recte tractasse, edidicisse*. Verum fuit saltem primis temporibus ista laus Christianorum, quod a conjectoribus, ariolis, vatibus, mathematicis, & id genus hominibus abhorrerent, infensis propterea odiis ab illis excepti. Vid. inter alios *Arnob. contra gentes* p. 13. it. *Tertullianus* Apol. c. 43. Laudanda & hic est incomparabilis viri *Joh. Alb. Fabricii* industria, qui Bibl. Graec. 3, 20. p. 518. seq. concinnavit catalogum selectum scriptorum, qui astrologiam apotelesmaticam oppugnarunt, quos inter primo loco Christianos veteres collocavit. Qui ergo factum dicemus, ut ea tamen per posticum quasi recepta ita diu in Christiano etiam orbe viguerit? *J.M.G.*

96. Γραϊδίων] Etiam hodienum edentulae potius mulierculae, quam viri, magiae & incantationum crimine traducuntur. Scilicet judicii virumque imbecillitas, quae sexui, cum avaritia, quae aetati quodam modo naturalis est, conjuncta, superstitionum foecunda mater esse solet. *J.M.G.*

1. Κεκαρμένοι τὴν γνώμην] Mirabilis loquendi forma, *detonsus mente seve sententia*. Sed lucem hic etiam affundit Lucianus, qui Paphlagonas, in *Pseudomante* c. 15. vocat τοὺς ἐγκεφάλους ϗ τὰς καρδίας προξυρημένους, id est, ut interpretor, ovium instar lanigerarum, tonderique solitarum, stupido hebetique ingenio praeditos: statim enim subjicit ὥδην ἐοικότας, fuisse illos σιτοφάγοις ἀνδράσιν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ μορφῇ μὴ ἐ πρόσωπα εἶναι ἀμφέροντας. Etiam c. 6. dixerat, τοὺς πολλοὺς ὀποκειροντας i. e. ἀπατῶντας. Nostri Germani non modo tondere, scheren ponunt pro ludibrio habere; sed quidam etiam balbiren dicunt i. e. barbam radere, pro Plautino *auro emungere*. Ita οἱ ὁ, quod in *Cant.* IV, 2. est עֵרֶר הַקְּצוּבוֹת, simili ellipsi reddidere ἀγέλαι τ' κεκαρμένων. In ipsa autem calvitie & raso capite videtur aliquid olim fuisse contemtui obnoxium. Unde graviter adeo irascitur Elisa pueris calvitiem sibi exprobrantibus. *Nonius* verbum *calvere deductum* putavit *a mimis calvis, qui omnibus essent frustratui*, quo loco utitur *Elmenhorstius*, ad illustrandum illud, quod est apud *Arnobium contra gentes* l. 3. p. 239. *delectantur Dii stupidorum* (de mimis loquitur) *rasis capitibus*. Quaedam etiam in hanc sententiam annotata sunt ad Lucian. *Lapith.* c. 18. a doctissimo viro *Almeloveenio*. Add. *Juven.* 5, 171. *Casaub.* ad Pers. p. 100. *Graev.* ad Lucian. *Soloec.* p. 744. Ne quid ta-

nem habeat. CRIT. Bono es animo: nihil ignavum dixi, ſed pulcherrime equidem cauſſam ita peregi: *Etenim* vera ſunt, *quae urbani homines ſaepe de vobis dicunt, ſomniantibus vobis talia obrepunt.* Illi vero canino rictu ſubridentes, *Extra tamen lectulum*, inquiunt, *nobis obveniunt.* Tum ego, *Sint vera*, inquam, *iſta, ô ſublimes animae, nunquam tamen tuto quae futura ſunt inveſtigaveritis, ſed veſtris ipſi ſomniis inducti, quae neque ſunt, neque futura unquam ſunt, nugabimini. Neſcio vero quomodo ſomniis fidem habentes iſta deblateretis, honeſtiſſima quae ſunt averſemini, malis autem delectemini, idque cum nullum ex tam deteſtabili facinore bonum conſequamini. Omittite igitur abſurda illa emotae mentis ludibria, malaque conſilia ac praedictiones, ne quando Deus, eo quod peſſime Patriae precamini, fallacesque veſtros ſermones ad ipſum refertis auctorem, in maxima rem vos projiciat.*

Θάρρει, οὐκ ἀγεννὲς, ἀντεῖπον ἐγὼ τὰ κάλλιστα. τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀστικῶν θρυλλούμενα, ἔφην, περὶ ὑμῶν, ὁπόταν ὀνειροπολεῖτε, τὰ τοιαῦτά σου παρεισάγουσι. οἱ δὲ σεσηρὸς ὑπομειδιῶντες, ἔξω σου παρέρχονται τῆς κλινιδίου. ἦν δ' ἐγὼ, εἰ ἀληθῆ λέγουσι ταῦτα, ὦ αἰθέριοι, οὐκ ἂν πολλὰ ἀσφαλῶς τὰ μέλλοντα ἐξιχνεύσητε· ἀλλὰ καλαπειθέντες ὑπ' αὐτῶν, ληρήσετε τὰ μὴ ὄντα, μηδὲ γεννησόμενα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως ληρεῖτε, ὀνείροις πιστεύοντες, οὐ τὰ κάλλιστα βουλεύεσθε, τοῖς δὲ πονηροῖς ἥδεσθε, μηδὲν [b] ὀνήμενοι τῆς βουλεύματος. ὥστε ἐάσετε τὰς ἀλλοκότους ταύτας φαντασίας, καὶ τὰ πονηρὰ βουλεύματα, καὶ μαντεύματα, μή σου θεὸς ὑμᾶς ἐς κόρακας βάλοι, ἅμα τὸ τῇ πατρίδι ἐπαρᾶσθαι, καὶ λόγους κακοδήλους ὀφθήμιζειν.

Οὐ-

[b] Ὀνούμενοι] An ὀνάμενοι; Pell.

tamen diſſimulem, videtur mihi Triephon ad clericorum tonſuram reſpicere, cujus & paullo ante facta mentio clarior, ubi κακοείμων τις, ἐξ ὀρέων ὡρμημένος, κεκαρμένος τὴν κόμην memoratur. *Gregorii* enim *Nazianzeni* aetate tonſuram in uſu fuiſſe, non improbabili conjectura ex *Maximi Cynici* conſtitutione elicitur, de qua loquens *Nicephorus* H. E. 12, 11. p. 240. καὶ τὰς ἐκείνου, inquit, κωνικὰς τρίχας ἀφελὼν κ. τ. λ. & ne nugari ſuo more putemus *Nicephorum*, praeſto eſt *Theodoritus* qui H. E. 4, 8. Τιμόθεος, inquit, ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐπίσκοπος — ἀντὶ τῆς θαυμασίας Γρηγορίου (Nazianzeni puta) Μάξιμόν τινα κεχειροτόνηκε κωνικὸν, εὐθὺς αὐτῷ τὰς κωνικὰς ἀποκείρας τρίχας. Nec parvi momenti ſunt, quae *Jac. Gothofredus* ex fontibus monuit ad l. 38. Codicis Theod. de Epiſcopis, ubi ob ξύρισμα γυροειδὲς *coronatos* appellatos eſſe clericos, & clericalis reverentiae nomen *Coronam* fuiſſe jam circa haecce tempora, luculenter probavit. Sed de his aliter *Salmaſ.* de coma p. 158. Viderint, qui dedita opera hujus antiquitatem ritus tractant. *J. M. G.*

4. Ἄσιτοι] In ipſa Scriptura S. aliquorum mentio fit, qui jejuniis & cibi abſtinentia ad viſiones apparitionesque ſeſe praepararunt. Et cacozelia quadam rerum ſacrarum factum eſt, ut apud gentiles etiam quidam, Pythagorici imprimis atque Platonici, variis καθαρμοῖς, luſtrationibus, jejuniis, animas ſuas ad commercium cum Deo ſpiritibusque aptas reddere vellent. Jam apud *Herodotum* 2, 40. πρόσθεν τῆς Ἴσιος. Ex recentioribus ſufficiat in praeſentia laudare *Jamblichum* 3, 11. p. 74. edit. Oxon. ubi inter praeparationes ad vaticinandum reliquas, τριῶν ὅλων ἡμερῶν ἀσιτίαν refert. De Chriſtianis omnium fere temporum nota res eſt, imprimis ſi in cenſum veniant, quae in *Vitis Sanctorum Patrum*, & *Actis Sanctorum*, larga manu afferuntur. Sed non ſunt praetermittenda *Gregorii Nazianzeni* verba, quibus mirifice totus hic locus illuſtratur. Vocabantur a Juliano Chriſtiani, ait vir ἐνθεος, p. 122. ſeq. Orat. 11. in *Julian.* οἱ τοῖς γραιδίοις συγκαθεζόμενοι καὶ συμψάλλοντες, οἱ ταῖς μακραῖς νηστείαις ἐκτετηγμένοι, καὶ ἡμιθνῆτες, οἱ μάτην ἀγρυπνοῦντες, καὶ ταῖς παννυχίοις σάσεσι θρηνηροῦντες. *J. M. G.*

13. Σεσηρὸς] De iratorum canum rictibus adhiberi ſolitum verbum: *Ariſtoph.* Pace v. 635. ἠγριωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι καὶ σεσηρότας. Schol. λέγει δὲ κυνῶν ἡ μεταφορὰ. ὅταν γὰρ ὀργίζωνται σεσήρασιν ἀλλήλοις. Poſſis forte convertere *ſarcaſtice ſubridentes*; σαρκάζειν enim & σαρκασμὸς λέγεται παρὰ τὸ σαίρειν, unde & σίσυρα. *J. M. G.*

Ibid. Ἔξω — τῆς κλινιδίου] Id eſt, non ut alia ſomnia e ſomno & in lectulo ducunt originem, ſed aliunde & extra lectulum nobis obtingunt. Ita *Jamblichus de myſteriis* 13, 23. probare conatur, a principio aliquo extra hominem conſtituto provenire Divina illa & futuri praeſaga ſomnia. *J. M. G.*

26. Ἐπιφημίζειν] Uti nos vertimus, αὐτῷ ſubaudiendum, ut ſcilicet ad Deum referatur. Non negaverim tamen, poſſe aliter etiam accipi, ut tantum *divulgare* vel *differre rumoribus* ſignificet: ita nulla opus fuerit ellipſi. *J. M. G.*

27. Ἐκ-

Οὗτοι δὲ ἅπαντες ἕνα θυμὸν ἔχοντες, ἐμοὶ πολλὰ καλεμέμφοντο. καὶ εἰ βούλει, καὶ τά γε προστιθῶ σοι, ἅτινά με καὶ ὡς στήλην ἄναυδον ἔθηκαν, μέχρις ἂν ἡ χρηστή σου λαλιὰ λιθώδυνον ἀνέλυσε, καὶ ἄνθρωπον ἀπεκατέστησε. ΤΡΙΕΦ. Σίγα, ὦ Κριτία, καὶ μὴ ὑπερτείνης τὸν ὕθλον. ὁρᾷς γὰρ ὡς ἐξώγκωταί μου ἡ γνάθος, καὶ ὥσπερ κυοφορῶ· ἐδήχθην γὰρ τοῖς σοῖς λόγοις, ὡς ὑπὸ κυνὸς λυττῶντος. καὶ εἰ μὴ φάρμακον λησμονιᾶνον ἐμπιὼν ἠρεμήσω, αὕτη ἡ μνήμη οἰκήσασα ἐν ἐμοί, μέγα κακὸν ἐργάσεται. ὥστε ἔασον τούτους, τὴν εὐχὴν ἀπὸ πατρὸς ἀρξάμενος, καὶ τὴν πολυώνυμον ᾠδὴν ἐς τέλος ὑπιθείς.

Ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐχὶ Κλεόλαος ὅδ' ἐστίν, ὁ τοῖς ποσὶ μακρὰ βιβάς, σπουδῇ δὲ ἥκει καὶ κατέρχεται; μῶν ὑπιφωνήσομεν αὐτῷ; ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα. ΤΡΙΕΦ. Κλεόλαε, μή τι παραδράμῃς γε ποσὶ, μηδὲ παρέλθῃς, ἀλλ' ἐλθὲ χαίρων, εἴγε πού μῦθον φέρεις. ΚΛΕΟΛ. Χαίρετ' ἄμφω, ὦ καλὴ ξυνωρίς. ΤΡΙΕΦ. Τίς ἡ σπουδή;

27. Hic vero uno omnes animo multis me objurgare, &, si vis, jam ea adjiciam, quae quasi columnam elinguem me fecere, donec salutaris illa tua allocutio jam saxea membra resolvit, hominique me restituit. TRIEPH. Quin tace, Critia, neque nugas extende amplius. Vides enim ut mihi venter intumuerit, & tanquam uterum gestem. Tuis quippe sermonibus ut a rabido cane morsus sum. Atque nisi sumta procurandae oblivioni medicina conquiescam, ipsa rei recordatio in me permanens, metuo ne magnum mihi malum conciliet. Hos igitur omitte, precationemque a patre inciens, multisque refertum nominibus carmen ad finem superaddens.

28. Sed quid istuc? Non iste Cleolaus est, qui magnis adeo citatisque gressibus huc descendit? Inclamabimusne hominem, Critia. CRIT. Omnino. TRIEPH. Cleolae,

Ne praetercurras pedibus nos, praetereasve:
XXVI. Εἰπέ μοι] Ex *Anthol.* L. 2. p. 351. Fr. 244. *Steph.* p. 168. Verſio *Grotiana* haec eſt:

Dic mihi quaerenti, Maja ſate, ductus ad orcum
Lollianus tecum quomodo fecit iter?
Mirum ſi tacuit: quin te quid, credo, docere
Geſtiit; o comitem poſt quoque fata malum.

Εἰπέ μοι] Etiam neglectum, licet auctoris noſtri nomen in Edit. & Codd. conſpiciatur. In Cod. *Vat.* vſ. 1. κατέβαινεν pro κατέδυνε. auctoritas membranae omnium vetuſtiſſimae me in illam vocem propendere facit. *J. P. D'Orv.*

Κυλλήνιε] Mercurius Cyllenius appellatur a monte Arcadiae Cyllene altiſſimo, rectius quam ab urbe ubi ei templum conſtructum eſt. Monti nomen impoſuit Cyllenus, aut Nympha Cyllene, quae illic Mercurium educavit, aut ex Jove peperit. Diverſa Feſtus in voce Cyllenius. *J. Br.*

2. Λολλιανοῦ ψυχὴ] *Suidas.* Is eſt fortaſſis, cujus vitam conſcripſit *Philoſtratus.* *J. Br.*

Λολλιανοῦ] Videtur antea lectum Λυκιλλιανῦ, quum *Vinc. Opſop.* adſcripſerit: pro Λυκιλλιανοῦ lege Λυκιλίῳ, ſi vis verſum legitimis pedibus currere. Sed Λολλιανοῦ jam verius editum inveniens id ſervo. *J. F. R.*

3. Μένει σιγῶσα] Unumquemque olim fugillans. malim tamen, θαῦμα μὲν, εἰ σιγῶσα, non μένει. *J. Brod.* Ego μὲν, εἰ jam bene editum inveni, quod ſane recte nunc habet. *J. F. R.*

Καὶ σὲ διδάσκειν] Sic enim docere ſolebat Lollianus, aut tacens, aut alicui maledicens. *J. Br.*

XXVII. Τὸν τῦ δειπναρίῳ] Transmiſſum, licet Luciani nomen praeſcriptum, revera tamen in Cod. ſaepe laudato Λυκιλλίῳ eſſe perhibetur. Primo verſu male Cod. quidam ἡμᾶς pro ὑμᾶς. *J. P. D'Orv.*

Αὖλε, καλῶ χαμνοῖς δόγμασι συμποσίου.
Οὐ μελοποιὸς ἐρεῖ καλακείμενος· ὅστε παρέξεις,
Οὔθ' ἕξεις αὐτὸς πράγματα γραμματικά.

Vos hodie invito legibus, Aule, novis.
Non recubans lecto cantabit carmina vates,
Grammaticis nugis nemo molestus erit.

Εἰς βρέφη. XXVIII. *In Infantes.* Interp. *Grotio.*

Παῖδά με πενταέτηρον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα
Νηλειὴς ἀΐδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις. χὠ βιότοιο μετέσχον
Παύρου, χὠ παύρων τ' βιότοιο κακῶν.

Me puerum nullis oneratum pectora curis
Quinquennem rapuit mors fera Callimachum.
Ne me flete tamen: fluxit mihi tempore parvo
Vita: sed & vitae sunt mala parva meae.

Εἰς ἄγαλμα Ἠχοῦς, ὡς φασὶ τοῦ Πανός. XXIX. *In statuam Echûs, tamquam a Pane.*

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς, φίλε, Πανὸς ἑταίρην,
Ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ἀσομένην,
Παντοίων τομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ
Παίγνιον, ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων, ἄπιθι.

Saxa colens Echo datur hic tibi, Panos amica,
Extremos tantum docta referre sonos.
Gaudia pastorum, cujuslibet oris imago,
Audito quantum voce sonabis, abi.

Εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης, τὴν ἐν Κνίδῳ. XXX. *In statuam Veneris quae est in Cnido.*

Τὴν Παφίην γυμνὴν οὐδεὶς ἴδεν, εἰ δέ τις εἶδεν,
Οὗτος ὁ τ' γυμνὴν τήσαμενος Παφίην.

Nulli nuda Venus visa est, puto. si tamen ulli,
Visa viro nudam qui dedit hanc Venerem.

In

a Πρίηπον] Πριήπου Codd. quidam.

Τὸν τοῦ δειπναρίου] Interdicit convivis, ne qua grammatica altercatione convivioli suavitatem conturbent, ita inquiens:

Prandioli nostri leges cognoscite, nam vos,
Aule, nova ad coenam conditione voco.
Carminibus nemo nobis velit esse molestus,
Nec turbet nostras ars literata dapes.

V. Obs.

Τὸν τοῦ δειπναρίου] Frugalis & tenuis coenae. Id est Grammaticorum. *J. Brod.* Vid. *Anthol. Fr.* p. 262. *Steph.* 179. versio *Grotiana* sic habet:

Si quid nostra placet tibi coenula, vespere nobis,
Sed conviva novis legibus, Aule, veni.
Non volumus recitat qui carmina: nulla movebit
De re Grammatica jurgia, nemo tibi.

Sed quia mea aeque ac superiorum jam erat confecta, eam Graecis subjicere non dubitavi. *J. F. R.*

2. Καινοῖς δόγμασι] Hoc explicat ὑ μελεποιοὺς ἱρεῖ. In hunc sensum *Martialis*, Libro XI. *Plus ego polliceor, nil recitabo tibi.* & 5. *Nec crassum dominus legèt volumen.* *J. Br.*

XXVIII. Εἰς βρέφη] Inscriptio in Cod. *Vat.* Λυκιανοῦ. εἰς παῖδα Καλλίμαχον πέντε χρόνους ζήσαντα. Χρόνοι posteriorum temporum Graecis annos significant. *J. P. D'Orv.*

1. Παῖδα] *Anth.* 460. Major. 321. *Steph.* 221.

XXIX. Ἠχὼ &c.] In *Anthol.* L. IV. p. 677. in altera, p. 460. *Steph.* 321. *Ald.* 189. hoc Epigr. non ita certo tribuitur Luciano, quin inscribatur: ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ, οἱ δὲ, ΑΡΧΙΟΥ. Ego etsi dijudicare non valeo, cujus sit, omittere tamen nolui, quamvis non multum jacturae passura fuisset res literaria, si lucem non adspexisset. *J. F. R.*

Ἠχὼ] Quam incerto adscribatur Luciano, vulgati libri ostendunt. Ego magis Archiae arguto stylo, quam Luciani naso convenire tales lusus censuerim. *J. P. D'Orv.*

2. Ἀσομένην] In quibusdam Edd. legitur ἀδομένην. Sed aptius est sensui futurum, cui etiam potius quam prae-

In Idem. XXXI. Εἰς τὸ αὐτό.

Alma Venus, tibi ſacro tuam ſub imagine formam:
Pulcrius hac potuit nil tibi, Diva, dari.

Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τεῆς ϖξικαλλὲς ἄγαλμα,
Κύπρι, τεῆς μορφῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

Interprete I. F. Reitzio. XXXII. Ex *Anthol.* L. 4. 12. N. 90.

Εἰς ἕτερον [a] Πρίηπον.

In caſſum Eutychides poſuit me ex more Priapum,
Palmitibus ſiccis invigilare jubens.
Alto ſum cinctus barathro. Qui venerit hucce,
Me vigilem abſtulerit, praetereaque nihil.

Εἰς τὸ κενόν με τέθεικε νόμῳ χάριν ὧδε Πρίηπον
Εὐτυχίδης, ξηρῶν κληματίδων φύλακα.
Καὶ ϖξιβέβλημαι κρημνὸν βαθύν. ὃς δ' ἂν ἐπέλθῃ,
Οὐδὲν ἔχοι κλέψαι ϖλὴν ἐμὲ τ' φύλακα.

De Mulieribus. Interp. *Grotio.* XXXIII. Ἀπὸ γυναικῶν.

Quae fera ſcutiferi devicerat agmina Medi
Laïdi formoſae Graecia praeda fuit.
Hanc quoque devicit ſenium; nunc dat tibi, Cypri,
Judicium hoc, facies quod juvenilis amat.
Quippe ſuos adeo formidat viſere canos,
Ipſa facit, vitro quae datur umbra, metum.

Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων,
Λαΐδι Θῆκεν ἑῷ κάλλεϊ κηϊδίην.
Μύνῳ ἐνικήθη καὶ τὸ γήραϊ, καὶ τ' ἔλεγχον
Ἄνθετό σοι, Παφίη, τ' νεότητι φίλον.
Ἧς γὰρ ἰδεῖν ϖυγέει ϖολιῆς ϖαναληθέα μορφὴν,
[b] Τῆσδε συνεχθαίρει καὶ σκιόεντα τύπον.

Ἀπὸ

[a] Πρίηπον] Praeſenti activa ſignificatio dari ſolet. *H. Steph.*

Ἀσομίνλω] Codd. quidam & Edd. quaedam, inter eas prima, ὠδομένην, quod praetulerim, licet *Stephanus* aliter ſentiat. *J. P. D'Orv.*

XXX. Τὴν Παφίην] *Anthol.* L. IV. 683. *Fr.* 463. *Steph.* 323.

2. Οὕτω] Praxiteles. *J. Br.* Quia ſcilicet ejus mentio facta in *Antholog.* epigr. proxime praemiſſo, quod Veneris imagini quoque adſcriptum. *J. F. R.*

XXXI. Σοὶ μορφῆς] *Anthol.* IV. c. 12. *Fr.* p. 463. *Steph.* 323.

Σοὶ μορφῆς] In Cod. *Palat.* & in aliis nullus auctor laudatur. *J. P. D'Orv.*

XXII. Εἰς τὸ κενὸν] *Anth.* IV. 712. *Fr* 477. *Steph.* 338. Ne fruſtra verſio *Grotiana* mecum communicata ſit, ecce illam:

Arida me poſuit propter ſarmenta Priapum,
Ut mori morem ſic gerat Eutychides.
Ambior & foſſa; ſi quis tamen adveniat fur,
Nil ſit, cuſtodem me niſi, quod rapiat.

Lector eligat, quod velit. Cl. *D'Orville* adjecerat: Luciani eſt, Codd. teſtibus. Duo ultimi verſus a codice abſunt. In inſcriptione vero habetur: εἰς ἕτερον Πριήπου, ſcil. ἄγαλμα. *J. F. R.*

XXXIII. Ἀπὸ γυναικῶν] Remove illud ἀπὸ γυναικῶν, & repone. ἐπὶ τῷ κατόπτρῳ τ Λαΐδ ἀνατεθέντι τῇ Ἀφροδίτῃ. Licet autem hoc Epigramma ſit omnino dignum Luciano, dubitandi anſam praebet, quod in Cod. *Vat.* habeatur τὸ αὐτοῦ. quaſi non Λυκιανοῦ, ſed Ἰουλιανοῦ eſſet. *J. P. D'Orv.*

1. Ἑλλάδα &c.] Poſtremo ferme loco hoc epigr. collocatur in *Anthol.* nempe L. VI. c. 8. Vel p. 556. *Francof. Steph.* 421. Cumque in omnibus Luciano adſcribatur, in *Fr.* tamen addit Cl. *Drakenb.* nomen ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ, pro ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ. *J. F. R.*

6. Σκιόεντα] I. e. ſpeculum. *F. G.* Immo umbratilis in ſpeculo effigies. *J. F. R.*

[b] Τῆσδε] Ita repoſui ex *Anthol.* VI. c. 8. & Ed. *S.* Luciani. Τῆς δὲ Ed. *P.* cum *Anthol.* Ed. majore.

Ἀπὸ ναυηγῶν. XXXIV. *De Naufragis.*

Γλαύκῳ ; ϗ [a] Νηρεῖ , ϗ Ἰνοῖ , ϗ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ ϗ Σαμόθρηξι θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λυκίλλιος ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

Glauce , tibi & Nereu , Matutaeque & Melicertae ,
Saturnoque , Sami Threïciaeque Deis ,
Sospes ab insano Lucillius aequore , crines
Tondeor hic : aliud quippe ego nil habeo.

a Νηρεῖ] Νιρεῖ Cod. *Vat.*

XXXIV. Ἀπὸ ναυηγῶν.] In *Vaticano* est Λουκιανοῦ ἀνάθημα Λουκιλλίου. Non solum *J. Brodaeus* ad hoc Epigramma putat auctorem esse non Lucianum , verum Lucillium , cujus quam plurima habemus epigrammata in *Anthologia* ; sed etiam sic censuit F. Ursinus in *Virgilio* cum Graecis collato , p. 113. Fraudi fuit Viris eruditis , quod Lucillii nomen in ipso Epigrammate occurrit , sed non ut auctoris versuum , sed uti dedicantis. Nomen Λουκίλλιος saepius in Vaticano Λούκιλλος & Λούκυλλος exaratur ; sed Λουκίλλιος adseritur ex L. II. c. 13. Ep. 2. Porro primum versum esse Parthenii , constat ex *A. Gellio*. L. XIII. c. 25. Qui observat , *Virgilianum* versiculum ex L. I. Georg. 437. desumtum fuisse ex isto poëta : *Glauco & Panopeae & Inoo Melicertae*. Parthenii autem versus apud Noct. Att. scriptorem sic se habet : Γλαύκῳ ϗ Νηρεῖ ϗ εἰναλίῳ Μελικέρτῃ. Uti adeo , quemadmodum *Gellius* animadvertit , *Virgilius* pro Νηρεῖ substituerit *Panopeae* : pro εἰναλίῳ , *Inoo*. Sane utrumque magno judicio : cum sit *Panopea* longe sonantius vocabulum quam *Nereus* : & elegantius patronymicum a matre repetitum exornet Melicertam. Verum enim vero dubitare licet , utrum mutatio illa secundo loco facta debeatur *Virgilio* : an vero re vera sic ipse dederit Parthenius , quo Magistro in Graecis usus fuit *Virgilius* , & *Gellius* corruptis usus sit codicibus , εἰναλίῳ pro Ἰνῴῳ exhibentibus ; nimirum apud *Macrob.* in Saturn. L. V. c. 17. sic plane legitur : Γλαύκῳ ϗ Νηρεῖ ϗ Ἰνῴῳ Μελικέρτῃ. Quin etiam hujus tituli nostri auctor sic , vel non multum diverso modo legisse videtur , quam hic exaratum sit : Νηρεῖ ϗ Ἰνοῖ , ϗ Μελικέρτῃ. Quam tamen lectionem minime ex tribus probo. scriptum praeterea puto Parthenio & Luciano :

Γλαύκῳ ϗ Νηρῆϊ ϗ Ἰνῴῳ Μελικέρτῃ.

Νηρῆϊ dubito an non in codice quodam inveniatur. In Cod. autem Vaticano Νιρεῖ conspicitur. Sed Nireo inter marinos Deos nullus locus. Secundo versiculo Σαμόθρηξι ; membrana Vaticana sistit , quae forma placuit quoque Automedonti , L. 2. *Anthol.* 15. 3. Miror autem *Grotium* τ' βύθιον Κρονίδῳ reddidisse *Saturnum*. quum sit Marinus Saturnius , sive *Neptunus*. & procul dubio ita in animo scribere habuit virorum maximus. *J. P. D'Orv.*

1. Γλαύκῳ &c.] V. *Anth.* 919. *Steph.* 439. In notis *Francof.* L. VI. p. 572. monetur , Λουκιλλίου reponendum pro Λουκιανοῦ. At Cl. *Drakenb.* hujus epigrammatis titulo adposuit , Parthenii esse , videndumque *Abram.* ad *Cic.* pro Coel. N°. 53. Is autem ad verba *Ciceronis* , quae occurrunt c. 14. *ex barbatis illis , non hac barbula* , multa de coma barbaque Diis consecranda , commentatus p. 435. ed. *Cic.* Paris. ait : „ Hos „ versus Luciano vulgo attributos , arbitror esse Par- „ thenii , quo Grammatico *Virgilius* usus est. primus „ enim nomine citatur a *Macrobio* L. V. Sat. c. 17. *J. F. R.*

2. Βυθίῳ Κρονίδῃ] Neptuno Saturni filio , maris Deo, addunt notae *Francof.* Ed. Et Σαμόθρηξι θεοῖς , exponunt , *Cabiris*. Horum meminit *Herodotus* in Euterpe. *Varro* Libro de L. Lat. IV. *Pausanias* in Boeoticis & Apollonii primo Argonaut. *Scholiastes*. τὰς τελετὰς λέγει τὰς ἐν Σαμοθράκῃ ἀγομένας· ἃς εἴ τις μυηθείη , σὺν τοῖς κατὰ θάλασσαν χειμῶσι διασώζεται. quae exscribere non sum veritus. *J. F. R.*

3. Ὧδε κέκαρμαι τὰς τρίχας] *Artemidorus* Oneirocr. α. ναυαγήσαντες μὲ ἢ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου ξηρῶνται οἱ ἄνθρωποι , legas ibid. (Sed ξυρῶνται a ξυράω rado , non ξηρῶνται ibi legendum , res ipsa clamat) Lucian. περὶ τῶ ἐπὶ μισθῷ συνόντων. καθάπερ ναυαγίαν τινὰ , ϗ σωτηρίαν ἀπροσδόκητον διηγουμένων , οἷσί εἰσιν οἱ πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἐξυρημένοι. Idem in *Hermotimo* apertius circa finem. *Juvenal.* Sat. 12. — *ibi vertice raso Garrula securi narrare pericula nautae.* *J. F. R.*

Sequebatur in Edd. Luciani *P. S.* & *Amst.* totum primum Eidyllium *Moschi* , Ἁ Κύπρις , &c. quod cum nullo jure huc irrepserit , removimus.

EPI-

EPIGRAMMATA LUCIANI OMISSA,

Ex Anthologia, quae e Codicibus ipsi nunc primum vindicantur.

Ex *Anthol.* L. 2. p. 129. Ed. *Steph.* Ita hoc & sequentia vertit *H. Grotius.*

SObrius in potis dum quaerit Acyndinus esse,
Solus ab his potus cur habeatur, habet.

Ἐν πᾶσιν μεθύσοις Ἀκίνδυνος ἤθελε νήφειν,
Τἤνεκα καὶ μεθύειν αὐτὸς [a] ἔδοξε μόνος.

Ibidem.

Lumen ut extinxit vexatus pulice multo
Morio, jam me non invenietis, ait.

Ἔσβεσε τὸ λύχνον μῶρος [b] ψυλλῶν ὑπὸ πολλῶν
Δακνόμενος, λέξας, οὐκ ἔτι με βλέπετε.

Ibidem.

Si caput absque pilis, humerosque & pectora cernas,
Dicere ne dubites, calvus hic & fatuus.

Ἢν ἐσίδῃς κεφαλὴν μαδαρὰν, καὶ στέρνα, καὶ ὤμους,
Μηδὲν [c] ἐρωτήσῃς, μωρὸν ὁρᾷς Φαλακρόν.

Anthol. L. 2. p. 135.

Tinge comas, si vis: tingi negat ipsa senectus:

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, [d] χῆρας δὲ σὸν ὕποτε βάπτεις,
Οὐ-

[a] Ἔδοξε] Ἤθελε Cod. *Vat.* male. [b] Ψυλλῶν] Ψύλλων *Vat.* [c] Ἐρωτήσῃς] Ἐρωτήσεις Cod. quidam. [d] Γῆρας δὲ σὸν] Codd. & Edd. quaedam male τὸ δὲ γῆρας.

I. Ἐν πᾶσιν] In *Wechel.* additur hoc Schol. Διαβάλλει τοὺς ἐν συμποσίῳ ὑποκρινομένους, καὶ τὸ Ἰσοκράτους ὑπόμνημα παραβαίνοντας, πρὸς δὲ ἐναντίους μηδὲν ἔχειν τὸ συμπόσιον ἡδονὴν λέγοντος ἄνευ ὁμιλίας· ὥσπερ ἐν πλοῦτον ἄνευ ἀρετῆς. Οἱ ἐν τοιούτοις βουλόμενοι δοκεῖν δεινοὶ καὶ σοφοὶ τοῖς συμπόταις μόνοι μεθύειν δοκοῦσιν, ὥσπερ ἐν ὁ Ἀκίνδυνος. μέθη δέ ἐστιν ἀκράτου χρῆσις σφοδροτάτη. παροινία δὲ ἡ ἐκ τῆς χρήσεως ἀκοσμία· κραιπάλη δὲ ἡ ἐπὶ τῇ μέθῃ ἀηδία· ἐναντία δὲ δυσαρέστησις, διὸ τὸ κάρα πάλλειν ὠνομασμένη. (pro ἀντιθέους Cl. *J. J. Wetst.* conjicit leg. Ἀντισθένους)

Ἐν πᾶσιν] Luciano adserit Cod. *Vat.* in quo vitiose pro ἔδοξε scribitur ἤθελε. *J. P. D'Orv.*

Εἰ πᾶσι μεθύουσιν] Legendum & corrigendum est ἐν πᾶσιν. Praeposterа est ejus sapientia & sobrietas, qui caeteris compotationi indulgentibus, solus sobrietatem colit, nec ei in mentem venit veteris proverbii, *aut bibendum, aut abeundum esse.* Itaque meritо tales hic damnantur stultitiae. Quod ipsum *Theognis* quoque stultum & ineptum factu judicavit, ita scribens:

Αἰσχρὸν τοι μεθύοντα παρ' ἀνδράσι νήφους εἶναι,
Αἰσχρὸν δ' εἰ νήφων παρ' μεθύουσι μύσει. *V. Obsop.*

Ἐν Edd. nostrae jam recte habebant.

In Edd. *Theognidis* legitur vers. 1. νήφουσ' cum apostropho; & recte pro νήφουσι. In 2. μύσῃ pro μύσει. At hoc parvi. Sententia interim Luciani satis declaratur ab *Obsopoeo.* Sed non indiget nostra juventus praecepto *Theognidis* priori, eique ut pentametro ejus potius obsecundet, auctor essem. *J. F. R.*

2. Καὶ μεθύειν] Nec loci nec temporis rationem habens. *J. Brod.*

II. Ἔσβεσε] Eidem inputat Cod. idem. Et pro ψυλλῶν habet ψύλλων, quod eodem redit. *J. P. D'Orv.*

III. Ἢν ἐσίδῃς] Vult omnes calvos esse stultos, & caeteris hebetiores: quod tamen Synesius in encomio calvitii docte & scite refellit. *V. Obsop.*

Ἢν ἐσίδῃς] Eumdem auctorem habet, eodem teste.

Μαδαρὰν] Cujusdam nomini parcit poëta, quem ut opinor Thersitae comparat. *Homer.* Il. B. Τὼ δὲ οἱ ὤμω κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε, αὐτὰρ ὑπερθε Φοξὸς ἔην κεφαλήν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. *J. Brod.*

IV. Τὴν κεφαλὴν] Luciani est, si fidem Cod. *Vat.* ha-

Οὐδὲ παρειάων [a] ἐκτανύσεις ῥυτίδας. Nec dabitur rugas explicuisse genis.
Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε, Parce, precor, vetulum cerussa pingere vultum:
Ὡς τε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν. Personam videor cernere, non faciem.
Οὐδὲν γὰρ πλέον ἔσῃ. τί μαίνεαι; ὅπποτε φῦκος Stulta, labor totus perit hic tibi: fucus, & omne
Καὶ ψίμυθος τεύξει τ' Ἑκάβην Ἑλένην. Hoc genus ex Hecuba non facient Helenam.

Anthol. L. 2. p. 142.

Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης [b] ἐμβαίνει, Navi nil opus est Diophanto, ut transeat amnem,
Μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπιέναι Διοφῶν. Inplet enim turgens hernia navis opus.
Τῆς κήλης δ' [c] ἐπάνωθι τὰ φορτία [d] πάντα τεθεικὼς, Huic nam sarcinulas ipsumque inponit asellum,
Καὶ τ' ὄνον, ἁψαπλεῖ σινδόν' ἐπαράμενος. Et sinuosa levans lintea transit aquas.
Ὡς τε μάτην τρίτωνες ἐν ὕδασι δόξαν ἔχουσιν, Frustra se jactant igitur Tritones in undis,
Εἰ καὶ κηλήτης ταὐτὸ [e] ποιεῖν δύναται. Cum Diophas magno ramice praestet idem.

Ibidem.

Ὁ γρυπὸς [f] Νίκων ὀσφραίνεται οἶνα ἄριστα, Olfacit egregie nasatus pocula Nicon,
Οὐ δύναται δ' εἰπεῖν οἷος ἂν ᾖ ταχέως. Sed cito sit vinum dicere quale nequit.

Nam

habeamus: nec sane eo indignum. In Edd. tribuitur Lucilio. *J. P. D'Orv.*

2. Ἐκτανύσεις ῥυτίδας] Ita inverti; cum ante legeretur ῥυτ. ἐκτεν. admonitus a Cl. *D'Orv.* qui adscripserat: in ora Ed. *Wechel.* γράφεται καὶ, ἐκτανύσεις ῥυτίδας. ita certo reponendum. nam constans usus primam corripit in hoc vocabulo. L. III. p. 232.

[g] Ἂς ἐπὶ ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἵζεται ἵμερος.

Quem versiculum *Athenaeus* L. XIII. p. 589. scribit πικρὸς ἔπεσιν ἵμερος. L. VI. 421. Γηραλέων συγγέει μαρτυμένην ῥυτίδων. L. VI. p. 430. Καὶ ῥυτιδόφλοιον σῦκον ἐπομφάλιον. L. VII. p. 468. Καὶ χρὼς ἀῤῥυτίδωτος ἔτ' ἀμβροσίην, ἔτι πειθώ. Vid. *Aristoph.* Plut. vs. 1052. Epigrammate superiore dixit τεῖνε παρειήν. Duo Scholia in eadem edit. adposita, manu Arsenii, Monembasiae Archiepiscopi, qui etiam Aristobulus dicitur, exarata vidi. Legendum ibi κίσηριν. τρόφιον. ὀπισθοσφενδόνιον. ὀπισθοκάλυμμα. ex Cod. Mss. Confer *Pollucem* L. VII. c. XXII. §. 95. *J. P. D'Orv.*

4. Ὥστε προσωπεῖον] In *Wech.* hoc legas Schol. Πολυδ. ε. κατὰ τὸ Λοκρὸν, ὁ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει.

5. Φῦκος] Ὦ καλλωπίζεσθαι τὴν ὄψιν αἱ γυναῖκες. Καὶ Μένανδρος δὲ ἀμφικάλλων αὐτὰς, φησὶ, νῦν δ' ἀπ' οἴκων τὴν γυναῖκα τὴν σώφρονα ἃ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν, καὶ ἁδὲ τὰς παρειὰς φυκοῦν, ἁδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφειν. Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν ταῖς θεσμοφοριαζούσαις ἐπιψέγων τὸ γυναικεῖον κόσμον φησί· μίτρας ἀναδήμεθα, νίτρον καὶ σιδήριον, καὶ κηρυτρόφιον. ὄπισθεν σφενδόνη, ὀπισθοκάλυμμα, φῦκος καὶ ψιμύθιον.

V. Οὐδέποτ'] Luciano restituendum, jubente Cod. *Vat.* ex quo malam quoque Planudis manum hic grassatam fuisse constat. primum enim distichum sic legendum:

Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης Διόφαντος
Ἐμβαίνει, μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπίναι.

Scilicet non cepit homo vocem ἀπίναι, idemque totum distichon corrupit. *J. P. D'Orv.*

Οὐδέποτ'] Διόφαντος esse hoc Epigr. pro varia Lectione adscriptum in Exemplari *Wechel.* manu Cl. *Drakenborchii.* In Edd. est Incerti. *J. F. R.*

4. Σινδὸν' ἐπαιρ.] Velum faciens & pandens. *J. Br.*

5. Τρίτωνες] In *Fr.* p. 206. additur hoc Scholion: Περὶ τοῦ χήματος τῶν τριτώνων πολλὰ διηγεῖται Παυσανίας ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς. μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ δ' καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις ἐν τῇ εἰς Ἀρκεσίλαον ᾠδῇ. Cl. *D'Orville* autem addit: hoc schol. manu Arsenii quoque scriptum in quodam Libro. *J. F. R.*

VI. Ὁ

Nam tribus aestivis vix ipse id percipit horis
Bis centum quoniam nasus it in cubitos.

Ἐν τρισὶν ὥραις γὰρ θερινᾶις μόλις αἰθάνετ' αὐτός,
Ὡς ἂν ἔχων πηχῶν ῥῖνα διακοσίων.

Egregius nasus, qui si quem forte per amnem
Ducat iter, pisces non semel ipse capit.

Ὦ μεγάλου μυκτῆρος, ὅτ' ἂν πολαμὸν διαβαίνῃ,
Θηρεύει ἓ τούτῳ πολλάκις ἰχθύδια.

Anthol. L. 2. p. 146.

Surripis, o pictor, formam: at vox sola recusat
Artificis dextram victa colore sequi.

Ζωγράφε, τὰς μορφὰς κλέπτεις μόνον· ἃ δύνασαι δὲ
Φωνὴν συλῆσαι χρώματι πειθομένην.

Anthol. L. 2. p. 171.

Miramur Rhetor qui factus sit Bytus, is quem
Communis sensus deficit & ratio.

Θαυμάζειν μοι ἔπεισιν, ὅπως [h] Βύτος ἐξ σοφιστὴς,
Μήτε λόγον κοινὸν, μήτε λογισμὸν ἔχων.

Ibidem.

Albus erit corvus prius, & testudo volabit,

Θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας, πτηνάς τε χελώνας

Εὖ-

[g] Τούτῳ] Τούτε *Vat.* Sed cum *Salmasio* τούτῳ recte praetulit Cl. *D'Orv.* [h] Βύτος] Βίτος alius Cod.

VI. Ὁ γρυπὸς] De nasuto quodam, qui quidem vinum cito subodorabatur: interrogatus tamen cujusmodi fuisset, cito & promte propter nasi longitudinem respondere non poterat. quod vini odor vix in tribus horis, idque aestivis, ad nares se quibat diffundere. Ultimum versum hic restituere non potuimus. *V. Obsop.*

Ὁ γρυπὸς] Et hoc Epigramma deberi Luciano, si Cod. *Vat.* credimus. Sed misere adhuc truncatum circumferri, at sic supplendum, ut jam fecimus, docuit *J. P. D'Orv.* Nempe tres tantum priores versus comparebant in Edd. *J. F. R.*

2. Ταχέως] Propter nasi longitudinem. *J. Br.*

3. Ὥραις — θερινᾶις] Has *Vitruvius* solstitiales vocat aestivas. *Martial.* L. XII. *Hora nec aestiva est.* Hinc quidam *Virgilium* magnos menses Junium & Julium ibi, *& incipiant magni procedere menses* dixisse existimant. Asconius Pedianus Quintilem & Sextilem, quia nomina de Imperatoribus Julio Caesare & Augusto sumpserunt, magnos nominatos ab eo credit. Idem *Vitruv.* brumales horarum brevitates appellat, & *Plaut.* in Pseudol. hibernam horam pro brevissima, cum angusta lux est, posuit. cum vero aequalia sunt spatia in Ariete & Libra, aequinoctiales vocantur horae. Lege *Manilium* L. Astron. 3. c. 32. At cum horas absque adjectione audio (quomodo loquitur saepe *Galenus* ἰσημερινὰς minime addens, uti cum tradit τριτεῖον πυρετὸν ἐντὸς τῶν δώδεκα ὡρῶν παύσαι) has ipsas aequinoctiales sumendas reor, id est partem totius diei vigesimam quartam. Porro horarum originem quarum tempus cum luce augeri vel decrescere jam contexuimus, narrat Victorinus in *Ciceronis* rhetor. vol. 1. *J. Brod.* Ἐν τρισὶ γὰρ θερινᾶις ὥραις cum Cl. *J. J. Wetstenio* malim. *J. F. R.*

VII. Ζωγρ.] Forma pingi, vox pingi non potest. *V. Obs.*

Ζωγράφε] Cod. *Vat.* Lucianum facit auctorem: & exhibet, χρώματι πειθόμενον. bene, *Salmasio* consentiente. *J. P. D'Orv.* Τὸ κλέπτειν & συλῆσαι hic respondent Gallico *attraper*, quo & hi de pictoribus formam probe imitantibus utuntur. *J. F. R.*

VIII. Θαυμάζειν] Luciani esse Cod. *Vat.* indicat. qui exhibet vs. 2. Οὔτε λόγον κοινὸν, οὔτε λογισμόν. Planudes timuit ultimae syllabae in κοινόν. *J. P. D'Orv.* In Edd. *Ammiano* tribuitur.

Ὅπως βύτος] Proverbium est *Buthus obambulat*, ad hoc forte nil pertinens. *J. Brod.*

IX. Θᾶττον ἔην λευκούς] Ab impossibili, negat ullum spectatum & laude dignum oratorem Cappadocem unquam reperiri posse. Suffragatur hujus poëtae sententiae & *Philostratus* L. 2. de Sophistis, in vita *Pausaniae*. De cujus pronuntiatione inter caetera haec quoque refert, πολλὰ δὲ ἀναφέρων τῶν Ἡρώδου πλεονεκτημάτων, καὶ μάλιστα τὸ αὐτοσχεδιάζειν ἀπήγγειλε δὲ αὐτὰ παχείᾳ τῇ γλώττῃ, καὶ ὡς Καππαδόκαις ξύνηθες, ξυγκρούων μὲν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων, συσέλλων δὲ τὰ μηκυνόμενα, καὶ μηκύνων τὰ βραχέα. ὅθεν ἐκάλει αὐτὸν οἱ πολλοὶ μάγειρον, πολυτελῆ ὄψα ποιητῶς ἀρτύοντα. *V. Obs.*

Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην. Quam doctum videas rhetora Cappadocem.

Anthol. L. 2. p. 186.

Πολλὰς μυριάδας [a] ψηφίζει Ἀρτεμίδωρος, Artemidorus habet decies quod computet, & nil

Καὶ μηδὲν δαπανῶν, ζῇ βίον ἡμιόνων, Erogat: haud aliter vivere mula solet;

Πολλάκις αἱ χρυσῷ τιμαλφέα φόρτον ἔχουσαι Bajula quae multo cum sudet pressa sub auro

Πολλὸν ὑπὲρ νώτου, χόρτον ἔδουσι μόνον. Tam pretiosa gerens pondera, gramen edit.

Anthol. L. 2. p. 188.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα [b] δοκεῖ σοφίαν ποιεῖν, Si promissa potest sapientem reddere barba,

Καὶ τράγος εὐπώγων, εὔστολός ἐστι Πλάτων. Barbatus poterit jam caper esse Plato.

An-

a Ψηφίζειν] Ψηφίζων *Vat.* melius. b Δοκεῖ] Δοκεῖς *Vat.*

Θαῦμον] Et hoc Luciani est, teste eodem Libro. Alius Mſ. haec duo Epigrammata sine auctore sistit. *J. P. D'Orv.*

Λευκοὺς κόρακας] Proverbium est de raris inventu. *J. Broed.* At hoc nisi puerile, nihil puerile erit. Addidi tamen, ut rursus adpareat; male ne fecerim, talia omittens, ubi *Obsop.* similia dedit. *J. F. R.*

2. Ῥήτορα Καππαδόκην] Rhetorem Cappadocem sugillat Lucillius, Pausaniam fortasse, cujus vitam perstringit Philostratus, vel Basilium & Gregorium. Sozomenus. Simulque Basilius & Gregorius Cappadoces illius temporis rhetores Christiani. *J. Br.*

X. Πολλὰς] Luciani esse, e Cod. *Vat.* constat, in quo bene ψηφίζων pro ψηφίζει. pro αἱ versu 3. αἳ scribendum *quae*, uti in aliis editur. *J. P. D'Orv.* Itaque sic jam edi curavimus. *Vincentii Obsop.* notam qua versionem solutam exhibet, rursus omitto; addit tamen & hanc ligatam:

Vivens ut muli, dum sumptus praecavet omnes,
Supputat innumeras Artemidorus opes.
Auri saepe gerunt ingentia pondera dorso
Muli: sed siccum non nisi gramen edunt.

J. F. R.

XI. Εἰ τὸ τρέφειν] Luciani Epigrammatibus adjungitur in eodem libro; qui non male habet δοκεῖς. Sed ridicule pro εὔστολος exhibet αἰπόλος. Platonis enim nitor in vestitu usque ad reprehensionem celebratus est. *J. P. D'Orv.*

Εἰ τὸ τρέφειν] Morus:

Si promissa facit sapientem barba, quid obstat,
Barbatus possit quin caper esse Plato? *V. Obs.*

2. Καὶ τράγος] Et hircus barbatus Plato esse poterit. *J. Br.*

Εὔστολος] Εὔστολος ornatum significat. *V. Obs.*

XII. Τῷ πωγωνοφόρῳ] In Cynicum abstinentem a lupinis & raphanis in convivio, quod virtuti obessent, sed bulbos esitantem. *V. Obsop.*

Τῷ πωγωνοφόρῳ] Nostrum quoque parentem habet, secundum testem saepe productum. In Cod. alio ἄδηλον vocatur. Vs. 2. *Vat.* habet εἰδῶμεν & σοφίαν. Sed illud vitiosum, licet & in alio Codice, hoc leve. *J. P. D'Orv.*

Βακτροπροσαίτῳ] Cum baculo mendicantis. *J. Br.*

3. Θέρμων] A lupinis abstinebat. Γαστρὶ, ventri, gulae. Χιονώδεα. album. *J. Br.*

5. Βολβὸν] Bulbum. Venerem stimulantem. *J. Br.*

Βολβὸν] Hic & vs. 8. majoris momenti occurrit varietas, ubi enim nunc legitur (procul dubio interpolatore Planude) βολβὸν, reponendum est βόλβαν. Vox ex Latinitate in Graeciam translata est: apud Romanos enim *fuilla vulva*, *Volva*, βόλβα. In primis deliciis fuisse illud *Horatii* probat Ep. I. 15. 41. *Nil melius turdo, nil vulva pulcrius ampla.* Et sic emendavit dudum magnus *Salmasius*, pene puer, ut ait ad Æl. Lamprid. Ant. Heliogabulum cap. 21. ipsum audi. „ Vide Lector, & ride simul patientiam eruditorum „ Interpretum, qui hactenus tam bono stomacho fue„ re, ut concoquerent illum βολβὸν, cum abjecto ge„ neris sequioris [βολβὸν τρυφῆν] tanti non erat bul„ bus, ut omissis lupinis & rapulis repente ad illius „ occursum adsurgeret cynicus ille φρονηματίας, & „ repente gulam suam proderet. At vulva sane tan„ ti, quam in delicatissimis cibis posuere veteres gu„ lones". Necesse autem fuit, cum haec scriberet *Salmasius*, ut ipsi non ad manus fuerit collatio codicis Heidelbergensis; alioquin enim conjecturam auctoritate membranae hujus suffulsisset, quod inde quoque

Anthol. L. 2. fin. f. p. 189.

Mendici quae ſit Cynici ſapientia (barba
Quid facit aut baculus,) coena videre dedit.
Caulibus abſtinuit primo tenuique lupino:
Nam virtus ventri non famulatur, ait.
At poſtquam vulvam vidit niveamque bonamque,
Clam vires animi noluit eſſe ſui.
Nam nec opinato petiit, vereque comedit:
Virtuti vulvam poſſe nocere negans.

Τῦ πωγωνοφόρυ κυνικῦ τῦ βακλροπροσαίτυ
[c] Εἴδομεν ἐν δείπνῳ τ' μεγάλην [d] σοφίην.
Θέρμων μὲ γὰρ πρῶτον ἀπέχελο καὶ ῥαφανίδων,
Μὴ δεῖν δυλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετῇ.
Εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα
[e] βολβὸν
Στρυφνὴν, [f] ὑ πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον·
Ἥπτησεν πρὸς προσδοκίαν, καὶ ἔτρωγεν ἀληθῶς,
Κἀδὲν ἔφη βολβὸν τ' ἀρετῇ ἀδικεῖν.

Ibidem.

Mendicos fugiens, domitrix Dea divitiarum,
Exemplum vitae quae potes eſſe bonae.
Alterius pedibus nam quamquam incedere gaudes,
Sunt unguenta tuis crinibus, arma manu.
Serta nec, Auſonii nec deſit copia Bacchi,

Μισόπωχε θεὰ, μόνη πλόυτυ δαμάτειρα,
Ἡ τὸ καλῶς ζῆσαι πάντοτ' ὀπταμένη.
[g] Εἰ δὲ καὶ ἀλλοτρίοις ἐπιζομένη ποσὶ χαίρεις,
Ὁπλοφορεῖν [h] τ' οἶδας, καὶ μύρα σοι μέλεϊ.
Τέρπει καὶ στέφανός σε, καὶ Αὐσονίυ πόμα
Βάκχυ.

Ταῦ-

[c] Εἴδομεν] Εἴδωμεν male *Vat.* [d] Σοφίην] Σοφίαν *Vat.* [e] Βολβὸν] Βόλβαν hic & vſ. 8. in *Vatic.* [f] Οὐ] Abeſt a *Vat.* aliisque Codd. [g] Εἰ δὲ] Sic *Vat.* Cod. aliique & Ed. prima. Ἐν δὲ Edd. cett. [h] T'] Abeſt a *Vat.* & aliis membranis ac prima Ed. Adeſt in Ed. *Steph.* & *Fr.*

que ſit probabilius, quia ſcribit: Epigramma eſt Palladae, ne quis miretur Graecum ſcriptorem in verſu Latinam vocem poſuiſſe. At Luciano idem Heidelbergenſis, poſtea in Vaticanum ablatus, codex vindicat; nec magis incongruum, ut Lucianus voce Latina uſus fuerit, quum apud alios Scriptores voces tot Latinae, neceſſitate & uſu cogente, occurrant. In *Hakkiana* autem Aug. Hiſt. Scriptorum editione male vſ. ultimo publicatum βόλβας pro βόλβαν. Quamvis vero haec ſcriptura omnino ſe probare poſſit, neſcio qui ſcrupulus haeret, quod illa βόλβα, illa *vulva* ornetur epitheto στρυφνὴ, *auſtera*, *adſtringens*, quod an laudatum ſit in *vulva ſuilla*, dubito. In bulbis inerat ſaporis acrimonia. praeterea aliquid hic latere ſuſpicor, quia non ſolum in Cod. *Vaticano*, verum & in aliis deſideretur vocula ὑ poſt στρυφνήν. Quid quod θέρμων & ῥαφανίδων comes non ineptus ſit *bulbus*. quin ita Stoici occulta libido taxari poſſet videri, quum bulbi ad Venerem incitandam faciant. Sed haec accuratiore indagine indigent. *J.P.D'Orv.*

Βολβὸν] Si *bulbi* nomen retineas, non ſatisfactum erit difficultati generis, cur femininum ſcil. fiat, quod hic tamen in στρυφνὸν mutare non licet; etſi mox τὸ ον in πινυτὸν ob caeſuram producitur. Nec στρυφνὴ rurſus aptum eſt *vulvae* epitheton, niſi *denſam* exponere liceat, quod non credo. Quare ἐπέχω. *J.F.R.*

6. Στρυφνὴν] Marg. *Wech.* σεσρεὴν, ἰχυρὴν, αὐσηρὴν, πυκνὴν. Cl. *Drakenborch.* in cod. marg. bene monuerat adeundum *Salmaſ.* ad Lamprid. Elagab. c. 22. *J.F.R.*

Στρυφνὴν] Στρυφνὴν νόον rigidum, acerbum. *J.Brod.* Vix credo bene typis expreſſa haec *Brodaei* verba in Ed. *Wech.* Qui enim potuit haec jungere? An ergo non ſcivit τ' νοῦν maſculinum eſſe? *J.F.R.*

Στρυφνὴν] Lego στρυφνόν τ'. *Athenaeus* II. p. 64. B. βόλβοι λευκοὶ. E. βόλβῳ πικρός. *J.J.Wetſt.*

Ἔκλεπτε νόον] Occultavit animum: non potuit amplius diſſimulare ſuam hypocriſin. *V. Obſ.* Immo οὐκ ἔκλεπτε non occultavit amplius, connectendum. Qui enim, quaeſo cohaeret? occultavit, i.e. aperuit ſ. non diſſimulavit. *J.F.R.*

XIII. Μισόπτωχε θεὰ] Podagra. *J.Br.*

Μισόπτωχε] In *Vaticana* membrana auctor Lucianus comparet, qui toto poëmate podagricos defricuit. *J.P.D'Orv.*

3. Ἀλλοτρίοις — ποσὶ] A ſervis vecta, aut eis ambulando inſiſtens, aut utrinque ſuſtinentibus pendens. *J.Br.*

4. Ὁπλοφορεῖν] Baculos ferunt podagrici, quibus ſuſtentantur. Lucian. *Tragop.* Ὦ τρίτυ ποδὸς μοῖραν λελογχὸς βάκτρου. quidam ὁπλοφορεῖν ἀντὶ τῦ ὁπλοφορεῖσθαι enarrant. *J.Br.*

5. Αὐσονίου] Italici. *J.Br.*

7. Τοῦ-

Ταῦτα σοὶ πτωχοῖς γίγνεται ὐδέποτε.
Τοὔνεκα [a] κὴ φεύγεις πενίης τ' [b] ἀχάλκεον ὐδόν,
Τέρπῃ [c] δ' εἰς πλούτου πρὸς πόδας ἐρχομένη.

Mendici praebet qualia nulla domus.
Unde & egestatis furiosum limen abhorres,
Ad dominique venis in lare dite pedes.

Ex Cod. *Vaticano.*

Sic vertit D'ORVILEIUS.

Πολλάκις οἶνον ἔπεμψας ἐμοὶ, κὴ πολλάκις ἔγνων
Σοὶ χάριν, ἡδυπότῳ νέκταρι τερπόμενον.
Νῦν δ' εἴπερ με φιλεῖς, μὴ πέμψῃς· ἃ δέομαι γὼ
Οἶνος τοιοῦτος, μηκέτ' ἔχων θρίδακας.

Saepe merum mihi misisti, gratesque peregi,
Sparsus nectarei pectora rore meri.
At mihi ne mittas posthac, rogo. quo mihi acetum!
Lactucis & qui caulibus abstineam.

Est etiam aliud Epigramma ineditum Luciano adscriptum: sed quo chartam conspurcari nolim. Sic primum distichon se habet:

Αἱ τρίσται τοι ταῦτα τὰ παίγνια θῆκαν ἑταῖραι,
Κύπρι μάκαιρ', ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης.

[a] Καὶ] Νῦν *Vat.* [b] Χάλκεον] Ἀχάλκεον *Vat.* [c] Δ' εἰς] Δ' ἴσν τι *Vat.* Gr. ἀντὶ, adleverat Cl. *Drakenb.*

7. Τοὔνεκα κὴ] Sic exaratur Romae: Τοὔνεκα τῶν φεύγεις πενίης τ' ἀχάλκεον ὐδόν. quae scriptura merito arrisit *Salmasio.* ἀχαλκεῖν & ἄχαλκος dicitur de pauperibus: de carentibus aere, numis. eleganter igitur paupertatis limen vocatur ἀχάλκεον. non ex aere factum: quum alioquin aerati postes memorentur aliasque domus partes apud divites hoc ex metallo fieri non insolitum esset. Simul *Homero* saepe celebratus χάλκεος ὐδός respicitur. *J. P. D'Orv.*

Πενίης — ὐδόν] Podagram hodie divitum morbum vulgus quoque nostrum appellat. qua tamen eorum divitiae domantur, cum, quibus abundent, frui nequeunt. *J. Br.*

8. Τέρπῃ δ' εἰς] In Cod. primario τέρπῃ δ' ἄν τι πλούτου. In alio codice ῃ in τέρπῃ in rasura cubat. εἰς πλούτου corruptum videtur. Sed varia illa lectio parum juvat, nisi quod indicet ulcus. An legendum: Τέρπῃ δ' εὐπλούτου εἰς πόδας ἐρχομένη; In collatione quadam habetur. Gr. πρόποδες. At qui πρόποδες vel sensui vel metro congruant, non perspicio. Sequens Epigramma Εἰς τὸ κενὸν — (quod supra jam exhibuimus) in prima Ed. male cum hoc coaluit. *J. P. D'Orv.*

Εἰς πλούτου] Ἐν τῷ τῦ πλούτου, οἴκῳ, subaudi. ἐρχομένη πρὸς πόδας ἐκείνου τῦ πλούτου. aut sic: τέρπῃ δ' εἰσερχομένη πλούτου (locupletis cujusdam) πρὸς πόδας, quos dolore infestas. *J. Br.* Verum propemodum vidit ille, & simplex expositio τέρπῃ ἐρχομένη εἰς πλούτου (scil. οἶκον, quod ita frequenter omitti, non semel in Luciano vidimus) πρὸς πόδας scil. αὐτοῦ, mihi nihil difficultatis relinquere videtur. Πλούτου autem pro πλουσίου lusus est haud inficetus. *Obsop.* hic multis narrat, quomodo divites podagram commereantur, & ad *Nic. Gerbelli* fabulam de podagra & aranea remittens, ὁπλοφορεῖν significare putat, quod podagrici semper sint in armis, i. e. rixae & iracundiae pleni, indigne ferentes vel muscam praetervolantem pedibus infidere. Ego ad baculum podagricorum tantum respici crediderim, quo semper utentes, eodem etiam minantur irati. *J. F. R.*

Πρὸς πόδας] In *Wech.* hoc Scholion legas: Ποδάγραν λέγει. οἱ γὰρ πλούσιοι διὰ τρυφῆς & ἀσελγείας ποδαγρῶσι. κὴ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Πλούτῳ. παρ' αὐτῷ μὲ γὰρ ποδαγρῶντες & γαστρώδεις, κὴ παχύκνημοι, κὴ πλούσιοι εἰσιν. ἀσελγῶς.

PALI-

PALINURUS.

ARGUMENTUM
BOURDELOTII.

Duo hi dialogi sequentes, Luciani non sunt, neque Graece scripti etiam: sed quia a doctis Italiæ cum Lucianicis eodem titulo conjunctos accepimus: ne horum quidem lectione fraudare quenquam voluimus, praesertim cum ad exemplum Lucianicorum aliquo modo efficti & ipsi essent.

PALINURUS, CHARON.

PAL. OBsecro te, ô Charon, sine me ut jam navim conscendam. CHAR. Quis me appellas? PAL. Ego navita quondam illius, quem nuper viventem transvectasti, Aeneæ Trojani. CHAR. Tune ille es, qui apud portus Velinos inhumatus jacebas? PAL. Ille ipse sum. Sed crede coelestium nutu fieri ut transvehar, quorum prodigiis longe lateque actae finitimae gentes, & ossa mea jam expiaverunt, & tumulum mihi, tumuloque insuper solennia statuerunt. Quare te oro, ô justissime Charon, patere tandem ut ingrediar. sic prospera semper sit navigatio tua, sit solida navis tua, atque inconcussa. CHAR. Rem justam petis, Palinure, ingredere ut libet. Vos vero tam confertae umbrae, quid fatigatis me precibus? Quid fatigatis? Quaenam haec vis desiderii? Expectate tantisper, dum trans flumen hunc porto: regrediar quamprimum. PAL. Habeo tibi, Charon, immortales gratias, qui me his tandem eripuisti è malis, qui me dira hac tandem qua detinebar transfretandi cupidine liberasti. CHAR. Amo te equidem, Palinure, tum propter Æneam regem, quem mihi nominasti, qui & super omnes, quos unquam viderim mortales, visus est mihi singulari quadam praeditus pietate: tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magisterium: Par enim sibi quisque parem affectat: delectatque magis, quae inter pares fit vel confabulatio, vel vitae actio. Afficiebar porro non modico dolore, quum videbam jamdudum te in citeriore hac ripa errantem, incertumque sedis tuae. Neque licebat tibi succurrere, propter legem mihi datam, ne quemquam nisi humato prius corpore transportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, subjectusque alienae potestati, cui parere non tam pulchrum mihi, quam alias necesse sit. Gaudeo autem nunc & laetor, quod ea aliquando se sors tibi obtulerit, qua & tuum implere desiderium, & meum relevare dolorem salva lege officii mei possum. PAL. Imo ego non minus propter te dolebam, ô Charon, quia perspiciebam tot te graves assiduosque labores perferentem sine ulla relaxatione. Neque enim me latet, quot quantisque vexari malis solent navium gubernatores, qui nihil aliud in vita quam navigationem exercui: atque ita exercui, ut nihil illa gravius, nihil periclitantius contingere mortalibus putem: propter quod credibile magis tibi videri potest, si angebat me utique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas juvenis etiam sustinebam, nauticas fatigationes meas: quarum experientia jam edoctus sciebam probe, pari malo tuo condolere. CHAR. Frustra propter me dolebas, Palinure: nam nihil molesta mihi est ars mea. PAL. Quid ais? CHAR. Ajo gratam me habere & jucundam artem meam. Vides ut cruda viridisque senectus est mihi? Memini haud unquam ab ipsa, qua jam omnium annos supero, longaeva aetate mea pertaesum me esse laboris mei, qui quotidie insto alacrior atque valentior. Sed intelligo, cur tu aliter tibi persuadeas. Est enim communis hic morbus mortalium, ut sortis suae quemque distaedeat semper, vivatque contentus nemo studiis suis, laudent vero longe, ac

beatiores exiſtiment omnes, qui diverſas a ſe artes atque actiones ſequuntur : verum falluntur maxime opinione ſua. Nam ſi recte intueri velint, cognoſcent perſpicue, nullum eſſe in vita eorum ſtatum, qui non magnis ſcateat miſeriis, quem non magnae gravesque perturbent undique moleſtiae & vexationes. Et ſi detur aliquando, ut alter in alterius ſtudia transferatur, quam videas tunc ſua cuique levia videri, quae prius prae gravitate accuſabat : contraque ea graviora, quae prius levia videbantur? Itaque ſi bene conſideres, Palinure, non eſt ita gravis mea conditio ut cenſes, neque propterea quod nauclerus ſim, ſum eo miſerabilior. Sed tu (ut video) ſequeris vanos errores mortalium, ego vero integritatem tantum, judiciique veri lucem ſecutus, dego contentus ac laetus ſorte mea, neque adſcribo mihi calamitatem, quod deſudem quotidie navigando, & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum qui mecum ſimul ultimas ſedes colunt, me eſſe beatiorem, non ipſos judices, Minoëm, Rhadamanthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant poteſtate : non ipſum Ditem, quamquam ſceptro potens ſit, atque regna iſta moderetur. Sunt namque & illis ſui labores, ſuaeque moleſtiæ, & majores forte, quo & majore regiminis ſarcina premuntur. PAL. Potes de te tibi, Charon, perſuadere ut libet : mihi enim de me nunquam perſuadere poteris, quin ars noſtra ſine ulla comparatione caeteras laboribus & periculis excedat : quod liquido tibi probarem, niſi quod vereor ne taedio te afficeret fortaſſe longior narratio noſtra. CHAR. Imo ſumma me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum ſermocinari, & navigantibus etiam magnam animorum refocillationem afferre ſolent hujusmodi confabulationes. PAL. Quando igitur non eſt tibi injucundum, proſequar ſuſcepti ſermonis noſtri rationem, ut intelligamus, non eſſe duriorem ullam, quam nautarum ſortem : quod tibi facile perſuadebo, ſi animadvertas, quos aeſtus & frigora tolerare eos, quos perhorreſcere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie neceſſe ſit. Si cognoſcas, quoties eos torqueri fame & ſiti, quoties ſqualore etiam teterrimo conſumi contingat : ſi attendas habitationem eorum inſtar carceris, ſupellectilem vel nullam, vel ſordidiſſimam, ſtrata dura, cibaria aſpera, potum immundiſſimum, indumenta ſpurca, incommoditatem rerum omnium, noctes inſomnes, & ſub divo ſemper, & inquietas : taceo perpetuum alioqui quoddam eorum exilium : quos patriae eorum exteros, profugos, vagos, palantes, ignaros quietis, privatos omni (quo nihil eſt in vita dulcius) conjugis ſobolisque fructu ac jucunditate, quis non abjectiſſimos, longeque omnium mortalium miſerrimos eſſe judicabit? Praetereo Scyllam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infeſta navigantibus maris pericula. Omitto tempeſtates, quibus nec viſu quicquam eſt triſtius, nec horribilius, quibus & ad ſummum vitae usque diſcrimen quotidie jactantur, quatiuntur, & (quod ſaepe accidit) ſubmerſi tandem obruuntur. In qua re nemo eſt, qui idoneus magis quam ego teſtis adhiberi queat : qui cum multis fuerim quaſſatus tempeſtatibus, tum ea maxime quæ me ex Sicilia in Italiam navigantem invaſit, tam ſaeva atque horrens, ut horrori ſit adhuc mihi ejus recordatio. Non poſſum certe, ut par eſſet, explicare tibi acerbitatem illius tempeſtatis ; ſed quanta extiterit, ex hoc facile conjecturam facere potes, quod Æneam ducem, cujus ſumma conſtantia & animi fortitudo ubique decantatur, vidi ego contrementem graviter atque ingementem, extentisque ad coelum manibus beatos longe inclamantem eos, quibus ad Trojam oppetere contigiſſet, lamentantemque pari ab eorum morte, ac fortiſſima, a Diomedis gladio ſe ereptum extitiſſe. Crudelem equidem tum illuxiſſe omnibus ultimum, neque ex numero noſtro quenquam putavi evaſurum, non ipſum Æneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandaevumve Alethem, quorum naves longe diſiectas, ad ſummumque pene exitium adductas, neſcio quæ vis illa niſi divina liberavit. CHAR. Non incognita mihi narras : haec ea ipſa die reſcivi. PAL. Quo id mo-

modo? CHAR. Quo id modo, rogas? An acrem illum fidumque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ navis? Is quidem tunc submersus conceſſit ad me illico, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu diſſeruiſti, implorans deinde opem, rogitansque multum ut ſe ulteriore in ripa ſiſterem: quod nunquam paſſus fui, quum inter fluctus adhuc corpus ſuum ſine ſepulchri honore jactaretur. Nunc agit ſeſe circum haec ſtagna moeſtus atque errabundus: vidiſti illum? PAL. Et tum vidi, & unicum meorum ſolatium habui, dum tantiſper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falſa de triſti ejus interitu retuliſti, cujus adhuc imago ſubit mihi, dum excuſſum e puppi, contortumque ter eum atque circumactum (horrendum) a fluctu, *rapidus tandem aequore vortex Abſorpſit.* Sane quod ad me pertinet, nihil ediſſeram: qui licet eam evaſerim tempeſtatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inveni, excuſſus & ipſe pariter atque jactatus inter undas: quod deerat, inſuper ferro praeterea obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui, quam Æneæ meo, ne tantis undis ſurgentibus ſpoliata magiſtro navis deficeret. Haeccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas? Sic illis vivitur, ſic moritur. Tui nunc & aliorum defende ſtudia & artes, contendeque, ſi libet, majorem eſſe etiam eorum miſeriam & calamitatem, qui patrias incolentes ſuas, uxorumque ac filiorum ſocietate beati, quieſcunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commode, habitant magnifice, veſtiuntur culte, convivantur laete, cubant molliter, jucundos ſuos ac geniales agunt dies. Adde qui in urbibus optimates & primarii magnam ſibi vendicant auctoritatem, habenturque ſummo in pretio atque honore, qui jus dicunt, qui cauſſas agunt aliorum, qui faſces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel aſſiſtunt principibus, vel principes ipſi magni illuſtresque ſunt: quibus nec optabilius quicquam in vita eſſe video, neque beatius. CHAR. Falleris longe, Palinure: nam quos beatiores eſſe arbitraris, miſeriores illi ſunt ulla ſine dubitatione. Neque enim negaverim ſortem ſubjectam eſſe nautarum magnis malis: ſed ita ſubjectam, ut comparatione aliarum, quæ majoribus etiam gravantur incommodis, minus certe miſera judicanda ſit. Quid enim triſtius, ut ad tuos veniam, qui patrias ſuas colunt, quid miſerabilius, quam domi ſuæ agere, & ita agere, ut jucundiorem aliquando quam vitam mortem optes? Quæ ulla major calamitas, quam circundari urbem hoſtibus, ingruere bellum, volitare tela, ſtringi enſes, perfodi muros, fremere tormentis, ſaxo dirui, domos tremefieri & concuti? Quamque fame ſitique deficere, corrumpi aërem, occupari moenia, ſpoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici convitiis, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati uxores, ſtuprari gnatas? Videntur an haec tibi mala, Palinure, & an his, quæ tu meminiſti, ulla ex parte comparanda? PAL. Quam vera narras, ô Charon! quam nunc vel audiens iſta perhorreſco! Venit enim mihi in mentem gravis illa & deploranda patriæ meæ deſolatio, Trojæ, inquam, tam praepotentis olim atque praedivitis, cujus everſione nihil credo referri poſſe crudelius aut lacrymabilius: tantaque fuit calamitatis ejus magnitudo, ut longe plura etiam atque triſtiora, quam tu ſupra memoraveris, ſibi contigerint: quæ ſi velis, omnia tibi, ut rem certius agnoſcas, explicabo. CHAR. Haud opus eſt, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego haec omnia non ſecus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciaverunt, ut quaeque adventabant, animæ ex illo bello profectæ. Nihil certe, ut nunc tu dixiſti, pervenit ad aures meas crudelius aut lacrymabilius. PAL. Faxo ut jubeas: ſed advertas, Charon; graviſſima licet haec ſint, rariora tamen contingere, quam ea nautarum, quæ ſupra expoſui. CHAR. Referam ergo alia frequentiora, & ex ipſis quidemmet civitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miſeriam. Vade, oro, & per civitatem, plateas porticusque diſcurre: quid aliud offendes, quam oblatrantium maledicta, inſimu-

mulationes peſtilentiſſimas, optimi cujusque dilacerationem, quid non? exploratorum inſidias, invidentiumque venena. Diverte modo greſſum, & artificum mercatorumque tabernas ac conventus pete: quid aliud deprehendes, quam ſermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptionesque manifeſtas? Transfer dehinc te in fora publica, ſedesque judiciarias: quid aliud audis quam undique omnia magno ſtrepitu ac clamore miſceri? Quid intelliges aliud, quam caedes, hominum compilationes, furta, graſſationes, conſpirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, niſi litigatorum jurgia & contentiones, teſtium perjurationes, cauſidicorum praevaricationes, judicum corruptiones, praeſidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obviam tibi habebis, quam exultantes improbos, lugentes bonos, oppreſſas viduas, proculcatos pupillos, egentes proſtratos? Attolle poſtea altius oculos, & atria principum perſcrutare, quam non videbis ibi aſſentatorum exaltationem, ſpeculatorum acceptionem, militum audaciam, foeneratorum voracitatem, quaeſtorum improbitatem, quam non potentum hominum in tenuiores vim atque inſolentiam? Quas non concuſſiones? quas non populationes? quos non innocentes accuſari, criminari, carcerari, proſcribi? PAL. Gravia haec nimis ac miſerabilia. CHAR. At reſtant alia, quæ non minus tibi graviora & miſerabiliora videbuntur. PAL. Perge. CHAR. Quæ fortaſſis etiam graviora & miſerabiliora judicabis, quoniam domeſtica ac frequens magna eſt eorum peſtis. PAL. Fare. CHAR. Nolo tibi Palinure afferre in medium graves longosque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, caeterarumque diſciplinarum ſectatores, aeſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, caedes, diſtrictas habitationes, infinitaque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel faſtidia, laſſitudines, vigilias, ſolicitudines, odia, & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tot tantaque dicenda ſe offerent, ut præ longitudine malorum ac mole, citius navigatio noſtra quam oratio finem poſſit invenire. Omittam itaque, & commemorabo tantum, quas inter domeſticos parietes, tum ſervorum, tum uxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent qui gubernationi praeſunt rei familiaris. Quam ſi ita ut navalem expertus eſſes, facile, quicquid dicturus ſum, me etiam tacente & intelligeres & approbares. Nam ſervorum primo in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, ſomnolentiam, tarditatem, ignaviam, nemo eſt qui non videat magnam afferre his qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios, quorum amore nihil dulcius eſſe fertur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes vel aegrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quam vero gravem & anxiam credis eſſe eorum vel parturitionem, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immenſaque adeo cura aluerunt, vel parum ſibi audientes, vel rebelles ac infeſtos poſtea habere contingat? Quam dolenter eos ferre, arbitraris dum inſani & vecordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenii, dum effoeminati & molles, dum dilapidant & evertunt patrimonia, dum nulli bono operi & ſtudio intendunt, dum per praecipitia vitiorum omnium vitam ducunt ſuam? Quid de uxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inviſas? Quarum lingua nihil perniciosius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ jurgiis ſemper & contentionibus obtundunt viros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper exprobrant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint caetera, nunquam tamen lacrymæ, gemitus & ſuſpiria. Quæ caeca ſua (qua tantum ardent) ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quaeſtus, in dira ſcelera. Non re-

refero turpiſſima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos conjuges, nemo ſatis unquam meo judicio enarrare poſſet, ſed magnum doloris argumentum praeſtant, & graviſſimas caedes, & ingentia quæ ſaepe propter corruptas uxores bella exarſerunt. PAL. Hoc plus quam vellem, ſcio: nam arduum illud quod ego vidi Graecorum & Trojanorum bellum propter Helenæ raptum, in eam excrevit rabiem, quam nulla mundi regio ignoravit. CHAR. Quæ toti mundo manifeſta ſunt, ea tantum noſti, Palinure: at ſi ſingula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum ſtuporem, ut ſtupeſcens etiam præ miſeratione conjugalem vitam lacrymares. PAL. Hui quid narras? CHAR. Narro quæ quotidie video & pertracto. PAL. Ergo connubia putas polluta & coinquinata? CHAR. Minime: id nunquam dixerim. PAL. Atqui multas memini me vidiſſe ea praeditas honeſtate, ea religione, ac vitæ integritate, ut divinum quiddam magis quam humanum redolere viderentur. CHAR. Et multas utique ejuscemodi eſſe confiteor, ſed eas quidem quæ optimis honeſtiſſimisque ortæ parentibus, ebiberunt a primis annis ſobrios & caſtos mores: quæ ſanctis parentum ſuorum exemplis educatæ, vitam inſtituerunt: peccare caſtigatæ, ſapienter ad manſuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad divinum cultum, ad rectum compoſitumque regimen rei familiaris. Quæ ſe a thyaſis, ſaltibus, jocis, quæ ſe a ſpectaculis, ab immodeſtiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Caeterum quæ contra ſanctitatem, quæ malis inſtitutis, perverſisque parentum exemplis imbutæ, molliter vixerint, aſſuefactæ deliciis atque turpi otio, quæ nihil niſi ſaltare, canere, fides pulſare didicerunt, quæ praeterea oculis ſuis hauſerunt matrum praeſertim obſcoenitates & immunditias: haſce qua fide & integritate eſſe putas erga maritos? Illabuntur ſiquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla: inde rarior etiam quam reris, eſt hymenalis honeſtas, quo qui eas vel emendatis inſtituant moribus, vel ſancto invitent exemplo, parentes ſimul rariores habeantur. Prodeunt poſtea in publicum quaeque etiam procaciores, aperta fronte, directo greſſu, quaſi pudicitiam ipſæ conſecraſſe videantur. Et quæ ſecretum intra cubile probra geſſerunt, cum veſtem induerint, illa contexiſſe atque occultaſſe exiſtimant. Vosque ea, vanum vulgus, ita ut cernitis, vera ducentes eſſe arbitramini. At ego nihil quam quod res habet, de eis judico: nuda enim hic omnia atque aperta ſunt. Non veſte hic teguntur maculæ, non pallio obnubuntur ſcelera: exertos omnes ac nudatos, rerumque omnium vacuos prorſus huc ingredi oportet. Quicquid in vita male tentatum, maleque actum eſt, hic fronte coram ipſa demum geſtatur, diſpoliatur, oſtentatur. Quare non mirum tibi videatur, ſi quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcumque etiam nudas, ita ut praedixi, transveho umbras. Quam proinde ingentem video earum turbam, quæ cum impudicitiam longe apertam oſtendant ſuam, pudiciſſimæ tamen in vita habeantur! Quantas ſecum in maritos fraudes gerunt, quot ſimulationes, quot proditiones, quantam hypocriſim, quot aliorum obſcoenos amores, quot pollutiones, quot ſuppoſititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni ſeminis ſuſceptas meſſes! At, quod ridiculum magis eſt, lugent poſtea ignari mariti haſce ſibi extinctas uxores. Laudant inter coetus & praedicant quaſi pudicitiæ principes: ſtatuunt mauſolea: plurimi quoque epigrammata condi, orationes ſcribi & pronunciari curant in laudem ac memoriam caſtitatis fideique earum ſempiternam. An haec triſtia & amara eſſe cenſes, Palinure? Et an comparationem ullam habere putas cum his nautarum, quæ ea ſeveritate & acrimonia recenſuiſti, ut caetera laeta, fauſta, deliciarumque plena (ſi tibi fides daretur) exiſtimanda eſſent? PAL. Haud equidem tanta in civitatibus privatisque domibus, quanta modo enumeraſti, mala regnare credidiſſem. CHAR. Ita proficit inexpertos ſermonem aliquando inire cum his, qui multarum rerum uſum atque experientiam habent. PAL. Ita fit. CHAR. Quod ſi ani-

madvertas, labores quos perferunt nautæ, corpori magis quam animo infensos ire, concedes amplius etiam sententiam meam. Nam hujusmodi res duræ assiduo quodam usu & assuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur: quas vero ego memoravi, cum animum magis affligunt, non ita usus & assuefactio mitigare atque edomare potest. PAL. Consentio tibi jam, gaudeoque in eam lucem te illustrante perveniisse, ut intelligam tam magnam aliorum & majorem etiam quam nautarum miseriam. Sed illud non possum intelligere; quin principes saltem ac magni viri, non dicam nautis, sed caeteris insuper quibuscumque mortalibus beatiores sint. CHAR. Cur? PAL. Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. CHAR. Quibus? PAL. Honore, gloria, opibus, deliciis, amicis, potentatu, imperio. CHAR. Hisce? PAL. Hisce, & multo pluribus. CHAR. Erras. PAL. Errorem hunc optassem in vita mihi. CHAR. Deliras. PAL. Maluissem ita delirare, quam tua cum sententia sapere. CHAR. Quid si nihil illis miserius? PAL. Quid si nihil beatius? CHAR. Haud unquam hoc mihi demonstrabis. PAL. Non tibi ii beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? Quibus convivandi, cubandi, ungendi, lavandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque satietatem semper facultas sit? Quibus quotquot velint concubitus foeminarum, quotquot velint arva, equi, canes: quibus tot sunt servi, tot exculta palatia, tot munitæ arces, oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarum, vestium, suppellectilis? Quibus audiant omnes, assurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles? CHAR. Non est tam magna ut existimas, Palinure, eorum beatitudo. Nam parit certe fastidium tanta bonorum continuatio, tantaque affluentia, neque sapit tantum, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Praeterea quomodo eos tu beatos judicare potes, qui tantis opibus atque deliciis suis nunquam fruuntur cum jucunditate, nunquam cum gaudio? Qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent se, nunquam relevent animum, nunquam exultent? Qui tanta licet bonorum ubertate redundantes, tristitia tamen semper obducantur, solicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multo optabilior videtur privatorum conditio, quorum & vita securior, & voluptates etiam, si mentem intendas, majores sunt? Quos summa semper condit hilaritas, mulcet festivitas, explet alacritas? Quantam putas afferre delectationem, quæ communis cum uxoribus & filiis vita exigitur, dum cubant tute, vescuntur laete, jocantur modeste? Quam dulcem esse arbitraris amicorum inter se & aequalium parem vitam, domesticum usum, frequentem conventum? Quid eorum amore suavius, confabulatione gratius, curis melius atque commodius? Quantum credis laetitiæ & exultationis habeant eorum convivia, ludi, cantus, saltationes? Quantum dilatent animos & permulceant? Quantum emanet mellis? Cujus nec stillam principum aliquis degustavit. PAL. Haud intelligo, Charon, hanc quam refers regum tristitiam atque anxietatem, qui inter risus tantum, blanditias jocosque versentur, quibus semper psallatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad transigendam hilarem vitam excogitari potest, exhibeatur. CHAR. Etiam, ut video, judicas, Palinure, quæ oculis tantum patent: quo errore decepti mortales, plurimum seduci solent: sed quod certum afferre possunt judicium exteriora corporis, quæ velamenta quaedam magis sunt veritatis? Aut quid certi promittere & ostentare potest frons hominum, quæ plures quam Proteus species mentiri, atque in plures mutari queat? Considerandæ sunt secretæ animi fibræ: perscrutandæ sunt interiores mentis latebræ: quas si pervidere ita ut frontem posses, proh dolor, quantam ibi malorum turbam, quantam formidinum atque strepitationum aciem introspiceres? Quot angores, solicitudines, suspiciones? Quot pestilentes morbos & perturbationes? Quanta aperirentur ulcera, quot plagæ & caedes, quot

quot insidiæ, quot enses, & telorum infinita genera? Quæ nec somnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium jucundum, nec delicias jocosque laetos esse permittant. PAL. Nesciebam adhuc haec eorum qui dominantur mala: sed cur illis contingant tanta, non capio. CHAR. Contingunt tanta propter graves inimicitias, acerbaque odia quæ continue cum finitimis civitatibus, cum subditis sibi populis, cum semet ipsis etiam gerunt: quo fit, ut ingravescentibus odiis, increscentibusque injuriis, quibus quotidie afficiunt quemque, necesse sit illos torqueri & affligi graviter, confidere nemini, suspicari omnia. Possunt extimere muscas etiam (ut ajunt) volantes, gaudere & laetari nunquam, tristitia & moerore detineri semper. PAL. Adducis me facile ut credam suspectas eos habere finitimas civitates, cum quibus & infensa odia confiteor, propter continua quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimum incenduntur: Cum suis vero quibus imperant populis, nihil accipere possunt nisi amorem, & dulcissimam pacem. Porro si cum finitimis sint imicitiæ, si oriantur bella, sic demum etiam augentur imperia, subducuntur oppida, profligantur acies, spoliantur & captivantur hostes, populationes magnæ fiunt, trophaeis decoratur patria, victoriis celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & urbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter se laetitia, atque erga principes fides & amor crescit. CHAR. At tantum narras quæ prospera sunt & laeta, ac quæ frequentius accidunt adversa & tristia praetermittis, quasi semper eos putes debellare hostes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam vero vinci, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & è suis se oppidis dejici. Sed majora haec praetereamus, de minoribus tantum dicatur. Quippe si conferas quas strages suorum & caedes sustinent, comperies longe majore damno quam lucro partas eorum victorias constare, discussaque ratione decessisse plus illis quam accessisse. His adjicias, ut populorum etiam suorum odia, ne dum finitimorum intelligas, quod ad inferenda bella & persequendos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo navigio, longa armorum & machinarum praeparatione: quæ quum magno & inaestimabili constent sumptu, nec proprii suppeditent reditus, necesse est novis vectigalibus vexare populos, novas indicere praestationes, novas angarias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire aes omnium, eradere marsupia, imo viscera pauperum, parvos atque magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, ut quum invisos manifeste se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, conjectare omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, ut quos injuria affecit, nunquam revocari in amicitiam, nunquam mitigari, & ad veniam moveri posse putet: proinde magis insurgitur, graviores itur in injurias. Hunc proscribunt, illum carcere includunt: quorundam patrimonia publicant, alios jugulari aut strangulari jubent. Voluntate pro ratione utuntur. Eorum quoque quos tantis laeserunt malis, cognatos, affines, amicos, socios, servos, quasi fidei suæ diffidentes, persequuntur. Tum caeteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt sibi, acuuntque ipsi non minus odia. Nam non minus rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim civitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit novas cogitationes, nova consilia molitur. Mox eo deveniunt, ut haec intelligentes videant quantæ ruinæ quantoque praecipitio subjaceant, quam tenuissimo quasi quodam filo pendeant imperia sua. Tunc cernas eos pallere, tristari, consumi, expavere omnia, torqueri scelerum suorum conscientia (quæ prima est poenarum omnium) timere hostium insidias, civium conspirationes, domesticorum proditiones, oppressorum vindictas. Tunc securum nihil existimare, nisi quod vi ac ferro tueantur. Propterea non credunt se tuto cuiquam, non ministris, non necessariis, non germanis, quorum majorem etiam quam aliorum auctoritatem magis formidant.

Arcent se ab aspectu & praesentia omnium, cingunt se fossis & aggeribus, claudunt se arcibus, quasi ad perpetuos damnati carceres. Custodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis, ut obsideri eos putes, circumvallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil jucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum majore etiam vigilant. Terret illos conventus hominum, angit solitudo: timent colloquia, timent salutationes, timent dona. Suspecti illis aditus, suspectae sellae, suspecti cibus & potus, qui nec etiam nisi praegustati sumuntur. Suspecti pellicum & item uxorum tori: quibus mirum est cur sine cujusquam praegustatione congrediantur. Ipsos vero quorum se custodiae commiserunt, non minus extimescunt: quibus quum carere nequeant ob tutelam suam, eo magis augetur eorum timor & miseria, quo armatos pro firmiore illos praesidio esse necesse sit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abjectissimos quosque sibi deligunt, eosque frequentius comitantur. Dejiciunt saepius ac exterminant, quo saluti suae si non alia, at saltem hac via, consulere possint. Quid foedius & ignavius dici queat, quam hominibus immanibus ac flagitiosis se committere: suos vero prudentes, sobrios, justos spernere atque devitare? Quanta ista tyrannorum felicitas, quos continuus & ingens semper angore afficit metus, quo non modo animi graviter excruciantur, sed cuncta insuper dulcia mundi dona fugantur & dissipantur? Quantae istae eorum deliciae, quanta gaudia, qui tranquillitatem nunquam & pacem sibi, ne dicam populis suis aut hostibus concesserint, expertes omnino tam sanctissimi atque omnium dulcissimi boni? Quaenam ubertas ista bonorum, quae distracti aliunde, neque sciant, neque visant, neque pertractent, neque gustent unquam? Quanta ista imperii bona, quae quum ipsi videre & attrectare non possint, committant necesse est aliorum curae & gubernationi? Ignari rerum suarum, nescii omnium ferme quae sub se geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his praesertim, quos prae caeteris auxerunt: quibus tamen quum se credant, quot innocentium criminationes, quot facinorosorum falsas commendationes audiunt? Quoties eorum fidem sequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis, illos poenis afficiunt? Quodque gravius est, quoties ipsis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro sententia sua in foro quosque laedunt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant? Quid mirum si exardescunt postea populorum odia? Si labefactatur postea eorum status atque desolatur? Quanta ista, quamque optanda imperia, cum quibus & servitutem pessimam degant? Subjecti tantis perturbationibus, tantis insidiis: subjecti ipsis etiam quos sibi subjecerunt: constricti quasi quibusdam regni compedibus: clausi intra arces, quasi magni alicujus criminis rei: coarctati instar ferarum: excluſi ab omni quae foris capitur recreatione: privati libertate, quod est tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modo, sed caeteris insuper quibuscumque animantibus: cujus privatione quid est quod tristius aut infelicius contingere possit? PAL. Non credis, Charon, bonos aliquos, mitisque & moderatae naturae Tyrannos esse? CHAR. Imo multos credo: sed tanta est dominandi libido, tantus ardor, tanta nescio quae pestis ingenita, ut quos semel invaserint, sint summa quamvis bonitate praestantes, adeo illiciat eos, illiciensque depravet, ut vita potius quam imperio, quod jam occupaverunt, carere possint. Vel ad conversandum, vel ad amplificandum contendunt unguibus dentibusque: ac propterea nemo est tam bonus tyrannus, cui non conservationis amplificationisque suae gratia, multis magnas inferre injurias, atque ob eas illatas non plurimum timere, plurimasve pati anxietates contingat. PAL. Miror cur tantis in malis, quae plane ita ut narrasti, vera esse puto, appetant tantopere mortales imperium, nisi id fortasse faciunt cupidine honoris & gloriae: quod nimirum tam praestans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modo exposuisti miserias. Dulce quippe est mandare aliis, praeferri omnibus, eminere, praecellere, venerari, timeri, suppliciter exorari, assur-

surgi sibi, via decedi, inclinari cervicem, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ quum & divina numina plurimum capiant, facile intelligi potest quantum & his quoque mortalium mentes capiantur. CHAR. Quæ tanta capere potest Tyrannos ullos honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certo invisos omnibus esse sciunt? A quibus si laudentur, si audiantur, si sibi assurgatur atque incurvetur, intelligunt palam vel assentationis vel timoris caussa id fieri? Quare non est ita dulcis, ut putas, hujusmodi honoris & gloriæ extorsio magis quam exhibitio. At vero dulcior is est qui in privatos homines ab amicis & benevolis honor exhibetur propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera ista gloria, verus iste honor, ac dignus quidem quo & divina numina capiantur. PAL. Nullam ergo video caussam cur tantopere imperia desiderentur, desideraque conserventur: nisi quod habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maxime expletur. Quo enim quisque plus auri, agrorum, aedificiorum, oppidorum, acquirere possit, nulli parcit labori quantumvis magno & intolerabili: neque ullus tam amarus labor, quin propter quaestum & majorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyranni super omnes plus possideant, super omnes etiam beatiores videntur, licet caetera eis tristia sint atque peracerba. CHAR. Neque istud quidem affert ullam beatitudinem. Nam in primis non efficit divitem major abundantia, sed minor cupiditas. Qui enim parvo contentus est, id tantum cupit, quod necessitati vitæ sufficiat. Is abunde est locuples, propter honestum, quod facilius implere potest, desiderium: quod quum & impleverit, liberatus est ab omni qua alii rapiuntur habendi anxietate. Qui vero quantumlibet dives plura concupiscit, pluribus indiget, quia perseverante acquirendi insatietate efficitur minus voti compos. Quo enim magis crescit multarum rerum possessio, magis etiam cupiditas: neque finem unquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non est judicandus quisque vel locuples multitudine, vel pauper paucitate divitiarum: sed vel rerum magis implemento, vel necessitate. Nam si multitudinem excedunt sumptus, quomodo potest is credi dives, qui minus habet quam necesse esset? Quare cum necessitatem saepius magnam patiantur qui tantam imperii molem administrant, indigentiores etiam putandi sunt privatis hominibus: quibus licet tenues sint opes, at necessitatibus saltem suis vel pares sunt, vel superiores. Taceamus graves quas quotidie expilationes vel rapinas perferunt a quaestoribus suis, & ab his maxime quorum fidei magis credunt: qui quo majora etiam nacti sunt imperia, eo majora utique furta, majoremque proinde rerum suarum diminutionem patiuntur, a quibus privatos saltem homines liberos esse constat, qui & diligentius patrimonia sua ipsi per se curare, & attentius omnia intueri possunt. Dicamus vero curas & labores quos in administrandis tantis opibus, gubernandoque tanto potentatu tolerare eos oportet, quorum fortitiores quam Herculis humeros esse necesse est ad sustentandam tantam molem: plures etiam quam Argi oculos ad tantam rerum varietatem pervidendam atque distribuendam: plura quoque quam Jani aut Vertumni capita, ad intelligenda examinandaque tot ac tanta cum hostium tum populorum suorum, quæ illis negotia deferuntur. Quæ tanti animi vis, quæ non debilitetur? Quæ tanta soliditas, quæ non concutiatur? Quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cujus est tanta valetudo, tantum robur, qui se tam vasto curarum ponderi parem audeat polliceri? Cujus est adeo aequabilis & moderatus animus, adeo perseverans, quin tam multis tamque continuis laboribus non defatigari, non quassari, nunquam quoque confringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantum, qui haec ultima loca colimus, loquamur. Utrum putas, Palinure, beatiorem esse, vel me, qui pauperrimus sum omnium, qui nihil praeter hanc quam cernis pusillam lintrem possideo: vel Plutonem, tam lati tamque immensi regni tyrannum? Intelligo, etsi taceas, quale de hoc sis judicium prolaturus. Crede mihi, minime meum cum suo statu commutarem.

rem. PAL. Quare? CHAR. Quia laetus ago, & ſumma cum quiete. Non ullius rei ullam gero, niſi transvehendi haſce huc deſcendentes animas, & conſervandi incolumem hunc faſelum meum, ſollicitudinem: in quo dicam tibi quicquid eſt quod me gravet. Cum enim propter vetuſtatem fatiſcat aliquando rimis, curare me oportet ut reſtituatur integritati ſuæ: quare eum conſuo ſaepius, & obſtruo ſi quid rimarum eſt: haec omnis mea cura eſt, hic omnis labor. At Pluto cum tantis divitiis ſuis, ac regno tanto, nunquam laetatur, nunquam quieſcit: tot curis carpitur, quot repletur hic umbris locus. Implicatum ſemper habet ubique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus miniſtris: huic mandat, illum terret, alios acciri jubet. Metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Saepe illum trepidare cogit lampas Phoebi, ne ulla ex parte irradiet regno ſuo. Saepe & fulmen magni fratris, ne penetret Averna atque labefactet. Quoties vidi ego illum, dum rebus ſuis timet, invectum ſummo curru peragrare omnem hanc regionem, luſtrare fines, ſcrutari omnia diligenter, aſcendere etiam in ſuperum orbem, circumire terras, perveſtigare quodcumque periculum perferre poſſet, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ cum multis in locis, tum maxime ea ſolet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam cum terrent, propter magnas reluctationes Typhoei gigantis, quibus totam conquaſſat illam patriam. Nam poſtquam ipſe auſus fuit bella inferre coelo, injecere ſuperi ejus corpori Trinacriam, ſub qua ab omnibus undique montibus preſſus & gravatus, conatur ſaepe ſe attollere, impoſitaque ſibi rejicere: proindeque magnos concitat motus, ac tantos quidem, ut haec loca noſtra concutiat graviter & tremefaciat. Cogita nunc quam laeta & optanda ſit ſors hujus inferni tyranni, cujus tot dividitur animus curis, tot propellitur tumultuationibus: quem tot oporteat praecavere pericula, tot diſpenſare miniſteria, omnia percenſere, omnia corrigere, omnia vel ipſum gubernare, vel aliis gubernanda committere. Attende, rogo, & vel ex uno collige ejus felicitatem. Nam ſi me deficere contingeret huic naviculario miniſterio, quod ita neceſſarium eſt, ut vides, neceſſe eſſet eum vices meas ſubire: ne alioquin deficiente portitore, regno ſuo male ſuccederet. PAL. Hoc profecto non modo verum eſſe video, ſed manibus etiam ipſis (ut ajunt) tango. Nam ea nocte qua alias ſomno gravatus e puppi in mare excuſſus fui, id continuo ſenſit Æneas meus, qui errantem ſine magiſtro navem intelligens, gubernavit eam tota ipſa nocte, non indignatus quod, quæ ſceptrum geſtare ſolebant, remum etiam manus attrectarent. CHAR. De magno ejus germano nihil loquor: non me latet quantos & ille labores ac curas ſuſtinet: ſed id praecipue ſcio, quum temeritate Phaëthontis totus pene orbis conflagraſſet, quantum tunc regno ſuo timuit, quantum tota coeli moenia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, exploravit. Praetereo tertium fratrem, moderatorem undarum, cujus plurimæ etiam ac maximæ curæ non facile explicari poſſent, ſed praeſertim quæ ſub illa quoque Phaëtonthea conflagratione ad ſummum pene usque exitium cum toto regno ſuo eum affecerunt. PAL. De hoc poſſum, quod oculis meis vidi, afferre teſtimonium. Vidi equidem tempore illius, quam ſupra retuli, horrendæ apud Siciliam tempeſtatis, commotum graviter Neptunum & ex alto proſpicientem vocaſſe ad ſe Eurum & Zephyrum, & increpatis acriter eis pro tanta ſuſcitata tempeſtate, placaſſe ocyus omnia, atque tranquilla reddidiſſe. Quod argumentum praeſtat mihi evidens plurimarum, ut inquis, ac maximarum, quod omnia in latiſſimo imperio ſuo paria ſint, curarum ſuarum. CHAR. Dic oro, Palinure, putasne jam beatam eſſe tyrannorum vitam? PAL. Minime. CHAR. Optaresne vivens eorum ſortem? PAL. Ut quid optarem, in quo nihil omnino optandum eſſe manifeſte intelligo? CHAR. Ergo certo eos arbitraris miſeros? PAL. Non miſeros modo, ſed omnium etiam miſerrimos. CHAR. Mirum quod modo eos tanta frui beatitudine praedicabas. PAL. Quid mirum, ſi caecus laudet re-

tenebras, quas poſtea luci reſtitutus damnet? CHAR. Vis ut & alia eorum mala tibi referam. PAL. Reſtant item alia? CHAR. Et alia, & graviora. PAL. Quid audio graviora? Haud unquam iſtud credam, poſſe his quæ modo dixiſti, gravius aliquid addi. CHAR. Credes quum audieris. PAL. Dic ergo. CHAR. Vides ut appropinquamus jam ripæ. non poſſum longiora tecum jam facere verba. PAL. Rogo te, mi Charon, ne fallas avidiſſimam expectationem meam. CHAR. An caeterarum umbrarum quas in littore reliqui, avidiſſimam etiam expectationem vis ut fallam? PAL. Non diu moraberis, perge ô mi Charon. CHAR. Imo diutius quam ſoleo, demoratus ſum: ſed lentus etiam navigavi propter te, cujus confabulatione delectabar. PAL. Age ergo, ut facis, lentiorem protrahe navigationem, ut quæ reliqua ſunt dicenda, proſequi poſſis. CHAR. Ea tandem tanta eſt tibi audiendi cupiditas? PAL. Tanta. CHAR. Morem tibi geram: qua in re illud te ſcire velim, quod plurimum miſeram reddit mortalium vitam inſtabilitas ſcilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisquam ſibi polliceri queat. Quomodo is beatus cenſebitur, cujus ſummam quantumvis & plenam beatitudinem minima omnis diſturbatio violare & auferre poteſt? Sane quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia ſint, nulla tamen infirmior ſors eſt atque mutabilior, quam tyrannorum, quorum etiam quo major ſit exaltatio & ſublimata magis ſtatus altitudo, major eſt proinde, quum mutari eos contingit, caſus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, everſiones, trucidationes, ut nemo eorum fere unquam evaſerit, qui non vel regno depulſus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & peſſima morte caeſus vel peremptus ſit. Quis talem eorum vitam optarit, quæ pro modici temporis felicitate (ſi tamen illa felicitas appellanda ſit) tam triſti poſtea tamque amaro fine conſumatur? Horret animus dicere. Nam ne credas iis tantum mortales ſubjectos malis eſſe, ſenſimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licet tam valida nobis & munita ſit civitas, tam firma & praepotens, atque omnibus undique praeſidiis circumſepta. Non poſſum ſine dolore meminiſſe illius diei, qua Hercules heros ille fortiſſimus haec regna penetravit: perfregit fores, invaſit regem, exterruit reginam, quam & ante ſocii ejus rapere adorti erant, abſtraxit Cerberum, vinctumque eum catenatum magna vi in orbem duxit, concuſſit loca omnia, trepidare omnes umbras atque ipſos judices fecit: me quoque non modicum laeſit, quem erepta cymba conto hoc meo percuſſit, impulſumque graviter in mediam paludem exturbavit. Timui equidem tunc deſolatum iri barathrum totum. Credidi tunc ſupremum Plutoni finem adveniſſe regni ſui: neque minus illum cum conjuge in praedam duci ad ſuperos, quam tartareum canem: ſed paulo humanius cum eo actum eſt, quam opinabar. Nam tandem ſibi ac regno ſuo bene conſultum eſt: neque tamen ita conſultum eſt, quin tricipite cuſtode ſuo, qui tam perneceſſarius erat, ſpoliaretur. Quod ſi opinionem meam, quæ communis erat, fata coaequaſſent: tunc cernere fuiſſet, utrum beatior vel meus, vel Plutonis tanti regis ſtatus eſſet. Ego quidem nihil ambigo, privatus fuiſſem hac navicula. hoc enim habeo tantum quod adimi poſſit. privatus etiam fuiſſem rege meo: ſed quotquot alios voluiſſem reges, procul dubio inveniſſem, qui miniſterio meo indigentes, ſervitium meum perlibenter ſibi delegiſſent: & fortaſſe hoc lucri feciſſem, quod pro vetuſto & attrito, qualem hunc intueris, novum mihi & magis ſolidum lembum acquiſiſſem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quantum regnum amiſiſſet: quantam in egeſtatem, quantam in calamitatem decidiſſet? Qui neque par aliud regnum, uti parem ego vel meliorem navim: neque parem alium famulum, uti parem ego vel meliorem dominum, inveniſſet. Excedo jam modum dicendi: ſed ſi tempus ſineret, narrarem, & quibus olim curis vexatus, quantoque timore perculſus propter bella Gigantum fuit ſummus Olympi rector: cujus narratio majorem etiam augeret eorum, quæ ſupra dixi, malorum confirmationem. PAL. Haud opus eſt exemplis mihi. Nam nemo mor-

mortalium fuit qui majora quam ego unquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Trojano rege majus? Quid opibus ſuis cumulatius? Quid operibus munitius & pulchrius? Et quid demum exitu tantorum bonorum triſtius? Quid crudelius? Quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduum & longum bellum, tot cruentas mortes natorum ſuorum. Vidit everſam funditus & incenſam urbem. Vidit latrantem conjugem, captivas nurus & filias, populationem tantarum divitiarum: ipſe quoque, quod ultimum reſtabat illi ſenectutis ſuæ ſolatium, Pyrrhi enſe confoſſus, & crudeliſſima morte conſumptus eſt. CHAR. Quis melius me haec novit, qui cunctos hac ſcapha transvexi? A quibus & omnem calamitatem ſuam ſeriatim perdidici. Notus eſt abunde mihi Priamus, cujus cognito acerbo caſu non potui non dolere: notus eſt Troilus: noti Hector & Deiphobus: nota eſt caetera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles qui illo bello perierunt Trojani pariter & Graji duces. Nota eſt infinita quæ tunc occidit populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinem huc deſcendiſſe, quam illo: quo ita laſſatus fui, ut præ multitudine omnibus transvehendis minime haec cymba ſufficeret plane. Quid opus eſt tibi monitore ad aperiendas eorum miſerias, quas tu ſubjectas oculis tuis habuiſti? Quod ſi pro anguſtia temporis liceret (jam enim video propius nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus creſceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud poſſum, quod certo ſcio, tibi verum confirmare, nullum fere me vidiſſe unquam tyrannorum huc deſcendentium (deſcendunt porro omnes) qui non vel alicujus veneni infectionem vel magnas ulcerum cicatrices, & ſanguinolentæ alicujus mortis horrida ſigna præ ſe ferret. Ita mirum eſt videre tot ac tantos necatos, confoſſos, cruentatos, trucidatos. PAL. Quis nunc ſe tantis in malis tyrannum unquam eſſe optabit? Quis imperia aſſequi queret, quæ jam certius certo cognoſco magis fugienda eſſe, quam Meduſaeum caput? CHAR. Audiſti quibus apud ſuperos tyranni malis torquentur: ſed ſi intelligeres quæ hic apud inferos graviora etiam illis parantur, perhorreſceres & longe magis eorum ſortem. PAL. Ergo & alia hic tyrannis parantur? CHAR. Credis, Palinure, ſcelera quæ patrant mortales, hic aliquando impunita eſſe? PAL. Hoc modo animadvertebam. CHAR. Animadvertendum eſt igitur tibi, quodcumque in vita peccatur, pari demum poſt mortem & reſpondente peccatis poena puniri. Nam ut capias quod dico: ſi tu, Palinure, artem tuam navicularíam vivens male exercueris, ſi in dominum tuum mali quicquam vel cogitaveris, vel commiſeris, ſi inaudiens dicto ſuo extiteris: invenies hic tibi praeparatas his, quæ deliqueris, ſimiles poenas. PAL. Nihil profecto, Charon, ſcio quod male egerim, vel in dominum meum peccaverim, niſi ſomnolentam illam dormitationem meam, qua negligentius certe quam debebam, me geſſi. Nam magno in periculo navim ſimul & dominum, quem vehebat, meum reliqui, niſi vigilantior ipſe & cautior melius ſibi conſuluiſſet: ſed poenarum ſatis tum ob hoc craſſum peccatum meum etiam in vita recepi. CHAR. Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è navi te dimiſero, ad ſeveros judices noſtros, qui examinant & cenſent delicta omnium. Ducent quoque te in examinationem, ſcrutabunturque crimina tua. Videor vero videre quali te judicabunt poenæ ſubjiciendum. PAL. Quali? CHAR. Parem peccato tuo tibi poenam ſtatuent. Nam quum ſomno peccaveris, aeterno etiam te ſomno damnabunt. PAL. Dormiam ergo in aeternum? CHAR. Ita puto: niſi gravius ſit aliud peccatum tibi. PAL. Sic mites habeam judices, ut non ſit gravius aliud mihi. CHAR. Nullam ergo niſi ſomni poenam patieris. PAL. Non haec gravis poena mihi videtur. CHAR. Neque aſinis etiam & bobus: at magnis & excellenti aliqua virtute praeditis viris graviſſima exiſtimatur. PAL. Quas vero, dic, poenas perferent tyranni? CHAR. Audis tot clamantes & lamentantes voces? Tot horrificos planctus? Tantum ſtridorem ferri? Tot tractus catenarum?

rum? PAL. Delectabat me adeo sermocinatio tua, ut his minime animum intenderem. Sed quid audio tam triste atque horrendum, quod præ horrore poenæ aures meæ sustinere non possunt? CHAR. Sunt haec quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quum illi in vita carcere quemquam incluserint, spoliaverint, flagellaverint, trucidaverint, in summum luctum, in summam egestatem & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiam ab incorruptis judicibus ad perferendas pares poenas. Ideo teterrimis quoque carceribus inclusi, spoliati, flagellati, rotati, caesi membratim, ac mille atrocissimis mortibus cruentati, tantos edunt, quantos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque ejulatus. PAL. Dic etiam mihi, Charon, an his poenis plectuntur, qui magni atque primarii tyrannis assistunt? CHAR. Prorsus iisdem: nam suasu & consilio eorum maxime committunt tyranni scelera sua. PAL. An & in vita illi beati? CHAR. Non secus ac tyranni quibus assistunt: nam iisdem quoque malis subjecti sunt. eadem enim sunt in eos populorum odia, majora etiam inter se, eaedem curæ, eadem pericula: & quod miserabilius est, dejiciuntur saepe a tyrannis suis, & vel carcere vel morte aliquando pessima afficiuntur. PAL. Tanta est ergo, tamque generalis omnium calamitas. Ullam vero prorsus esse putas hominum sortem, quæ beata duci possit? CHAR. Imo beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. PAL. Quos perraros? CHAR. Qui amore virtutis & literarum contempserunt caetera mundi bona: qui se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conservantes, extulerunt animum altius ad gustandam divinam excellentiam, humana quasi sordida & abjecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis tamque jucunda res est, ut incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & praestans est ejus possessio, ut summa quadam uberate ditet possessores suos. Quam qui vere est assequutus, nihil praeter literarum studia dulce, nihil praeter dei cognitionem habet amabile. Quæ tantum praedulcia sibi bona stabilia, perpetua, incorrupta praeeligit, custodit, amplectitur. Reliqua vero mundi, supremo tandem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hila, jejuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abjicit, conculcat: contentusque se ipso, ac honestissimis suavissimisque studiis suis totum nihili mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, laetam & jucundam agit vitam, ridet tantas hominum, tamque stultas, & ultro sibi quaesitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas. Nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eum omnes, praedicant, admirantur, benevolentia complectuntur, favore prosequuntur. Quam vere hic beatus est, qui conscientiæ suæ innocentia & integritate fruitur! Quod primum est dulcius omnibus, bonus securusque sui, nullo timore angitur, nulla angustia torquetur, non timet largas (quibus caret, quasque nihili facit) divitias sibi a potentioribus eripi. Non timet a quocunque se laedi, qui nec quenquam se laesisse certo intelligat. Quam vere hic felix est, qui tot tantisque semotus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, sibi semper aliisque jucundus, laetetur semper, & omnibus quotquot sunt mundi honestis, & his etiam quæ coelibum communes sunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus sanctioribusque deditus studiis, contemnat omnia, contemnensque omnia possideat. Nam is possidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porro illi nihil deficit, qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia: contemnensque ita id assequitur quod desiderat. Desiderio vero suo frui, ea demum vera & sola beatitudo, beatorumque omnium plenitudo est. PAL. Hi ergo cum nihil mali egerint, poenarum etiam nihil patiuntur. CHAR. Nihil prorsus, imo propter transactam bene vitam, meritum magnum assequuntur. PAL. Quod? CHAR. Vel coeli fiunt incolæ, communicantque aeternum illis coelestibus bonis: vel si huc descendunt, mittuntur in Elysium: qui locus est quietis

ac deliciarum, ubi ſedes fortunatæ, campi aperti, laeti, omnium omnino poenarum expertes. PAL. O ſi mihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quam magna poſſem voce, admonerem de ſuo quemque officio & dignitate, accuſarem tantam laborum fruſtrationem, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniones, perverſaque judicia: ſed quam maxime increparem, qui vel magiſtratu quopiam magno vel imperio caeteros antecedunt: oſtenderem tanta, quæ antea ignorabam, ſed te docente nunc intelligo, mala eorum, graviſſima, dictu horribilia: revocarem omnes a vitiis, ab inferendis injuriis, ad meliorem victum, a ſuperflua agendarum rerum cura: incenderem deſiderio virtutis: laudarem innocentiam, praedicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, graviter, caſtigateque vivendum, ad ſe cognoſcendum, ad contemnendum tot caduca, & ſomni cujusdam vel umbræ magis ſimilia mundi bona: invitarem ad honeſtas artes, ad ingenuas exercitationes, ad ſtudia literarum, ad ſpem ac contemplationem divinæ bonitatis. CHAR. Et recte ſane: ſed vides nos ripam attigiſſe: egredere jam. PAL. Et jam egreſſus ſum. Ad judices eo. Placidam opto tibi ſemper navigationem. Salve, ô Charon, & vale. CHAR. Et ego ad reliquas umbras redeo. Placidos opto tibi ſemper judices. Salve, Palinure, & vale.

VIRTUS DEA.

MERCURIUS, VIRTUS.

MERC. VIrtus Dea per epiſtolas oravit modo, ut ad ſe irem. Eo ut perconter quidnam me velit, illico ad Jovem redibo. VIRT. Salve, Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit, ut non penitus deſpecta ab omni coetu Deorum ſim. MERC. Expecto quid narres: tu modo perbreves narrationes facito: nam edixit, ut confeſtim ad ſe redirem, Jupiter. VIRT. Etiamne tecum nobis non licebit noſtras aerumnas exponere? Quos igitur habebo ultores injuriarum, ſi non modo apud ipſum maximum Jovem, verum & apud te, quem ſemper in fratris locum habui, colui, obſervavi, condolendi facultas negatur? O me miſeram, ad quos confugiam? Unde auxilium petam? Me quidem, cum ita deſpiciar, malo eſſe truncum aliquem, quam Deam. MERC. Tandem effare, dum praebeo operam. VIRT. Viden' quam ſim nuda & foeda? Hoc ita ut ſim, efficit Fortunæ Deæ impietas atque injuria. At eram ſane ornata apud Elyſios campos inter veteres illos amicos, Platonem ſcilicet, Socratem, Demoſthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & ejusmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piiſſime atque religioſiſſime coluere. Interea loci cum jam non pauci ſalutatum ad nos advolaſſent, è veſtigio Fortuna Dea inſolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba conſepta atque ſtipata, properans ad nos, jactabunda, En, inquit, plebeja, tune majoribus Diis adventantibus non ultro cedis? Dolui injuriam nobis immeritis eo pacto fieri: ac nonnihil ira concitata, inquam, Neque tu maxima Dea his verbis me plebejam efficies: neque ſi majoribus cedendum eſt, tibi turpiter cedendum cenſeo. Illa vero illico in convitium ſeſe effert adverſum me. Praetereo hic, quas contumelias in me primum dum haec inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philoſophus coepit contra eam nonnulla de Deorum officiis diſputare. Illa excandeſcens, Apagite hinc verboſi,

bosi', inquit. Non enim decet servos Deorum caussam suscipere. Coeperat & Cicero orator plura velle suadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius praepotens, latera illa sua gladiatoria ostendens, gravissimumque pugnum in os Ciceronis injecit: hinc caeteri mei amici perculsi metu, fuga sibi propere consuluere: neque enim Polycletus peniculo, aut Phidias scalpro, aut Archimedes horoscopo, aut caeteri inermes adversus audaciissimos armatos, eosque praedis atque homicidiis suetos, bello ad se tuendos valebant. Ergo me infeliciissimam, ab ipsis Diis omnibus qui tum aderant, atque hominibus, desertam, pugnis ac calcibus totam confregere, vestes meas diripuere, in lutum prostratam reliquere, demum abiere ovantes. Ego vero ita confecta, cum primum licuit, conscendi huc, ut Jovem Opt. Max. his de rebus facerem certiorem. Jam quidem mihi ut intromittar expectanti, mensis elapsus est: dumque id ut impetrem, omnes Deos exeuntes atque redeuntes precor, novas semper aliquas excusationes audio. Aut enim Deos ajunt vacare ut in tempore cucurbitae floreścant, aut curare ut papilionibus alae perpulchre pictae adsint. Quid? Igiturne vero aliquid semper habebunt negotii, quo nos excluśas teneant ac floccipendant? Tum etiam & villicus suscepit curam dudum, ne cucurbitae siti pereant: nos tamen neque Diis neque hominibus cordi sumus. Has ob res te iterum atque iterum precor obtestorque, Mercuri, qui semper apud Deos ipsos interpres extitisti, ut caussam hanc meam justissimam atque piissimam suscipias. Ad te confugio, te supplex oro. In te omnis mea sita est spes atque expectatio. Da quaeso operam, ne dum a vobis excludor, ipsis quoque mortalibus sim ludibrio. Nam erit quidem dedecus Deorum ordini, ubi homunculi me tametsi infirmam Deam floccipendant. MERC. Audivi, doleo: verum pro vetere nostra amicitia unum admoneo, duram nimis atque difficilem caussam te adversus Fortunam suscepisse. Nam & Jupiter ipse, ut caeteros omittam Deos, cum se ob accepta beneficia nimium Fortunae debere sentiat, illius vires atque potentiam veretur. Ea enim ad coelum Diis ascensum praestitit: atque ubi velit, valens sua armatorum manu ejiciet. Qua de re, si sapis, inter plebejos Deos ignota, quo ad Fortunae odium extinctum sit, latebis. VIRT. Aeternum latitandum est. Ego & nuda & despecta abeo.

IO. MATTHIAE GESNERI
DE AETATE ET AUCTORE
DIALOGI LUCIANEI
QUI
PHILOPATRIS
INSCRIBITUR, DISPUTATIO.

(Habita *Jenae* A. 1714. retractata & aucta publiceque disputata *Lipsiae* 1730. retractata iterum & castigata *Gottingae* 1741.)

ARGUMENTUM.

De auctore Philopatridis tres classes sententiarum §. 1. 2. I.) *Qui Luciano tribuunt* 3. 4. II.) *Qui antiquiorem Luciano faciunt* 5. *Examinatur haec posterior sententia* 6. *In primis repugnat laudatus Artemidorus* 9. *Et similitudo sermonis cum sermone Luciani. Obiter de Barateria dictum* 10. II.) *Luciani non esse hunc libellum, ostenditur testimonio antiquae annotationis* 12. *Quia unius tantum Imperatoris in Persica victoria mentio fit* 13. *Respondetur Ge. Bullo* 14. *& Dodwello* 15. *Major est in Philopatride rerum Christianarum notitia, quam quae in Luciano observatur* 16. *Obiter quaedam ad Peregrinum disputantur contra T. Fabrum* 18. 19. *Comparantur notitiae Luciani & auctoris Philopatridis* 20. *An χρηστοὶ sint Christiani? contra Huetium* 21. *Stilus Philopatridis Luciano indignus* 22-26. III.) *Ergo junior Luciano, quod putabat etiam Lacrosius* 26. *Et Moylius* 27. *Scriptus videtur Byzantii, cum ea jam esset Constantinopolis* 28. *Argumento de templorum antiquitate non utimur* 29. *Post Constantinum M. scriptum esse indicant ἐξισωταί, & voces quaedam illius aevi propriae* 30. *Scriptus videtur ad primum nuncium victoriae Juliani Persicae* 31. *Christiano Imperatori tali libello gratulari non licuisset* 32. *Res gestae Juliani satis magnae* 33. *Et auctae in immensum a laudatoribus* 34. *De Aegypto in servitutem redigenda, Arabibus ac Scythis* 35. *Christiani infensi Juliano. De his agi, contra Basnagium* 36. *Male ominatos Juliano ostenditur* 37. *Status felix imperii Juliano imperante* 38. *Galilaeorum appellatio Juliani temporibus propria* 39. 40. *Licebat apud Julianum etiam Deos gentilium irridere* 41. *Quî in Luciani nomen pervenerit?* 42. 43.

I.

QUo tempore, quove scriptus auctore esset Dialogus, qui Philopatridis nomine, inter Luciani libellos a librariis collocari solet, diu multumque a doctissimis hominibus disputatum est. Me ad quaerendum excitavit illud, quod passim ad hunc libellum in disputationibus de antiquitate fidei Nicaenae, aliisque rebus provocari viderem. Operae itaque pretium esse putabam etiam paullo exquisitioris, si constitui posset aliquid, quod vel usque quaque certum esset, vel eum probabilitatis gradum haberet, quo in tali re acquiescendum sibi viri sapientes putant.

II. Ad

II. Ad tria quasi capita referri possunt, quae adhuc prolatae sunt sententiae. Sunt enim, qui Luciano auctori tribuendum putent; malunt alii antiquiorem Samosatensi credere, quin ad Neronis usque tempora retro ascendentes parentem deformi foetui quaerunt; alii denique juniorem Luciano, quin ipso tertio post C. N. seculo inferiorem ut statuant, adduci se patiuntur. Nos in re non nimis facili ita versabimur, ut primo sententias aliorum proponamus, quam fieri poterit perspicue, adjectis simul caussis, quas vel allegant ipsi, vel quae videntur illos, ut ita sentirent, induxisse; tum quae contra hos ab aliis disputentur, vel dici nostra opinione possint, sine cujusquam insectatione modeste indicemus; denique ut nostram de tota re sententiam & exponamus breviter, & argumentis pro virili parte adstruamus.

III. Igitur qui Luciano tribuunt scelerati partus exclusionem, ab illis ne exigendam quidem esse probationem, videri alicui queat: cum, quod inter reliquas ejus viri commentationes compareat, ex eo ipso satis constet, nisi sit, qui meliori jure eum sibi vindicet, illius esse, cujus per tot annos fuit possessio. Plurima enim esse plurimorum auctorum scripta, quae eorum, quibus tribuantur, esse, nullo alio argumento probentur, quam quod inter reliqua ipsorum scripta referantur. Atque haec cum ita sint, accedere, quod argumentum tale hujus Dialogi sit, quod a dicacitate Luciani & omnia insectandi libidine non abhorreat. Olim enim effecisse Samosatensem illum scurram, ut, si quid in re gravi ridiculum, in seria ludicrum, in honesta denique contumeliose dictum appareat, id haud male, nec levi conjectura ad ipsum auctorem referatur. Neque Christianis peperciisse, sed in ipsos etiam maledicum strinxisse calamum, vel Protea, seu de morte Peregrini dialogum luculenter admodum testari. Maximam autem omnium fidem huic sententiae facit mira phrasium, sententiarum, earum etiam, quas ex Homero solet depromere, totius denique oeconomiae, quam vocant, & dispositionis convenientia: quae quidem tanta est, ut vix phrasis vel sententia in toto hoc dialogo occurrat, quae non semel, aut saepius etiam in reliquis, quae Luciano nemo abjudicat, deprehendatur; oeconomia autem seu dispositio, dialogi ei, quam in Nigrino ille adhibuit, magis similis sit, quam ovum ovo est simile, de qua quidem convenientia infra adhuc erit dicendi locus.

IV. Jam victoria illa de Persis, cujus sub finem dialogi epinicion quasi quoddam a superveniente Cleolao canitur, nihil vetare dicit celeberrimus FABRICIUS (*a*), quare non sit eadem, de qua Marcus Antoninus & Lucius Verus triumpharunt A. C. 166. Vir doctissimus DAVID BLONDELLUS (*b*), quem laudat FABRICIUS, *Anno Marci quarto*, inquit, *Christi* 164. *Macrino & Celso Coss. Seleucia cum trecentis hominum millibus, & Ctesiphontis regia Vologesocomannicum, dum Parthicum geritur, natum, intentus*) spondet Cleolaus. *Nihil itaque nos cogit, quae Luciano vivente & spectante confecta sunt, ad alium auctorem referre.* GEORGIUS vero BULLUS (*c*), laudante iterum FABRICIO, praeter victoriam de Persis, Marco Antonino imperante reportatam, quam celebrat Cleolaus, illud insuper monet, quae de malorum praedictionibus dicantur in Philopatride, illa apprime etiam in Divi Marci tempora convenire. Huc enim pertinere, quae SEXTUS AURELIUS VICTOR habet in epitome: *Marcus Antoninus virtutum omnium caelestisque ingenii exstitit, aerumnisque publicis quasi defensor objectus est. Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruissent omnia status Romani. Quippe ab armis nusquam quies erat: perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamque bella fervebant: terrae motus non sine interitu civitatum, inundabii.*

(*a*) Bibl. Gr. L. 4, 16. p. 504.
(*b*) De Episcopis & Presbyteris p. 227.
(*c*) Defens. Fidei Nic. 2, 4, 2. p. 73. seq. ed. Gra-

dationes fluminum , lues crebrae , locuſtarum ſpecies agris infeſtae, prorſus ut prope nihil, quo ſummis angoribus atteri mortales ſolent, dici ſeu cogitari queat , quod non illo imperante ſacvierit. Nempe haec eſſe illa mala, a ſophiſtis, ut auctor appellat Chriſtianos, praedicta.

V. Qui antìquiorem faciunt Luciano, in diverſa abeunt. Eſt enim qui ita putet Luciano majorem Philopatridos parentem , ut ipſum Neronem aetate credat attigiſſe. Nimirum THEODORUS MARCILIUS , *Saperdae autem prorſus illi ſunt*, inquit , *qui propter ea quae in extremo dialogo iſto de Babyloniis, Aegyptiis, Perſis , Scythis verba fiunt, hujusce diſtortiſſimi foetus parentem ad tempora Imperatoris Trajani referunt , cum ea magis in Neronis aut etiam Claudii pertinere poſſe , quivis facile lolio non vittitans perviderit. Plane quidem , quiqui tam belli pueri pater eſt , Neronis Principatu eum ſuſcepit.* Micyllum videtur notare , qui Trajano imperante ſcriptum eſſe Philopatrin putabat. Sed ipſius verba ponere ex argumento dialogi ab ipſo quondam converſi , commodiſſimum fuerit. „ Lucianine ſit Dialogus „ hic , an alterius cujuspiam , dubitari poteſt. Nam quod ad argumentum attinet, non „ abhorret ab illius ingenio & dicacitate. Pariter enim & gentilium Deos, & Chriſtianam „ religionem , ut ſaepe alias , inceſſere videtur. Phraſis autem, & tota adeo compoſitio „ caeteris illius ſcriptis haudquaquam ſimilis eſt. Nam quorſum pertinet excurſus iſte, re„ liquo prope toto corpore longior? Aut quid adeo grande aut affectuoſum ſequitur, quod „ Tragico iſti exordio reſpondeat? Sed de his doctiores judicent. Caeterum cujuscumque „ ſcriptum hoc fuit , videtur is Trajano Caeſari ob victoriam in Oriente partam potiſſi„ mum gratulari voluiſſe , contra eos qui per id tempus ſive ipſi urbi, ſive alteri alicui lo„ co, (nam patriam (*a*) ſolum vocat) pericula & clades praeſagiebant : quos ipſe a princi„ pio Sophiſtas appellat: ad finem tamen ita deſcribit , ut propemodum Chriſtianos intel„ ligere videatur. Eo enim pertinet, quod in fine de Perſico ſupercilio, de Suſis, de to„ ta Arabum regione meminit. Omnia enim illa a Trajano devicta in pop. Romani po„ teſtatem illis tum temporibus rediere, ut apud Dionem & Eutropium, & caeteros, qui „ ejus aetatis hiſtoriam ſcripſerunt, videre eſt". Habet haec Micylli ſententia praeſidium quoddam in verbis dialogi c. 10. Ἡνίκα δέ μοι Γαλιλαῖος ἐνέτυχεν , ἀναφαλαντίας , ἐπίῤῥινος , ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας , καὶ τὰ κάλλιστα ἐκμεμαθηκὼς , δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν , κ. τ. λ. His veriſimile Paullum Divum ſignificari, cujus proinde auditor Triephon: jam vero inter magiſtri mortem , atque hunc ſermonem diſcipuli plus XL. annis ad ſummum intercedere non potuiſſe credibile eſt, niſi decrepitum ſenem Triephontem , cum haec loqueretur, fuiſſe, dicere velis.

VI. Verum enim vero quo antiquiorem aliquis hunc dialogum ſtatuit, eo magis falli neceſſe eſt. Quid enim? Ut hinc incipiamus, Triephontis magiſter laudatur Γαλιλαῖος, ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας ; Divus igitur Paullus intelligendus neceſſario eſt? Quid vetat, quemvis alium hac deſcriptione ſignari, recalvaſtrum, naſonem, myſteriorum cognitionem de ſe, ex vero forte , praedicantem , quam comica phraſi, ad raptum illum Apoſtoli nefarie accommodata, noſter περιφράζει. Quid vetat, ſi concedamus etiam, corporis & oris habitum, qualis hic deſcribitur, Paullo fuiſſe, (quod vix tamen probari poſſe puto) imaginem ſummi Doctoris a ſcurra viſam eſſe , eumque deinceps , ut protervius Chriſtianos inſectaretur, hoc ſchemate magiſtrum ſuum deridendum aliis propinaſſe? DAVID BLONDELLUS, quem paullo ante laudavimus, contra eos, *quibus Galilaei , recalvaſtri, naſonis, ad tertium usque caelum rapti, diſcipulum profeſſus Triepho, Paullum innuere videtur*, ita diſputat: *His argumentis*, (quae nimirum allata jam jam a nobis ſunt) *perſuaderi me non poſſe fateor*, (*ut credam, Philopatrin ante Luciani aetatem ſcriptum.*) *Ut enim nullum Luciani aetate Paulli auditorem ſuperfuiſſe largior lubens ; nec Paullum Tarſi natum Galilaeum dici*

(*a*) Quin urbis κατ' ἐξοχὴν mentio fieri videtur c. 19.

dici debuisse constat : utrumque ad majus Christianarum rerum ludibrium a Luciano effictum, non est quod negemus. Nec difficile fuit Vener. MOSHEMIO (*a*) refellere ARTEMONIUM, id est SAM. CRELLIUM, qui ipsi Christo adscribi raptum in caelum, sententiis Socinianis inserviens nimirum, putabat.

VII. Neronis Principatu non esse scriptum Philopatrin, non equidem probabo ex RUFI FESTI loco, qui *Armenias duas tunc amissas, Romanasque legiones sub jugum a Persis missas, extremo dedecore Romani exercitus sacramenta* ait *foedasse :* Plura siquidem feliciter, ductu Corbulonis, Neronis auspiciis in Armenia contra Parthos gesta, eademque magnifice celebrata, refert TACITUS (*b*) : quin neque post cladem ignominiamque, Paeti negligentia acceptam, *decreta a Senatu, integro adhuc bello, tropaea, dum aspectui consulitur, spreta conscientia, omissa sunt*, ut idem TACITUS (*c*) auctor est. Quidni igitur & vani cujusdam Graeculi Paeana ante victoriam, quin post cladem acceptam, canentis, gratulationem Nero acceperit? Firmiora proinde argumenta deinceps erunt adferenda. *Nec vero Trajano convenit*, verba recito DAVIDIS BLONDELLI l. c. *quod sub dialogi finem oraculum recitat Cleolaus : πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πύλαι βοωμένη Περσῶν, κ.τ.λ. Nam nec Susam nec Arabiam totam debellavit, nec quos ex Arabibus subegit, post devictos Persas domuit Trajanus, immo inter belli Parthici initia anno imperii quarto Christi CI. Trajano quartum & Paeto coss. per Syriae praesidem Palmam, Petraeam Arabiam sub jugum misit; eodemque anno, pereunte Decebalo, Dacicum bellum consummavit. Anno vero imperii nono, Christi CVI. Commodo & Cereale Coss. Seleuciam, Babylonem & Cesiphontem cepit.*

VIII. Sed, ne quid dissimulem, tota illa disputatio nec mihi, nec credo multis aliis, ex omni parte probatur. Prior ipsius ratio est, quod nec Susa nec Arabiam totam debellaverit Trajanus. Sed debellavitne eam Marcus, cui ipse epinicio illo gratulatum fuisse Lucianum putat? Fatetur non debellasse. At paratum est *πρησφύγετον.* SPE FALSUS *inani*, inquit, *Susae & Arabiae excidium, Scythicarumque excursionum cessationem, spondet Cleolaus.* Iniquus autem est BLONDELLUS, si quo ipse effugio utitur, illud eripere velit parti adversae. Ut lubentius concedat, movere eum debet ratio altera, qua adversam sententiam oppugnare sibi videtur, tantum abest, ut ea rem, quam vult, conficiat. Putat enim, quia jam ante Persas, Arabum quosdam subegerit Trajanus, Cleolaus autem ei, qui jam victor esset Persarum, Arabiae subjugationem tanquam futuram spondeat; fieri non posse, ut de Trajano ea gratulatio accipiatur. Quid si autem dicamus, ideo enimvero spondere Cleolaum ut ΠΑΣΑ *χθὼν Ἀραβίας*, sub potestatem Trajani redigatur, quod parte ejus jam subacta, facilior de reliquis spes esset. Haec, ut mihi quidem videtur, ita sunt manifesta, ut Blondello ipsi, si viveret, assensum extorquerent.

IX. Haecne igitur, dicat forte aliquis, sunt firmissima illa argumenta, quibus Trajani aevo abjudicatur Philopatris? Equidem, ut quod res est fatear, his nunquam mihi persuaderi passus essem, ut non a Paulli quodam discipulo transfuga scriptum putarem. Sed bene res habet. Supersest argumentum unum, a nemine, quod sciam, adhibitum, sed omni exceptione, uti arbitror, majus. Narrat nimirum Critias, c. 21. se cum interfuisset deliramentis atque vanis praedictionibus Sophistarum, ita sententiam de illis dixisse : *κατὰ μὲν τὰ Ἀριστάνδρου καὶ* ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ, *οὐ καλῶς ἀποβήσονται ταῦτά γε τὰ ἐνύπνια ἐν ὑμῖν*, & reliqua. Quis non videt ARTEMIDORUM *ὀνειροκριτικῶν* scriptorem significari? Et ne dubitemus, nec infartum ab interpolatore aliquo Artemidori nomen suspicemur, paullo post interrogat : *οὐ κατὰ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισέα, καὶ* ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ *τὸν* ΕΦΕΣΙΟΝ *ἐξέχνευσται τοῖς ὀνείρασιν*; De ipsa re, si quis forte requirat ARTEMIDORI, hujus ut & ASTRAMPSYCHI, verba in notis po-

(*a*) Vid. viri magni diss. de raptu Christi in caelum §. IX. seqq.

(*b*) Annal. 13, 7. seq. c. 34. seq. L. 14, 23. seq. L. 15. init.

(*c*) Annal. 15, 18, 1. Ita in Persii 5. 4. ad Corbulonis victorias respici ait *Casaubonus*. quas assentatorie in majus extollerent Poëtae & Historici.

posita sunt. Hic illud tenendum, quod hic ARTEMIDORUS EPHESIUS, (qui tamen Daldianum se dici maluit, ut nobilitaret oppidum unde maternum genus trahebat, obscurius absque hoc futurum) testatur ipse, (*a*) se nosse homines, qui vixerint Antonini Pii temporibus, qui successor fuit Hadriani, ante quem Trajanus imperavit. Hujus vero inter victoriam Persicam & Antonini initia xxx. minimum anni interceserunt. Nemo igitur sub Trajano scriptum Philopatrida potest asserere, nisi qui crediderit, triginta annis ante quam scriptus sit liber, eum posse allegari. Quin, cum nihil aliud colligi queat ex Artemidori verbis, quam notos illi fuisse Athletas, qui interfuerint ludis quinquennalibus illis, quos Antoninus Pius Hadriano, a quo fuerat adoptatus, instituit, (*b*) suspicari licet, post Antonini demum tempora, quin Severi etiam, qui Antonino successor fuit, scripsisse Artemidorum, primum quod ex prooemio apparet, post longissimam cunctationem animum ad scribendum appulisse, h. e. ad edendas observationes longa peregrinatione experientiaque comparatas. Tum quod TERTULLIANUS quem sub Severo Imp. in confiniis seculi II. & III. floruisse satis constat, cum somniorum interpretes enumerat (*c*), nostri nullam facit mentionem: Quae ratiocinatio, si cui aeque ac mihi probabitur, ut paullo dictum laxius accipiet, cum NIC. RIGALTIUS, l. c. atque JO. ALB. FABRICIUS (*d*) Hadriani & Antonini Pii temporibus vixisse Artemidorum perhibent: tum illud etiam colliget, vix esse, ut a Luciano Samosatensi laudatus Artemidorus, adeoque Philopatris scriptus esse potuerit, de quo infra videbimus.

X. Neque vero illud hoc in loco praetermittendum est, summa rerum verborumque cum iis, quae haud dubie Luciani sunt, convenientia, quam, credo, negabit nemo, qui annotationes nostras vel cursim perlustraverit, facile aliquem induci, ut credat, vel ab ipso Luciano, vel ab homine qui eum sibi imitandum proposuerit, esse scriptum. Neque enim magis id casu fieri potuisse existimo, quam, ut ex temeraria formularum typographicarum commissione versus Homeri aliquis, aut Ennii possit existere. Sed pluribus in hac sententia confutanda nos immorari nihil opus esse arbitror, cum quae jam nunc adversus primam illam, quae Lucianum Philopatridis auctorem facit, proferemus, ea magnam partem fortius etiam contra hanc secundam valeant. Neque protulit quidquam doctissimus puer (quo nomine honoris caussa hic utor in eruditissimo quatuordecim annorum homine) BARATERIUS (*e*), quod dimovere nos de sententia debeat. Favebam aetatulae hominis in mea patria nati & ista scribentis, ignoscebam puero *absurditatis* accusanti, quae neque cognovisset satis, neque intelligere dum posset: lubens me discipulum illi in re tali praebuissem. Sed nihil dixit, quod non dictum, quod non refutatum sit. Molliter inter rosas violasque quiescant ossa hominis emendaturi, si licuisset, illa *παιδαριώδη καυχήματα*. Nos pergamus.

XI. Quod igitur alterum hujus disputationis caput est, Lucianine sit Philopatris, an junioris alicujus, age, dispiciamus. Qua in re ita versabimur, ut primo contra eorum, qui id affirmant, rationes quaedam in medium proferamus, deinde, cur Luciani non esse putemus, generatim dicamus, denique, ut quibus inducti rationibus, juniorem Luciano auctorem arbitremur, eas rationes, quam fieri poterit breviter & perspicue, proponamus.

XII. Luciano jure tribui Philopatrin, probatum primo inde est, quod is quasi in possessione esset, cum inter ipsius opera jam longo tempore referatur; igitur non nisi validissimis rationibus posse inde exturbari. Verum enim vero, ne jam in locum illum communem de librariorum inertia & fraudibus excurram; ne etiam illud dicam, malae fidei possessorem praescriptione sese tueri non posse: jam Aldina editio CIↃ IↃXXII fol. in fine dialogi haec ha-

(*a*) L. 1. c. 28. p. 26. & c. 64. p. 55. quae loca allegantur a *Nic. Rigaltio* in notis ad inscriptionem.

(*b*) Videndus *Ael. Spartianus Hadriano* c. 27. & Commentt. ad h. l.

(*c*) Lib. de anima c. 36.

(*d*) Bibl. Gr. 4, 13. p. 402.

(*e*) In Anti Artemonio Noribergae 1735. 8. edito cap. 14. §. 2. & 3. p. 84. seqq.

habet : οὗτος ὁ λόγος νοθεύεται τῶν Λουκιανοῦ. Quæ procul dubio ex veteri codice adſcripta, & poſt ab aliis repetita ſunt. Argumentum non abhorret, fateor, ab ingenio Luciani, ſi generatim illud ſpectes, ut ad irridendam cum ſuperſtitione religionem pertinet. Sed quam exiguum huic rationi pondus inſit, ſi dicerem, de Tua, Lector, prudentia dubitare videderer. Quid ſi vero inſuper negem, illam ſaltem dialogi hujus partem, ubi vaniſſima ſpe tot victoriæ, triumphi tot ſpondentur, quorum nihil vel parum, quamcumque etiam ſententiam amplectare, contigit, cato illi Samoſatenſis naſo ex aſſe convenire? Certe a prudentia non tantum viri, ſed a magna ad credendum res etiam ſatis certas tarditate, oppido id videtur alienum. Ingens porro illa rerum verborumque in hoc dialogo cum iis, quæ indubie ſunt Luciani, ſimilitudo, tantum abeſt ut a me negetur, ut potius paullo ante ea uſus ſim ad probandum, Trajani aetate non videri ſcriptum. Sed potuit ea ex alio etiam fonte profluxiſſe, imitatione nimirum, ſatis illa quidem inepta, qua de tum ex adnotatio-nibus noſtris conſtare volenti poteſt, tum infra adhuc aliquid erit dicendum. Nunc reliqua perſequemur.

XIII. Victoriam de Perſis ingentem reportavit Lucius Verus, ob quam, communicato cum Marco fratre honore, triumphavit. Hanc eam ipſam eſſe, quam celebrat ſub finem Philopatridis Cleolaus, volunt, quos ſupra laudavi, viri doctiſſimi, aliique complures. Quibus aſſentiri ne queam, illud me movet, quod unius tantum αὐτοκράτορος deprehendam in illo epinicio mentionem, id quod ſecus factum oportebat, ſi ad hunc triumphum pertineret. Ambos enim fratres aequato jure imperium adminiſtraſſe, notius eſt, quam ut dici a me debeat. Nec eſt quod Lucium Verum ſolum celebrari dicamus, qui nimirum ſolus id bellum confecerit, ſolusque gloriam inde ſibi vindicaverit. Praeterquam enim quod per duces omnia ſunt geſta, Vero interim Imperatore in Daphnicis Antiochiæ deliciis molliter ventrem, Marco autem Romae rem publicam curante, ut teſtis eſt JULIUS CAPITOLINUS (*a*): jam eſt paullo ante dictum, confirmarique tum aliorum, tum ejusdem CAPITOLINI (*b*) teſtimonio poteſt, triumphum pariter utrosque celebraſſe. Ita enim ille: *Habuit hanc reverentiam Marco Verus, ut nomina quae ſibi delata fuerant, cum fratre communicaret, die triumphi, quem pariter celebrarunt.* Et jam ante c. 7. dixerat: *partum eſt Vero nomen Armenici, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romae agenti delatum eſt.* Illud forte dici ab adverſa parte poſſet, Imperatorem Verum, cum iſta ſcriberentur a Luciano, jam tum fuiſſe extinctum, ſolique adeo Marco hic applaudi. Et ſane EUTROPIUS 8, 5. cum triumpho Parthico, Veri obitum conjungit artiſſime. Sed certum eſt, interceſſiſſe aliquot annos inter triumphum iſtum atque mortem Lucii: nec quae ſcriptor brevitatis ſtudioſus narratione conjungit, tempore ideo ſunt conjuncta putanda. Sed haec cum quaeſtione careant, apud eos certe, qui aliquam cum hiſtoricis illorum temporum familiaritatem habent, lubens dimitto. Illud tamen non poſſum quin adjiciam, non videri Cleolaum noſtrum, qui ſui victoria Imperatoris effertur tantopere, Medorum atque Armeniae (ut diſtinctarum magni imperii partium, ſuosque ſibi regulos habentium) mentionem fuiſſe omiſſurum, cum de futuris audacter adeo ſpondeat, ſi modo materiem epinicio illi tum praebuiſſent, quod Marco imperante contigiſſe modo vidimus. Denique totum hoc argumentum tale eſſe meminerimus, ut ſi nihil etiam ſit, quo labefactari convellique poſſit, (quod tamen minime ita ſe habere, eſt, puto, luculenter a nobis oſtenſum) tamen amplius nihil eo efficiatur, quam hanc quidem περίσασιν nihil obſtare, quo minus Lucianus pro Philopatridis auctore haberi queat, cujus generis argumenta, plura etiam, ruere ſtatim neceſſe eſt, ſi vel unum quid proferri queat, quod cum reliquis conciliari & redigi in concordiam non poſſit.

XIV. Quod

(*a*) In *Marco Antonino* c. 8.

(*b*) In L. Vero c. 8.

XIV. Quod vero GEORGIUS BULLUS putat non parum momenti habere, ad asserendum Luciano Philopatridem, temporum sub Marco Antonino iniquitatem, de eo etiam, dissimulare non possum, alia omnia mihi videri. Mala etenim, quae ab AURELIO VICTORE enarrata supra retulimus, quorumque mentionem etiam JULIUS CAPITOLINUS facit (*a*), jam inde ab imperio Antoninorum fratrum, atque adeo ante victoriam Parthicam accidisse, totoque fere perdurasse imperii tempore, iidem auctores sunt. Tantum autem abest, ut, qua tempestate scriptus est Philopatris, calamitates publicae orbem Romanum insigniter vexaverint, ut potius eam ob caussam Christianis acerbe adeo insultasse auctorem appareat, quod temporum felicitatem infaustis praedictionibus, obscenisque ominibus quasi contaminarent. Quod ut appareat, audiamus Critiam, qui, ut videtur, ob patriae, quem profitetur, amorem, nomen dialogo dedit, cujusque sub persona auctorem latere voluisse, existimaverim. Hic igitur Critias in Sophistarum, ut eos appellat, concilium introductus, interrogatusque c. 24. πῶς τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ τοῦ κόσμου; Χαίρουσίγε πάντες, inquit, καὶ ἔτιγε χαρήσονται. Habes gaudium publicum, habes felicitatem temporum. Quid ad haec Sophistae? Non placet illis laetitia effusa gentilium, subjiciunt: δυστοκεῖ γὰρ ἡ πόλις, cujus verbi vim ibi declaravimus. Non negant igitur jam felicia esse tempora, sed mala futura praedicunt. Hos dein proterve ridet Critias, ὀξυδερκέσατα νοεῖν illos inter alia scommata dicens, qui viderent scilicet, quod nec esset usquam, nec, ut putabat, futurum esset. Tum effunditur in enumeranda varia calamitatum publicarum genera, ita tamen ut ipsa phrasi ad risum composita manifeste indicet, nihil tale tum quidem vulgo homines timuisse, ne putes fuisse expertos. Confirmant ista, quae sub finem dialogi idem Critias commemorat: Ἡμεῖς δὲ, ὦ Τριεφῶν, τὰ κάλλιστα εὑρηκότες ἐσμέν· & paullo post: τοῦτο ἀρκεῖ τοῖς παισὶν, αἱ ἡμέραι τοῦ αὐτοκράτορος, πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλείψει, καὶ ἔθνος ἡμᾶς οὐ καταπτοήσει. Haec igitur satis, opinor, ostendunt, non eo tempore scriptum Philopatridem, cum calamitates publicae per orbem terrarum grassarentur, sed satis laeto reipublicae statu, secus atque viro doctissimo videbatur.

XV. Magnum nomen HENRICI DODWELLI praesertim in suis cuique libro temporibus assignandis. Ille etiam aliquando Luciano adscripsit Philopatrin: sed contra se disputandi necessitatem nobis remisit, qui sententiam ipse mutarit. Itaque satis prope fuerit diversas viri opiniones referre. In dissertatione de fortitudine Martyrum (quae Cyprianicarum XII. est) §. 24. Luciano & M. Antonini temporibus attribuerat Philopatrin. In dissertatione (*b*) de jure Laicorum sacerdotali p. 284. de eodem dicit, *Quem ego Trajano longe recentiorem fuisse existimo, & ipso fortasse Luciano.* Sed in dissertatione de Isidoro Characeno (*c*) §. 5. p. 63. ait, „ Anno Christi CCII, quo Severus Imperator persecutionem „ in Christianos Alexandreae decreverit, huic persecutioni Philopatride scripto quasi praeluisse Lucianum, praevias persecutioni κωμῳδίας memorante Antiocheno Theophilo". Liceat hic quasi interpellare Dodwellum. Spartianus in Severo c. 17. quem laudat, non Alexandriae sed *in itinere* e Syria versus eam urbem decretam ait persecutionem. *Judaeos*, inquit, *fieri sub gravi poena vetuit. Idem etiam de Christianis sanxit.* Κωμῳδίας illas apud Theophilum non observavi. Sed quid porro Dodwellus? „ In eadem urbe Alexandria „ scriptum Philopatrin argumento esse Alexandrini mensis nomen Mesori (c. 22.) Quod „ autem Arabes hostibus accensentur, (c. 28.) id facere, ne quis alius Princeps, praeter „ Severum, intelligi possit &c. Similia sunt, quae disputat Prael. Camden. 7. p. 307. seq. Quanti ea sint, cum aliunde ex hac dissertatione & adnotationibus ad Philopatrin nostris con-

(*a*) In vita Marci c. 8.

(*b*) Cum *Grotii* diss. de Coenae administratione ubi Pastores non sunt, & alius hujus argumenti edita Lond. 1685.

(*c*) In Geographis *Hudsonia*, T. 2.

conſtare poteſt, tum ipſe indicavit DODWELLUS, qui in literis ad MOYLIUM, quas paullo poſt laudabimus, novam ſententiam defendendam ſuſceperit, ſcriptum nempe libellum A. C. CCCXI. ad recentem nuntium victoriae quam a Perſis Odenathus retulerit. Quae deinde pro noſtra dicemus ſententia, ea huic conjecturae evertendae putamus ſufficere.

XVI. Perduxit nos ordo diſputationis inſtitutus ad ea argumenta, e quibus generatim Luciani non eſſe foetum Philopatrin, colligi poſſe putamus. Nam illa quae juniorem Luciano auctorem ſuadeant, his ſubjuncturos nos eſſe diximus. Ad hanc igitur claſſem, praeter ea, quae modo contra BLONDELLUM atque GEORGIUM BULLUM, viros doctiſſimos, diſputata ſunt, non dubito primo loco referre, quod major in hoc dialogo deprehenditur, quam in Luciani ſcriptis, Chriſtianarum rerum peritia. Quisquis diligentius paullo hujus viri commentationibus legendis attenderit, animadvertet profecto perpetuum fere illius morem, ut in quarum rerum mentionem inciderit, eas res, tanquam per digreſſiones, quas vocant Rhetorum filii, perſpicue, verbisque negotio, de quo agitur, quam aptiſſimis declaret, quo ipſo, quanquam interdum non taedium lectoribus, ſi qui ſunt delicatiores, creare non poteſt; facit tamen, ut, cum minime putes, plurima diſcas, ad omnem hiſtoriam, populorum ritus, clarorum virorum pernoſcendam indolem, linguae etiam proprietatem, totam denique humanitatis diſciplinam nimium quantum profutura. Quin ea ipſa ratio eſt, ut quoddam Ἀμαλθείας κέρας, aut cornu copiae bonae frugis pleniſſimum, opera ejus ſummo poſſint jure vocari. Profluxit iſta ſcribendi ratio partim ex charactere Luciani, qui eſt ἠθικώτατος, & ad comicum in multis accedens proxime, in quibusdam etiam ſuperans: partim, (non eſt enim infitiandum) ex oſtentatione quadam, Polymathianeque demonſtrandi ſtudio, quod quidem in Sophiſta, id eſt eo, qui dicendi artem pro genio ſeculi profiteretur, non ferri facilius poterat, ſed laudi erat atque admirationi. Igitur nulla fere ſecta, hominum fere genus nullum eſt, cujus non hiſtoriam, characteres praecipuos, aliaque ἀξιομνημόνευτα conſignata ab eo literis deprehendamus: Philoſophorum autem cujuscunque ſectae, rhetorum, adulatorum, paraſitorum, divitum, pauperum, ſenum, juvenum, ſuperſtitioſorum, atheorum, Romanorum, Athenienſium, Scytharum, impoſtorum, hiſtrionum, lenarum, meretricum, militum, ruſticorum, regum tyrannorum, Deorum, Dearumque, & cujus non? velut imagines quasdam ab eo pictas admiremur.

XVII. Sed quorſum iſta diſputem, quaeret fortaſſe aliquis? Nimirum ita rationem ſubduco: quia Lucianus oſtentandae occaſionem doctrinae nullam ſolet facile praetermittere; quia nullius non hominum generis characteres, mores, ſententias, verbis cuique rei propriis & quaſi ſolennibus deſcribit: probabile non videri, ſi tantam habuiſſet Chriſtianismi peritiam, quantam in Philopatride reperimus; non alias etiam eam præ ſe tuliſſe; atque eo magis, cum occaſio in his ipſis, quæ habemus ab eo ſcripta, non defuerit, tum in bonam, tum in malam etiam partem ampliorem Chriſtianorum mentionem faciendi. In bonam quidem eo imprimis loco, ubi Alexandrum Pſeudomantin illum ab oraculo ſuo Atheos, Epicureos, Chriſtianos omnes removeri procul juſſiſſe tradit. Verba ipſa ſubjeci (a): εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος, ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω. Cur Epicureos abeſſe voluerit, declarat, ſed de noſtris tacet, nec rationem ullam cur exeſſe illos ſacris ſuis Alexander voluerit, profert: forte quod laudandi erant, hoc quidem in loco; quod a ſe paganus homo impetrare non poterat? Sed etiam cum ridet Chriſtianos (b), & res illorum dedita opera narrare videri vult, partim verbis ex gentilium diſciplina petitis utitur ad res ipſorum deſignandas, partim, vulgari errore, Judaeorum & Chriſtianorum miſcere negotia videtur, & in univerſum ita loquitur, ut ſatis appareat, neque libros ſacros legiſſe unquam, neque etiam aliunde ſanctiſſimae diſciplinae rationes ſatis habuiſſe cognitas atque per-

(a) In *Pſeudom.* c. 38.

(b) *De morte Peregr.* c. 11.

perſpectas. Quoniam id eſt parum ab hac diſputatione alienum, age, quaedam ad hunc Luciani locum annotemus.

XVIII. Ac primum quidem miror, TANAQUILLUM FABRUM, virum ingenioſiſſimum ad illa verba. (*a*) *τὸν μέγαν γοῦν ἐκεῖνον κ. τ. λ. annotaſſe: Iſtaec vocula γοῦν & ſenſus repente abruptus ſatis indicant, multa hic a Luciano adverſus Chriſtum ſcripta fuiſſe; quae a majoribus noſtris, hominibus nimium piis, ſublata fuere. Hinc itaque eſt quod dixerat Suidas, Lucianum καθάπτεσθαι τοῦ χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν, ἐν τῷ τοῦ Περεγρίνου βίῳ. Hinc factum ut in plerisque Mſſ. Codd. non amplius exiret Peregrinus.* Equidem fateor, ſi voculam *γοῦν* interpretere, *itaque*, ut eſt ab eo, qui hunc dialogum convertit, factum, male haec cohaerere cum iis, quae praecedunt. Sed quid vetat, quo minus vertamus *enim*, frequentiſſima nimirum, apud Lucianum etiam, vocis ſignificatione, ut quandam notet parentheſin. Qui enim, quaeſo, concinnius, quam ita loqui potuit Lucianus: Peregrinus noſter in Chriſtianos etiam incidit, & poſtquam illorum edidiciſſet myſteria, ſubito nimium quantum inter illos nomen & gloriam eſt conſecutus. Nam hodienum durat illa quorundam ſtultitia, ut celebrem iſtum in Palaeſtina ſuſpenſum hominem venerentur &c. Pergit deinde, ut videas a parentheſi reverti: *τότε ΔΗ καὶ συλληφθεὶς κ. τ. λ.* Senſus igitur abruptus non magis, quam *γοῦν* particula, deeſſe aliquid oſtendunt. Suidae verbis ſua conſtat veritas quam planiſſime, ſi vel nihil deſit. Quid enim ſunt blaſphemiae in Chriſtum, ſi hae non ſunt, quae hodienum extant in Proteo? Denique, quis iſte foret ſtupor, cum manum ſemel injeceris mutilando ſcripto, illud relinquere, quod ejici vel ſimiliter, vel magis etiam intererat? Duobus potiſſimum modis ulti ſunt Chriſtiani hujus dialogi contumeliam, primum omittendo illo penitus, quod factum facile FABRO credimus, tum acerbe, adletis in margine notulis, refutando, quod ſcholia a JO. CLERICO edita teſtantur. Omiſiſſe quaedam ex ipſa orationis ſerie, ſaltem FABER quae attulit argumenta, iis vix perſuadebit.

XIX. Sed, ut pergamus ſtrictim quaedam ad Luciani verba annotare, Judaicum ſapit, quod *ἱερέας & γραμματέας* vocat Chriſtianorum Doctores, quanquam non ignorem, de Aegyptiorum etiam ſacerdotibus *τῶν γραμματέων* voce non ſemel uſum (*b*). Ex ethniciſmo eſt quod Alexandrum Chriſtianorum *θιασάρχην* vocat, & *τελετὴν* Chriſtianorum diſciplinam. *Καινὸν Σωκράτην* Chriſtianos Peregrinum vocaſſe, probabile non eſt: ſi nota Luciano Paulli Apoſtoli hiſtoria fuiſſet, hunc dubio procul ſubſtituiſſet. *Ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος*, qui perſuaſiſſe Chriſtianis dicitur, ut omnes ſe pro fratribus invicem haberent, non video, quin ipſe ſervator noſter eſſe queat. Neque hunc legislatorem *ἀπὸ τοῦ ἀνεσκολοπισμένου ἀνδρὸς* ubi diſtinguat Lucianus, reperio, quod utrumque tamen iterum vult TAN. FABER. Contra ea juſſit Chriſtus Matth. 23, 8. ut omnes diſcipuli ſui fratrum ſe loco invicem haberent: & ſecundum *τοῦ ἀνεσκολοπισμένου νόμους* vivere Chriſtianos, paullo poſt Lucianus dicit (*c*). Ad verba (*d*): *εἶτα παρανομήσας τι εἰς ἐκείνους, ὤφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐσθίων τῶν ἀποῤῥήτων αὐτοῖς*, PALMERIUS confundi ait Judaicos ritus cum Chriſtianorum lege. Sed forte idolothytorum eſus, & ſuffocati ac ſanguinis ab Apoſtolis etiam prohibitus, obverti huic reprehenſioni poſſit.

XX. Juvat hic in brevem ſummam colligere omnia, quae de Chriſtianis tradit Lucianus, (tradidiſſe autem, quae ſciret omnia, probabile ſaltem ſupra reddere conatus ſum) tum ſimiliter quaſi in tabulam quandam conjecta cum his comparare, quae in Philopatride de iisdem dicuntur. Lucianus ita Chriſtianos deſcribit: l. c. Sunt homines, qui ſuſpenſum in Pa-

(*a*) c. 11.
(*b*) c. g. de *Sacrif.* p. 369. T. I. Ed. *Graev.* it. in *Philopſ.* c. 34.
(*c*) Johannem Euang. intelligit *Fabr.* B. G. L. IV. c. XVI. p. 500.
(*d*) p. 570.

Palaeſtina hominem, novorum auctorem myſteriorum, ſpretis omnibus Graecorum Diis, colunt & adorant, immortalitatem expectant, atque propterea corporis cruciatus, ipſamque adeo mortem, ſubire non recuſant, ut potius ultro eam depoſcant. Praeterea pro fratribus invicem, ſic jubente primo illorum Legislatore, ſe habent, bona fortunae omnia tanquam vilia & vana contemnunt, benigneque iis impertiunt, quos propter ſuperſtitionem ſuam vident aut bonis exturbatos, aut alias male a magiſtratibus acceptos. Sacros libros habent, quos in conventiculis ſuis legunt, ſi qui autem ſunt doctiores, etiam interpretantur. Si quem videant leges ſuas migrantem, eum a communione & coetibus arcent atque excludunt. Haec Lucianus. Audiamus auctorem Philopatridis (*a*). Chriſtiani credunt in Deum unum, qui caelum & terram creavit & omnia, eumque Patrem magnum, immortalem, caeleſtem, Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus & ex uno tres. Hic Deus, qui eſt lux incorruptibilis, inviſibilis, incomprehenſibilis, creavit, (ut didicerunt a Moſe tardilingui) cum alta nox abyſſo incubaret, lucem, quae tenebras & vaſtitatem illam omnem abegit: tum terram ſuper aquis ſtabilivit, caelum expandit, ſtellas formavit, curſus earum diſpoſuit: terram ornavit floribus; hominemque ex iis, quae non eſſent, ut eſſet aliquid, produxit: jamque de caelo intuetur ſingulos, bonos, malos, actionesque illorum in libris deſcribit, ac retribuet ex juſto ſingulis, qua die ipſe conſtituit. Praeterea per aquas ſeſe renovari, atque ex impiorum coetu in beatorum veſtigia collocari credunt; quidam etiam in tertium ſe caelum raptos, resque omnium pulcherrimas ibi edoctos praedicant, orationem quandam a patre incipientem, multisque nominibus refertos hymnos recitant &c. Haec ſi quis cum iis, quae ex Proteo Luciani prolata ſunt, conferat, ſimulque illud conſideret, verbis propriis & ex Chriſtianorum diſciplina, quin ipſa Scriptura S. petitis uti Philopatridos auctorem: illum vero gentili more, nec uti ſolent noſtri homines, loqui, cognoſcet profecto, Lucianum ut de re parum ſibi cognita, & quam non niſi aliis temere narrantibus audiſſet; hunc vero, ut qui aut ipſe coetibus Chriſtianorum interfuiſſet, aut ſatis accurate omnia perveſtigaſſet, de hac ſecta expoſuiſſe.

XXI. Petrus Daniel Huetius, *Demonſtr. Euang.* 3, 20. poſtquam dixerat, in libello de morte Peregrini, quae in contumeliam Chriſtianorum eſſent dicta, laudi ipſis eſſe potius quam dedecori, haec addit: *Clariora etiam reperias in dialogo, qui inſcribitur Philopatris, & Luciani nomen prae ſe fert: Chriſti quippe & Chriſtianorum nominatim meminit, plurima profert ex Euangelio & Apocalypſi Johannis, ex actis Apoſtolorum, & ex epiſtolis Pauli, cujus os & habitum depingit, & evectionem in caelum refert. Chriſtum appellat Chreſtum, pro temporum illorum more, quo nomen id a bonitate, non ab unctione ductum credebatur ab Ethnicis.* Quo de more cum quaedam diſputaſſet, concludit: *Ex Chriſtianarum autem rerum peritia, quae major in hoc dialogo, quam in reliquis Luciani ſcriptis elucet, colligi poteſt, eum alterius eſſe auctoris.* Hactenus ille. Quae ideo adſcribenda putavi, quod partim hoc argumentum mirifice confirmant, partim vero dubii nonnihil habere videntur. Chriſti ſi quidem & Chriſtianorum *nominatim* meminiſſe dicit auctorem Philopatridis, ita tamen ut *Chreſtum* pro *Chriſto* dixerit. Ego vero fateor, illud me in hoc dialogo non reperire. Proculi tamen dubio reſpicit vir ſummus ad illa c. 17. ἀλλά μοι τόδε εἰπέ· εἰ καὶ τὰ τῶν Σκυθῶν ἐν οὐρανῷ ἐγχωρήττουσι; Reſpondet Triepho: πάντα, εἰ τύχοι γε ΧΡΗΣΤΟΣ ὢν καὶ ἐν ἔθνεσι. Interpres quem forte aliis diſtrictus ſecure nimium ſecutus eſt Huetius: *ſi quidem & inter gentes* Chrestus *fuerit.* Neque vero is ego ſum, qui Chreſtum & Chreſtianos pro Chriſto & Chriſtianis tam a gentilibus, verum ignorantibus, quam a noſtris, omen accipientibus, dictos fuiſſe negem, ſed illud dico, non videri Triephontem Chriſtum vel Chriſtianos verbis, quae modo adducta ſunt, ſignificare, tanquam proprio nomine voluiſſe. Di-

(*a*) c. 12, 13, 17.

xerat paullo ante hic Triephon : ὥςε ἔασον ἅπαντα , ὡς καὶ σὲ ἐν ταῖς ἐπουρανίοις βίβλοις ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ ἀπογράψονται. Vult nimirum Critiam relictis illis gentilium fabularum nugis, ad Chriſtianorum Deum ac religionem ſeſe convertere, ut *& ipſe inſcribatur in caeleſtibus illis BONORUM libris.* Tum Critias, εὖ πάντα ἀνακυκλεῖς, inquit, ὦ Τριεφῶν , (ſupra enim jam de libris caeleſtibus , & in iis inſcriptione dixerat Triepho) ἀλλά μοι τόδε , & reliqua quae modo attulimus, ubi interrogat Critias, *an Scytharum etiam curam gerat Deus , & in librum illos BONORUM inſcribat? Quidni inſcribat*, reſpondet Triepho, *ſi modo BONI ſint?* Cui non apparet, χρηστὸν hic, ut alias apud quosvis ſcriptores, praeſertim eum, quem noſter eſt imitatus, Lucianum, poni ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ? Ita infra c. 23. χρηστὸς γὰρ ἂν, εἰης ἀπόγε τοῦ σχήματος, *Nam frugi eſſe appares utique ex habitu?* Praeterea neſcio, an exemplo probari poſſit , χρηστὸν dictum pro Chriſtiano. Nam Chriſtum quidem ipſum quomodo intelligere quis cum bona bonae mentis venia velit, non video : cum appareat , pro genere hominum, quod plures ſub ſe complectatur, vocem poni, & hanc eſſe verbi τυγχάνειν vim, ut converti debeat : *ſi modo contingat eſſe inter Scythas aliquem &c.* Nec Chriſti igitur , nec Chriſtianorum *nominatim* mentionem in hoc dialogo fieri cenſeo ; quod quorſum pertineat infra videbimus. Hic illud notari velim , quidquid etiam de Chreſto ſit , Lucianum ita non videri ſcripturum fuiſſe, cum Chriſtianorum nomen, quoties opus fuit, adhibuiſſe, ex *Pſeudomanti* pariter atque *Proteo* ſatis conſtet.

XXII. Venio ad argumentum ſatis firmum , ut ego quidem arbitror , ſed quod neque tractari bene, neque intelligi niſi ab eo poteſt, qui ad ingenium his rebus aptum uſum etiam aliquem adjunxerit. Modeſtia hic nos decebat , cum primum ſcriberemus ante hoſce XXV. annos : verſabatur enim in animo illud LONGINI ſ. 6. Ἡ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα. Sed tamen quam familiaris tum nobis Lucianus fuerit , annotationes noſtrae teſtantur : & non exſtabat, cum haec ſcriberemus , index in Lucianum. Ab eo tempore nunquam plane abjecimus illum : & nunc cum tertium tractare iſta oportet , recentes ſumus ab interpretatione. Credet igitur nobis fortaſſe aliquis , agnoſci a nobis poſſe vocem & ſermonem antiqui a triginta pene annis ſodalis , quem nuper demum Latina loqui docuimus. Haec majoris eſſe debent, quam ſi quis dicat , lubricum eſſe quod a ſtilo ſumitur argumentum , & ſimiles huic loquatur ſententias. Sed in rem praeſentem veniamus, &, quantum ejus poteſt fieri, argumentum, quod melius ſentitur & guſtatur quaſi, quam verbis explicatur, declaremus. Olim jam THEODORUS MARCILIUS , non eſſe Luciani Philopatrin contendit, praeter alia id arguentibus ineptiis ſtili , quas paginis omnibus dicit occurrere. Iſtae vero ſtili ineptiae oriri magnam partem videntur ex affectato infeliciter ſublimi ac tragico dicendi genere, quod cum non aſſequeretur, in affine illi vitium ψυχρότητα incidit quam ſaepiſſime. Tanto id quidem magis, quod Poëtarum magnam partem verbis utitur, iisque parum ad rem aptis , qua de cauſſa indutae leonis exuviis ſimiae ſimilem interdum fieri neceſſe eſt. In utroque autem genere incomparabili facultate gaudet Lucianus, ad effingendum ſtilo quidquid libuerit, gravitatem etiam plusquam tragicam, & ad derivandum in ſuos hortulos, non rivos ex Veteribus Poëtis, Homero imprimis, ſed quaſi flumina , adeo quidem , ut cum male quaedam applicaſſe videtur , vel inflexione depravaſſe, tum demum ingenii vis admirabilis eluceat. Unum ex multis exempli cauſſa adferam : eſt Euripidis verſus decantatiſſimus : ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Quam lepide hoc accommodat ad jactatam Cynicorum ἀναλγησίαν; Ἡ φρὴν, inquit, (*a*) σοὶ ἀλγήσει , ἡ δὲ γλῶσσα ἔσται ἀνάλγητος. Quam feſtive illud Homeri (*b*):

Ὡς φρήτρη φρήτρῃφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις;

Ad

(*a*) Vitar. auct. c. 9.

(*b*) Iliad. B. verſ. 363.

Ad Philoſophorum certamen traducit (*a*): ξυναρπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν,

Ὡς πήρη πήρηϊν ἀρήγῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις.

Sed infinita ejusmodi habet Lucianus, Plutarcho hac parte comparandus, niſi quod hic ſeverior.

XXIII. Noſter autem, quisquis etiam fuerit, ut utraque in re peccaverit, jam videamus. Quis negabit, eſſe nimis παρατράγῳδον illud c. 2. quod MARCILIO jam bilem movit: φῦ, φῦ, φῦ, φῦ, τῶν ὕθλων ἐκείνων, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, τῶν δεινῶν βουλευμάτων, αἰ, αἰ, αἰ, αἰ, τῶν κενῶν ἐλπίδων. Vix in comoedia vel tragoedia ferimus haec talia, ubi tamen actoris geſtu efficitur, ut ſint aliquantum tolerabiliora & minus Φορτικά. Sed bene tamen eſt, quod cavet auctor, ne ab tam altiſſimo cothurno ſtatim deſiliat. Triepho enim, apud quem haec eructarat Critias, ſtudet ingentiſſimo mendacio, omnem hanc tragicam ſupellectilem longiſſime ſuperare: his enim ſingultibus Critiam ipſas convertiſſe nubes, tantumque in Propontide excitaſſe borean dicit, ut onerariae naves funibus contrahendae ſint. Apud nos mentiuntur interdum homines ut trabes inflectantur, quod eſt in Germanorum noſtrorum proverbio; Sed hic, ne caelum ipſum & maria pervertat, timor eſt. Vix Lucianus cum id agit, ut mentiatur ſtrenue, quemadmodum *in verae hiſtoriae Libris duobus*, talia proferre monſtra auſus eſt, ut hic bonus vir ſerio colloquentibus amicis tribuit. In Poëtica facultate, qua tamen mirifice placuiſſe ſibi videtur, quam parva operae pretia fecerit, ex his, quae jam, ut ordine percurrenti ſeſe offerent, producam, credo, apparebit. Integra Homeri aut aliorum carmina vix inſeruit centoni ſuo, praeterquam quae Lucianus jam olim attulerat; ut appareat, non ipſos illum magnos auctores cognoviſſe, ſed ex viri ſuae aetati propioris aliquot dialogis pleraque conſarcinaſſe. Ex Ariſtophanis tamen Nubibus & Ranis quaedam habet, ut & Homerica pauca, quae apud Lucianum nondum obſervavi. Ut mox ab initio c. 3. ponit, ex Homero Ἀλλ' ἐπεὶ σὲ πρῶτον κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ, ἀπίωμεν κ. τ. λ. Amicus veteranus alteri amico, a quo aliquantum abfuiſſe, non conſtat, quicum jam plura locutus eſt, dicit: *quoniam primum hoc loco te reperio, age illuc abeamus, ubi reſpirare a malo meo poſſim.* Inter honoris verba, aulae imprimis incolarum, cum ad epulas aut comiſſationes perlicere advenas volunt, haec talia eſſe ſcimus: apud Homerum pulchre dicitur, ὦ φίλ' ἐπεί σε θύοντα κιχάνω τῷ δ' ἐνὶ χώρῳ. ſed in hoc Philopatridis loco ſunt prorſus, ſi quid video, ἀπροσδιόνυσα. Deinde, ſi carmen eſſe debet, ut certe apparet, bis in metri leges peccatum eſt. Primum, cum poſterior in ἐπεὶ contra diphthongi naturam, correpta eſt; Tum quando prima in κιχάνω, brevis apud Homerum & optimos quosque, producta adhibetur. Non defuiſſe autem apud Graecos malos Poëtas, qui vel in ſyllabis dimetiendis impingerent, ne hodiernis tantum hominibus hanc laudem relictam putes, vel ex nuptiali elegeio miſeri cujusdam Poëtae, quod LUCIANUS *in Lapithis* (*b*) adfert, conſtare ſatis ſuperque poſſit.

Incipit Ἡ οἵη πότ' ἄρ' ἦγε Ἀρισαινέτου ἐν μεγάροις κ. τ. λ.

Meliorane autem ſunt quae ſequuntur noſtri carmina? Jovem dicit c. 4. συνευωχεῖσθαι Aethiopibus.

Ἀνδράσι μελαντέροις, καὶ τὴν ὄψιν ἐξοφωμένοις.

Euge ſepties peccatum in pedibus ſex. Vix verſum agnoſcas, niſi de morbo hominis, & Politico illo carminum genere paullatim e talibus orto conſtaret. In ὅρκῳ c. 12. primum hexameter poſitus eſt, tum pauca prorſa oratione ſcripta, mox Jambi ſequuntur quinque, & ſenarius, niſi quod primus pes contra carminis legem trochaeus eſt. Alibi c. 16. βιώτῃ καλῶς, inquit,

Οὐδὲ σ' ὦκα θέμις τέλος θανάτοιο κιχεῖν.

His

(*a*) Ἀνακτ. c. 2. (*b*) c. 42.

Hic bis metri leges migrantur, & praeterea, quid hoc θέμις sibi velit, non apparet: si legas θέμιςι, & sensus concinnior paullum erit, & metrum hac parte constabit melius. Sed an ita voluerit auctor, non dixerim.

Ille c. 18. καὶ ἕτερον μὲν κεύσῃς ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃς

Semel tantum claudicat, & potest reponi, si tantum μὲν post κεύσῃς colloces. Septem pedibus incedit, c. 25.

Πνειόντων δόρυ καὶ λόγχας καὶ λευκολόφους τριφαλείας, truncatus ex Anapaestico Aristophanis. Qui hunc proxime antecedit:

Θήγοντες ὀδόντας κατ' ἀνδρῶν θυμολεόντων.

Semel redundat, bis deficit. Claudat agmen deficiens tribus moris (ut ex veteri ratione loquar, qua longae Syllabae duo tempora s. χρόνους, brevi unum tribuebant) c. 28.

Μήτε παραδράμῃς γε ποσὶν μηδὲ παρέλθοις. Si παραδραμέης γε πόδεσσιν legas,

Metro erit consultum; sententia ut non sit inepta & ταυτολόγος, non efficies. Ultimi jambici quam parum exacti, quivis non rudis suavitatis Poëticae videt. Quam absurdum illud sit, quod Poëticis vocabulis flexionibusque, omnibus fere in locis, etiam ubi versus non facit, utitur Auctor, malo ex ipsius lectione dialogi, notationumque nostrarum cognosci, quam ejusmodi quisquiliarum congerie hic nauseam lectoribus, si qui fuerint, creari.

XXIV. Copiosus mirum quantum est Lucianus, & varie unam rem, si saepius recurrat, effert. Hic noster autem, quanquam copiam aliquam affectat, & sub initium statim, tum alias etiam exergasiis utitur: tamen quasi effusa semel omni supellectili, eo subinde inopiae redigitur, ut ad ea, quae inconsulte velut prodegerat, recurrere cum dedecore opus habeat. Ita illud ἄνω καὶ κάτω περιπολεῖν, intra versus non multos c. 1. & 2. bis ponit: ἄμπνευσον τοῦ δεινοῦ vix aliquot interjectis versibus c. 2. repetit. ὡς καὶ Νιόβη τὸ πρὶν c. 1. ὡς καὶ Ἴκαρος τὸ πρὶν c. 2. parum invicem distant: διάτορον βοᾷν bis c. 6. & 25. occurrit: ὥςε ἐάσωμεν τούτους. ὥςε ἔασον καὶ ταύτην. ὥςε ἔασον ἅπαντα. ὥςε ἐάσατο τὰς φαντασίας. τοὺς δὲ λοιποὺς ληρεῖν ἐάσωμεν, quinquies redire in tam paucis paginis, c. 8. 10. 16. 26. 29. & in dialogo ad ostentationem, ut videtur, τῆς Ῥητορικῆς δυνάμεως composito, quis ferat? Creationis Universi historia bis, c. 13. & 17. iisdem fere verbis, nulla cogente necessitate, narratur.

XXV. Historia porro de Neptuno, precibus lacrymisque, Martis in adulterio deprehensi liberationem impetrante, c. 6. quam quaeso impedita est, quam a Luciani facilitate aliena! Martem enim indissolubilibus cum Venere vinculis constrictum, reliquisque Diis propter adulterium prae pudore silentibus, equestris Neptunus liberavit. Quam illa deinde taedii plena & a muliercularum narrationibus non abhorrens repetitio: ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφαίςῳ λῦσαι τὸν Ἄρεα. τὸ δὲ ἀμφίχωλον τοῦτο δαιμόνιον, οἰκτείραν τὸν πρεσβύτην θεὸν, τὸν Ἄρη ἀπηλευθέρωσεν. In illo c. 8. τί τὸ χρήσιμον τῆς Γοργόνος, καὶ τί τῷ ςήθει τοῦτο ἡ θεὰ ἐπιφέρεται; vox τοῦτο ad Γοργόνα vel κεφαλὴν erat referenda. Reliqua de Gorgone narratio ineptissima, ut in qua per quatuor versus αὕτην semel, ταύτην ter repetitur, & quae separanda erant, pueriliter miscentur. Quae illa quaeso insania est, quod Triepho introducitur c. 4. jusjurandum exigens, de non nocitura sibi Critiae narratione, & is tamen statim post jusjurandum c. 18. eadem omnia vult experiri, quae in Critia viderat? Quid de illo existimem c. 17. καὶ γὰρ σοὶ οἰκίδιον κατασκευάσαντι — οὐδέποτέ σε διέλαθε κ. τ. λ. dixi ad ipsum locum. Statim sequitur c. 18. πάνυ εὖ λέγεις καί με ἀντιςρόφως τῆς Νιόβης παθεῖν, ubi ποιεῖς vel simile est omissum. Parum etiam Atticum, hoc est Lucianeum, illud est, quod aliquoties (c. 21. ter, c. 25. ter, c. 26. quater) cum neutris pluralibus, non singulare verbum, sed plurale construitur. Quae hactenus a nobis allata sunt, singula forte in optimae etiam notae, optimi auctoris scripto posse occurrere, longiori praesertim, non nego: possim enim quam plurimis praestantissimorum hominum locis, ubi ipsorum humano errore, (neque vero librariorum semper a talibus culpa abest) aliquid peccatum manifesto deprehendatur, redargui. Illud vero ne-

nego, a caſtigatiſſimi ſermonis & ſubacti judicii ſcriptore Luciano, dialogum inquinati adeo ſtili, judicio autem aut nullo ſcriptum aut exiguo, potuiſſe proficiſci. Et gaudeo non Marcilio tantum & mihi ita viſum : ſed in eadem ſententia eſſe acutiſſimum virum WALTERUM MOYLE (*a*), qui, *infinitis adeo ſpatiis*, ait *ſubſidere infra ingenium, acumen, & elegantiam Luciani, incomparabilis ſcriptoris, auctorem Philopatridis, ut prope miraculum ſit, Ge. Bullo, viro ea doctrina & judicandi vi praedito in mentem potuiſſe venire, ut ad eum auctorem referret.* Et (p. 292.) *ſigna omnia barbari aevi ineſſe ait huic libello, nec virtutem unam, qua commendari poſſit, cum duabus rebus contineatur, quae poſſunt eſſe vel in homine vel in libro, peſſimis, ſtupore atque impietate.* Denique (p. 362.) *plura eſſe ait in Philopatride, damnata non in Soloeciſta modo*, (quem Luciani eſſe negat) *ſed in Lexiphane & Rhetorum doctore, qui ſine dubio a Samoſatenſi ſint.* Magna cum aſſeveratione GUIL. WHISTONUS (*b*) de verbis juris jurandi c. 10. *Sermonem*, inquit, *hujus partis dialogi niſi haereticorum veterum alicujus ſit, aperte referendum ad quintum, ſummum ad quartum exiens ſaeculum.* Et p. 381. *Si quis affirmet haec verba eſſe primi, aut ſecundi, aut tertii adeo Eccleſiae ſaeculi, illum ſe putare cogi nihil plane familiaritatis habere cum ſermone priſci illius aevi, cum ipſe contra ſe rem habere, irrefragabili experientia certus ſit.* Sed nempe cauſſae ſervit vir doctus, & tanto minus noſtram rem juvat, quod addit hic etiam, *Niſi tamen ponatur, auctorem incidiſſe in antiquos quosdam haereticos, eumque ab iis ſermonem didiciſſe* &c. Nempe hoc tantum vult, orthodoxos primorum ſaeculorum de S. Trinitate non ita locutos; de reliquo ſermone libelli non eſt ſollicitus. Nobis contra ea hic non de Chriſtianorum dogmate, ſed de ſtilo Luciani contentio eſt. De hoc cum Moylio nobis convenire jam indicavimus: illum ſatisfeciſſe etiam credibile eſt Dodwello, qui ſcripſerat ad Moylium (p. 347.) ſe non agnoſcere barbariſmos in Philopatride Luciano indignos. Quod quidem excidiſſe viro mirarer, niſi illum aliis rebus omnibus, quam λόγων κρίσει operam dediſſe, appareret.

XXVI. Igitur neque Luciano antiquior neque ipſius Luciani eſt Philopatris: ſed junioris auctoris, & Samoſatenſem imitati, quod §. 10. monuimus. Juniorem Luciano ſuſpicatus fuerat etiam Dodwellus, ut vidimus. Suſpicatus etiam fuerat vir, dum viveret, docatissimus MATURINUS VEYSSIERE LA CROZE, idque indicaverat in ſpecimine obſervationum hiſtoricarum in Lucianum (*c*): ac poſtea declaravit, edita jam hac diſputatione in literis ad veterem & ſummum amicum meum C. A. HEUMANNUM (*d*). Ponit nempe characteres hiſtoricos, *virgines Cretae caeſas*, non ſatis, puto, feliciter, ut ad c. 13. oſtendiſſe mihi videor, deinde ex fine dialogi *Aegyptum in officio non manentem*, *Arabiam & Suſam brevi vincendam*, *ſupercilium Perſarum* (Palmyram) *dejectum*: quae quidem commode applicari ad Aurelianum poſſe, certum eſt. Supereſt, ut animadvertant lectores, ſint ne ea a nobis prolata in his quae ſequuntur, quae excludant Aurelianum. Mihi quidem ita videtur.

XXVII. Quanta cum aſſeveratione juniorem Luciano faciat Philopatrin MOYLIUS, indicatum eſt. Etiam hoc recte vidit, ſub imperatore Chriſtiano non auſurum fuiſſe quemquam in libello, quo illi adulatum veniret, adeo irriſui habere religionem Chriſtianam. Itaque removit a bona aetate quantum potuit Philopatrin, ſcriptumque Diocletiano rerum potiente voluit. Hic itaque omnium proxime ab ea ſententia abeſt, quam mox proponemus, ubi, cur in Diocletianum non videatur competere, oſtenderimus. Nam ſi hoc planum feerimus, nihil nobis obſtat, ſi quaedam ſint, quae ad Diocletianum & A. C. CCXCVII, hunc

(*a*) *The works of Walter Moyle Esq. none of which were ever before publiſh'd, in two Vol. Lond.* 1726. 8. p. 388.

(*b*) In *Primitive Chriſtianity reviv'd* vol. 4. p. 381.

(*c*) Inſertum id eſt Miſcellaneis Academiae Berolin. T. I. n. 4. p. 27. ſeq.

(*d*) Qui illas publici juris fecit in Poecile 1, 3, 7. p. 438.

hunc enim poſt fluctuationem aliquam ponit, referri poſſint. Itaque dicto Diocletiani tempori repugnat primo, quod in dialogo noſtro unius modo αὐτοκράτορος fit mentio: Diocletianus autem reportatæ victoriæ Perſicæ tempore, quemcunque demum illi annum aſſignes, collegam habuit poteſtate ſibi aequatum, Herculium. Non videtur autem, quod in monumentis publicis tum obſervabatur, neglectum a Sophiſta famelico, quod genus plures adulatione complecti ſolet. Deinde ſenex illa tempeſtate fuit Diocletianus, eamque cauſſam allegavit deponendæ mox purpuræ (*a*): ut alia argumenta (*b*) taceamus, quibus illud poteſt confici. In fine Philopatridis autem non ſibi tantum, ſed liberis ſuis ad felicitatem ſufficere ait Critias dies imperatoris, quod nimis ridiculum eſt in ſene imperatore dicere, qui ſibi Caeſarem jam aſſumſerat. Sunt caetera in illa parte hiſtoriæ, quantum ad annorum rationes, valde impedita, & varie a viris ſummis diſputata. Haec duo tamen quæ diximus, in quantum ad noſtram cauſſam pertinent, controverſiam, quod ſciam, non habent. Sed puto, ipſum Moylium, ut erat vir in ſumma doctrina candidiſſimus, ſi viveret ac legeret, quae jam porro dabimus, ſua ſententia relicta ad noſtram tranſiturum eſſe.

XXVIII. Occaſio illius nobis fuit, idemque argumentum, ut mihi videtur, minime infirmum, locus, ubi hoc colloquium haberi, ſcena in qua hac velut fabula agi fingitur. Hunc locum, hanc ſcenam Conſtantinopolin, Chriſtianorum μέγαν οἶκον ἀνάκτων, ut ille ait (*c*), fuiſſe ita colligo. Sub initium dialogi c. 4. haec Triephontis verba relata ſunt βαβαὶ τοῦ ἀναφυσήματος, ὡς τὰς νεφέλας διέσρεψε. ζεφύρου γὰρ ἐπιπνέοντος λάβρου, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπωθίζοντος, βορέην ἄρτι ἀνὰ τὸν Προποντίδα κεκίνηκας, ὡς διὰ κάλων αἱ ὁλκάδες τὸν Εὔξεινον πόντον οἰχήσονται, τῶν κυμάτων ἐπικυλινδούντων ἐκ τοῦ φυσήματος. Aguntur itaque haec in littore Propontidos: qui loquuntur a fronte hanc ipſam Propontidem & auſtrum, a tergo Euxinum Pontum & ſeptentriones habent. Si enim ſpiritus vehementior ore erumpens boream in Propontide debet excitare, ut haec non ita ſe habeant, fieri non poteſt. Igitur ad Boſporum Thracicum res geſta eſt, ſeu anguſtias illas, quæ Propontida ab Euxino Ponto dirimunt, verbo Conſtantinopoli. Non improbabilis autem conjectura eſt, hunc dialogum in ea ſcriptum urbe eſſe, quæ tum caput rerum & ſedes eſſet imperii. Imperatori enim victoriam gratulatur auctor, quod majori, credo, celebritate in urbe quam in Provinciis ſolet fieri. Quid quod urbis κατ' ἐξοχὴν dictæ aliquoties meminit, aurata item tecta commemorat, qualia ante Conſtantini profuſum aedificandi & exornandi eam urbem ſtudium, Byzantii fuiſſe, mihi non fit veroſimile, licet moenium robora olim celebrata ſint. Neque Aegyptii menſis nomen, Meſori, ab hac me ſententia poteſt dimovere; quare enim eo utatur Auctor, ſatis puto, eſt ad c. 22. indicatum. Si igitur in Conſtantini urbe ſcriptus eſt Philopatris, certe actus eſſe fingitur; non poteſt non ſaltem Conſtantini aevo eſſe ſuppar, Luciano autem ſesquiſaeculo ad minimum junior.

XXIX. Si corradere omnia & congerere animus eſſet, quæ in hanc rem dici queant, forte colore aliquo illud poſſet imbui, ab auctore dialogi imaginem Paulli Apoſtoli in templo viſam (*d*): jam imagines in templis ante A. C. CCC adhiberi non ſolitas: conſequens igitur eſſe, ut poſt id tempus ſcriptus ſit Philopatris. Sed gratis illud a THEOPHILO aſſumtum, apparet. Illud forte majorem ſpeciem habet, quod jam BARONIUS (*e*) templum ſeu baſilicam deprehendere ſibi viſus eſt in illis dialogi verbis c. 23. καὶ δὴ διήλθομεν σιδηρέας τε πύλας καὶ χαλκέους οὐδοὺς, ἀναβάθρας δὲ πλείσας περικυκλωσάμενοι, ἐς χρυσόροφον οἶκον ἀνήλθομεν κ. τ. λ. Ac il-

(*a*) *Lactant.* de Mort. Perſ. c. 18. qui etiam paſſim *ſenem* & *ſeniorem* circa haec tempora appellat.

(*b*) V. G. quod apud Vopiſcum Numeria. c. 14. miratur Diocletianus jam eo tempore quo Aurelianus adipiſcebatur imperium, i. e. A. CCLXX, ſe poſt multos a ſe apros interfectos nondum conſecutum eſſe promiſſum ſibi Druidae Vaticinio imperium &c.

(*c*) *Dionyſ. Perieg.* verſ. 355.

(*d*) Quod viſum eſt *Theophilo Raynaudo* Erotemat. de libris bonis & malis p. 195.

(*e*) Ad A. C. 57. §. 101.

illum quidem non esse audiendum, jam BLONDELLUS (*a*) olim demonstravit. Sed melius fortasse procedet, si invertamus argumentum Baronii, atque ita dicamus: quia basilicæ sumtuosæ meminit auctor dialogi, tales autem basilicæ Constantini demum aetate & post aedificari coeptæ sunt, inde sequi, dialogum nostrum non ante Constantini tempora fuisse scriptum. Verum enim vero ne ita rationes putem, primo illud obstat, quod non usque adeo certum confessumque est, templa & basilicas majores pretiosioresque ante Constantini imperium non extitisse: LACTANTIUS (*b*) certe meminit Ecclesiæ, quam editissimam vocat, a Diocletiano & Maximiano A. C. CCCIIII destructæ, quæ aliquot minimum annis ante, forte jam sub Alexandro Severo fuerat condita. Deinde si certissimum etiam sit, post Constantini ad nostros accessum basilicas aedificari demum coeptas, nolim tamen ex hoc loco quidquam de aetate auctoris inferre, cum probabile non videatur, basilicam, quam ecclesiam aetas illa vocabat, intelligi velle Critiam. Atque ita aliquoties nobis laudatus DAVID BLONDELLUS adversus BARONIUM disputat, *cum nihil occurrere* ait *praeter coenaculum in ipso privatae domus fastigio constratum, affixo nullo crucis titulo insigne, quoque vix per multiplices scalarum gyros Critiae, manuducente alio, evadere licuerit.* Adde, non reperisse Critiam concionem omnis generis hominum, juvenes, mulieres, viros, senes, sed ἄνδρας aliquot ἐπικεκυφότας καὶ κατωχριωμένους, qui obviam procedentes sermones cum illo miscuerunt. Nec ex *Persarum* nomine, quo utitur noster c. 29. efficere quidquam conabor. Quanquam enim satis constat, anno demum CCXXX. aut CCXXVI. ut ANTONIO PAGI placet, aeræ vulgaris, Artaxerxe duce, Persas pristinum Imperii decus, ademtum Parthis, qui plus CCCC. annis illud tenuerant, recuperasse, minus tamen hac parte sibi constare scriptores, & DODWELLUS monuit (*c*), & infinitis auctorum locis comprobatur. Meliora proinde causae praesidia circumspicienda sentio.

XXX. Succenturiabo igitur aliud, validum, opinor, & quod non ita facile loco se pelli patiatur. Scilicet bis occurrit in Philopatride mentio τῶν ἐξισωτῶν, c. 19. & 20. Qui vero essent ἐξισωταὶ, quod illorum munus, ibi dictum est. Hic illud monere e re mea est, non occurrere antiquiorem, quantum sedulo inquirenti reperire licuit, qui ea voce usus sit, vel ipsius adeo muneris mentionem fecerit, EUSEBIO (*d*) Nicomediensi, qui originem, ni fallor, exposuit. Subjeci ipsa verba, ne fucum facere lectoribus velle videar, Ἐπεὶ δὲ ἕτεροι τὰς τῶν πρότερον κρατούντων τῆς γῆς καταμετρήσεις κατεμέμφοντο, βεβαρῆσθαι αὐτῶν τὴν χώραν καταιτιώμενοι· πάλιν κἀνταῦθα θεσμῷ δικαιοσύνης ἄνδρας ἐξισωτὰς κατέπεμπε, τοὺς τὸ ἀζήμιον τοῖς δεηθεῖσι παρέξοντας. Apparet, si nihil aliunde adferatur, quod prohibeat, commode verba EUSEBII de prima hujus muneris origine posse intelligi. Occasio mittendi Peraequatores indicatur, justitia in ea re Constantini laudatur, quod non adeo magnam vim haberet, nisi ille primus id beneficii tribuere oppressis instituisset. At loquitur, tanquam de hominibus olim notis EUSEBIUS. Recte illud quidem. Quo enim tempore haec scribebat, noti fuere. Ante Constantini aetatem potuerunt fuisse incogniti. Eusebium quasi agmine facto deinde sequuntur GREGORIUS NAZIANZENUS, BASILIUS, Imperatores aliquot in codice Theodosiano & Novellis, & reliqui. Haec ipsa causa est, quod Lexicographi communiter hanc vocem omittunt, ad glossaria scilicet lapsæ Graecitatis eam relegantes. Idem dicendum de nomine Πολιτικὸς c. 19. in quantum ἐξισωτὴν significat. Atque ista quidem generaliter hic monuisse sufficiat. Ita Galilaeos quod vocat Triepho Christianos, aut recentio-

(*a*) De Episcopis & Presbytt. l. c. Josephus etiam Mede ex hoc loco probare volebat, templa jam Trajani aevo exstrui solita, refutatus ab Ill. Boehemero Dissert. Jur. Eccl. ad *Plinium* & *Tertull.* 2, 13. p. 52. nescio quam bene, cum *aurea* illa *tecta* ironice pro miseris & pauperibus, accipit, quod etiam ab *Ablancurtio* factum video. Nostra in neutram partem aliquid refert.

(*b*) De mortibus persecut. c. XII.

(*c*) Diss. de Isidoro Characeno §. 4. p. 62. Add. *Spanhem.* ad Julian. Or. 1. p. 123. 149.

(*d*) De vita Constantini 4, 3.

tioris multum Luciano scriptoris, aut antiquissimi indicium credimus: cum vero antiquissimum non esse, vel solus Artemidorus in eo laudatus arguat, consequens est ut recentiorem dicamus. Sed & hanc disputationem commodius differemus. Caeterum hoc referre fere audeam, quod πολυάτχολος μαθηματικὴ vocatur, insolito bonis scriptoribus duplicandi seu componendi genere, & nescio quid affectatæ fucataeque dictionis sapiente, quæ seculo quarto, & deinceps paullatim in Graeciam a pristino candore deflectentem irrepere coepit. Ξυνωρὶς apud antiquos, quantum constare mihi potuit, tantum de biga equorum vel mulorum adhibetur; apud nostrum in fine dialogi ὦ καλὴ ξυνωρὶς de amicorum pari dicitur, quomodo etiam apud eum, qui vitam Gregorii Nazianzeni scripsit, ζηλωτὴ ξυνωρὶς de Gregorii & Basilii amicitia, & saepius deinde apud sequiores dictum reperio. Sic κράτος pro Imperatore in ipso fine libelli positum ex Nazianzeno illustravimus. Sed de usu talium vocabulorum, nolim profecto contendere vehementius. Fieri enim facillime in tanta scriptorum Graecorum copia potest, quibus legendis vix aetas sufficeret, nedum memoria comprehendendis, & inopia Lexicorum, ut egregie fallatur aliquis, in primis si non soleat scripto omnia observata sua committere (*a*). Arbitror autem, cum multa concurrunt τεκμήρια, quæ singula quidem possent oratione elevari, quaedam etiam ratione rejici, hominis esse impudentis, omnia velle repellere, praesertim si quaedam illorum ad majorem paullo probabilitatis gradum accedant, & nihil caeteroquin sit, quo sententia, quæ hoc modo probatur, everti possit.

XXXI. Igitur venio tandem ad ultimum eorum, quæ dicere mihi proposueram, caput, idque in tota hac disputatione praecipuum. Nempe sub Juliani τοῦ ἐν ἀθέοις, ut vocant nostri, vel Apostatae imperio, & eo quidem tempore scriptum ajo Philopatridem, cum primum nuncius de felici expeditionis Persicæ successu Constantinopolin adferretur. Scriptum autem a gentili homine, forte Luciano, Sophista & ipso, Lucianeo certe more, qui Christianorum ominibus praedictionibusque explosis, Imperatori victoriam Persicam gratulatus, felices porro successus, victoriasque innumerabiles apprecetur. Cum primum ista ante hosce xxv annos proponerem, faciebam, quod aetatem & conditionem meam decebat, uti deprecarer invidiam novitatis apud Theologos, qui fidem Ante-Nicenam solent ex hoc dialogo ostendere. Hoc jam opus esse non puto. Nisi enim actus tot annis docendi & vivendi tenor me purgaverit his, quibus me probari oportet, frustra veniam mellitissimis etiam verbis postulem. Quare statim ad probandum quod suscepi progrediar.

XXXII. Primum autem illud meminisse te, mi Lector, velim, supra probabile admodum factum a nobis esse, in Constantini urbe, quæ jam tum ita vocaretur, scriptum esse Philopatridem. Nunc addendum hoc est, nunquam ausurum fuisse gentilem hominem, Christiano Imperatore, acerbe adeo Christianos, & scripturas divinitus nobis traditas traducere, & deridiculo delectamentoque sibi habere, ac fecit hujus dialogi auctor. Licet enim non vi atque suppliciis in gentiles, si quiete alias se gererent, animadverterint sanctam nostram fidem amplexi Imperatores (*b*), vix tamen id videntur fuisse passuri, ut aperte quis illam conviciis proscinderet. Si enim capital esse jusserunt Constantius, Theodosius, Imperatores alii, si quis gentili ritu sacrificaret, aut haruspicinam exerceret (*c*): si capite puniendum censuere Theodosius & Valentinianus (*d*), qui servum seu ingenuum, invitum seu suasione ex cultu Christianæ religionis in nefandam sectam ritumve traduxisset: quid putemus illi factum, qui apertam adeo contumeliam inferre Christianis esset ausus? Relinquitur igitur, sub Imperatore Constantinopolitano, qui idem gentilis esset, venenum suum effu-

(*a*) Sic deprehendi apud *Euripidem* Phoeniss. 1092. Εὐριπίδα τέκνων. Et tamen puto, usum nostri auctoris suo id est quarto senescenti saeculo deberi.

(*b*) Vid. L. 6. Cod. de paganis & sacrificiis.
(*c*) Vid. tit. Cod. de paganis.
(*d*) L. 5. Cod. de Apostatis.

effudisse Philopatridos auctorem, sub quo scilicet non impune solum id laturus erat, sed favorem etiam & forte dona meriturus. Alius autem non occurrit, quam Julianus Apostata, quo Imperatore & licentiam habuit, & proposita praemia, quisquis has nugas procudit.

XXXIII. Deinde victoria de Persis, quae sub finem dialogi celebratur, & occasionem scribendo dedisse videtur, si in quem alium, in Julianum certe convenit. Jam ab initio susceptι imperii magna vi expeditionem Persicam moliebatur, eosque ab initio successus fortunæ habuit, qui epinicio utique essent digni. Si nihil aliud, magnum certe erat, desiisse Romanum imperium vinci a Persis, & vincere posse iterum didicisse, postquam infeliciter adeo Constantius rem adversus crudelissimam gentem gesserat. Placet EUTROPII verba 10, 6. quia sunt brevissima, adscribere: *Diversa Constantii fortuna fuit. A Persis enim multa & gravia perpessus, saepe captis oppidis, obsessis urbibus, caesis exercitibus: nullumque ei contra Saporem prosperum praelium fuit: nisi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam ferocia militum amisit.* Post has clades utique contemnenda non erant, quæ Julianus brevi adeo tempore feliciter gessit. Facilis labor esset, sed nimium lectoribus longus, parum autem, ad hanc quidem rem necessarius, ex AMMIANO MARCELLINO, ZOSIMO, LIBANIO (*a*), & reliquis, quo apparatu, quas res, quo tempore gesserit, explicare: quare contenti iterum EUTROPII erimus brevitate, qui 10, 8. *Julianus*, inquit, *ingenti apparatu Parthis intulit bellum, cui expeditioni ego quoque interfui. Aliquot oppida & castella Persarum in deditionem accepit, vel vi oppugnavit. Assyriamque populatus, castra apud Ctesiphontem stativa aliquandiu habuit: remeansque victor, dum se inconsultius praeliis inserit, hostili manu interfectus est.* Addere fas sit, quod ZOSIMUS post enarratas 3, 12--29. res gestas Juliani, ἀπέθανεν, inquit, οὐ πόῤῥω τῶν Περσῶν ἡγεμονίων τῆς ἀπωλείας κατασήσας ἐσχάτης. Et c. 18. de Bersabora urbe capta dixerat. Ἐντεῦθεν οὐχ ἡ τυχοῦσα τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι προσεγένετο δόξα, πόλεως μεγάλης, καὶ τῶν ἐν Ἀσσυρίᾳ μετὰ Κτησιφῶντα μεγίστης, οὕτω δὲ ὠχυρωμένης, ἐν δύο μόναις ἡμέραις κατὰ κράτος ἁλούσης. Sublatum igitur Constantii cladibus Persarum supercilium, Juliani cecidit victoriis. Sed in proclivi etiam est illud probare, has ipsas Juliani victorias, mirifice, & hyperbolikῶς etiam ab iis, qui Imperatori favεrent, esse celebratas. Audiamus GREGORIUM NAZIANZENUM (*b*), qui, cum de expeditione Persica sermo est, τὰ μὲν οὖν πρῶτα, inquit, τῆς ἐγχειρήσεως αὐτῷ (Juliano) καὶ λίαν νεανικὰ (*c*), καὶ πολλοῖς τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων περιβεβοημένα. Alio loco (*d*) ita insultat epiniciis & gratulationibus Juliano dictis, ut mihi quidem minime obscure ad hunc ipsum Philopatrin respexisse videatur: ποῦ Βαβυλὼν ἡ ἔνδοξος ὀρυλλουμένη, καὶ οἰκουμένη πᾶσα περινοουμένη, ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατούμενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; κ. τ. λ. Babylonis interitum spondet noster Cleolaus, cum inter alia hoc relinquere se dicit liberis suis, ὡς ἴδωσι Βαβυλῶνα ὀλλυμένην. Et ipsum etiam Julianum spe praecepisse Babylonis expugnationem, AMMIANUS MARCELLINUS auctor est, apud quem 23, 3. *ostento equi, Babylonii nomine, humi sese prae dolore provolventis, laetior Julianus exclamavit, plaudentibus proximis, Babylona humi procidisse.* Alterum vero illud, ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατούμενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; manifeste cum illis Cleolai verbis conspirat: Πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βοωμένη Περσῶν —— Χειρὶ κρατοῦντος εὐσθενωτάτῳ κράτει. Si quis vero nobis objiciat, nec Susa a Juliano occupata, nec in Arabia quidquam rei gestum, nec Aegyptum perdomitam, illi jam est respondendum.

XXXIV. Quin

(*a*) Orationibus duabus in Juliani necem habitis quae To. 2. locum inter opera ejus, ut sunt a *Morello* edita, obtinent. it. de vita sua p. 44. seq. T. 2. Multa de iisdem rebus idem *Libanius* in Orat. de Juliani nece ulciscenda, & altera parentali, quae volumine VII. Bibl. Gr. *Fabricianae* primum editae sunt. Vid. V. G. p. 175. seq. & ibi *Olear.*

(*b*) Oratione στηλιτ. II. inter reliquas orationes IV, p. 114. edit. Billii.

(*c*) De hac voce vid. *Jo. Andr. Bosius* in exerc. Philol. ad 1. *Tim.* II, 22. p. 13.

(*d*) p. 123. ib.

XXXIV. Quin respondit jam bonam partem pro nobis Gregorius, verbis proxime a nobis adductis, quibus vanas hominum spes, & praesumtas animis victorias ridet: imprimis autem id locum habere debet, cum ita loquitur Cleolaus, ut nunc praeeunte La Crozio a nobis versiculi illi interpuncti sunt, ut praeter *collapsum Persarum supercilium* reliqua verbis futuri temporis efferantur omnia. Quis vero nescit, epinicia, panegyricos, & id genus scriptiones, ad adulationem compositas, plerumque, si non mendaciorum, certe spei ominumque quam rerum gestarum plus continere? De iis igitur, quæ tanquam futura spondet Cleolaus, GREGORIO ita factum ab adulatoribus confirmante, non erimus soliciti. Quod si quis durior paullo illud δ' vel δὲ perperam omissum dicat, idque indicio esse contendat, incidendum aut interpungendum adeo esse demum post ἄχυ· illi tamen non absurdum videri debet, si dicamus, de Susis aut rumorem falsum tum Constantinopolim allatum, ut hodienum fieri singulis fere diebus assolet, aut imitatum illud esse Cleolaum, quod vatibus, non falsis minus quam veris, in more positum est, ut, quas res certo futuras aut sciunt, aut imaginantur, eas tanquam factas atque praeteritas hominum oculis animisque repraesentent. Quin historicos etiam qui se dicerent, non immunes ab ea vanitate olim fuisse in conscribendæ historiæ praeceptis Lucianus memorat c. 31. Ἤδη δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ μέλλοντα συγγεγραφηκότος ἤκουσα, καὶ τὴν λῆψιν Οὐολογέσου καὶ τὴν Ὀσρόου σφαγήν κ. τ. λ. De Parthis & hic mentiebatur. Caeterum qua spe prosecuti sint Julianum amici, LIBANIUS (*a*) indicat, cum Deos rogat, velint, jubeant, ἡμετέραν στρατιὰν ἐν Σούσοις δειπνῆσαι Περσῶν οἰνοχοούντων. ταῦτα εὔχεσθαι καλὸν, ταῦτα εὔλογον προσδοκᾶν. Nec post obitum Imperatoris, se aliosque ea spe fuisse, dissimulat idem Sophista, cum alteram in necem illius orationem (*b*) ita auspicatur: ἔδει μὲν, ὦ παρόντες, ἅπερ ἤλπιζον ἐγώ τε καὶ πάντες ἄνθρωποι, τὸ τέλος εἰληφέναι καὶ τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν νυνὶ καταλελῦσθαι· τῆς δὲ ἐκείνων γῆς Ῥωμαίους ἄρχοντας ἀντὶ Σατραπῶν ἐπιμελεῖσθαι νόμοις ἡμετέροις κ. τ. λ. & post multa alia (*c*) Ἡμεῖς μὲν ᾠόμεθα τὴν Περσῶν ἅπασαν μέρος Ῥωμαίων ἔσεσθαι κ. τ. λ. Nec parum ad rem nostram facit, quod idem LIBANIUS cum feliciter & strenue a Juliano gesta retulisset, καὶ τούτων, inquit, (*d*) ἕκαστον ἤγγειλε μὲν οὐδείς, τὴν δὲ τῶν ὁρώντων ἡμεῖς ἡδονὴν ᾠδόμεθα, πιστεύοντες, ἃ δὴ καὶ ἐγίγνετο, γενήσεσθαι. Si enim oratoris flosculos demas, illud certe relinquitur, incertos & sine auctore rumores, ex studiis, ut fit, hominum ortos, praecessisse tantæ felicitatis nuncium. Quod enim Antiochiæ factum est, loco Persiæ propiori, quin aeque Constantinopoli sit factum, nihil impedit.

XXXV. Quod vero Aegyptum δεδουλωμένην filiis relicturum se sperat Triepho, id mirum alicui videri queat, cum de Aegyptiis imperii Romani hostibus, vel rebellibus potius, in Juliani historia nulla fiat mentio. Sed in hoc ipso etiam praesidium causſæ meæ invenisse mihi videor. Scilicet Aegyptii, ab innata animis levitate, ad seditiones & res novas fuere semper quam maxime proclives (*e*): nec postquam Christiana inter eos religio invaluit, populare hoc vitium exuerunt, ut potius haec ipsa saepe turbarum maximarum & periculosissimarum occasionem, innocens tamen ipsa per se, demta hominum malitia, praebuerit (*f*). Aetate Juliani, imprimis Alexandriæ aliquoties ingentes turbæ, caedes etiam & aedium expugnationes, ex dissensione Arianorum & recte sentientium, sed recte non semper

(*a*) Orat. VIII. quae est Panegyr. in Julian. p. 250. To. 2.
(*b*) Tom. 2. x mam p. 260.
(*c*) p. 325. D.
(*d*) De Vita sua p. 45. A.
(*e*) Ita sub saeculi tertii finem Achilleo duce tota fere Aegyptus rebellavit, ab Imperatore Diocletiano ea causſa pervastata, ut testatur in Chronico Eusebius circa A. C. 295.
(*f*) Videnda quae de hoc Aegyptiorum ingenio *Jac. Gothofredus* ad Cod. Theod. L. 1. de defensoribus civit. L. 3. de his qui super relig. L. unica de his qui plebem audent, denique L. 31. de his quorum appellationes, magna industria & doctrina incomparabili congessit, quae huc transcribere nihil attinet.

per viventium exortæ, graviter urbem illam & rempublicam concuſſerunt : de quibus nemo tacuit, qui de Hiſtoria Eccleſiaſtica illorum temporum ſcripto aliquid mandatum reliquit. Habentur etiam epiſtolæ aliquot imperatoris Juliani ad populum Alexandrinum, inter reliqua ejus opera editæ, quibus graviter ea de cauſſa illos objurgat. Probabile igitur eſt, aut agitaſſe Julianum conſilia, de compeſcenda atque opprimenda in perpetuum illa animorum ad ſeditiones proclivitate, aut Cleolaum certe optaſſe, grave adeo jugum imponi Aegyptiis, ut ſub illius onere ſuperbiæ, ex qua oriri fere ſolent contumeliæ atque ſeditiones, obliviſcerentur. Quomodo autem quæ de Aegypto hic dicuntur cum DODWELLI ſententia (de qua §. 15. diximus) conciliari queant, non video. LUCIANUS cum Aegypti procurationem ſibi creditam refert (*a*) ut pacatæ Provinciæ meminit, eodem tempore quo iſta ſcripſiſſe illum vult DODWELLUS; & SPARTIANUS (*b*) quo loco perſecutionis adverſum Chriſtianos decretæ meminit, ſtatim gratiæ Imperatoriæ adverſum Alexandrinos, Aegyptiorum fere primos, ſpecimen adfert, jus *Bulευτarum illis attributum*. Sed nondum a DODWELLO diſcedo. Putabat enim vir doctiſſimus, quod Arabes inter hoſtes imperii Romani referantur, clare ſatis indicare, Severo imperante ſcriptum Philopatrin, ut qui poſt Trajanum ſolus Arabas bello petiverit. Et fateor, vim haud exiguam hujus argumenti futuram, niſi aliæ rationes abjudicarent Luciano Philopatrin, atque Juliani temporibus vindicarent. Quæ cum ita ſint, vitio verti nobis non poteſt, ſi ad ſpem Cleolai referamus, quæ de Arabibus, inquieta gente & latrociniis infami, Cleolaus ſpondet : imprimis cum τὴν οἰκουμένην περιοδευμένην ex NAZIANZENO viderimus. Licet enim Petraea Arabia jam a Trajano redacta ſit ; tamen Nomades illi & Scenitae Arabes, in quibus & Saraceni, ſubigi non potuerunt. De utraque Arabia quæ dicta noſtra firment protulit e ſuis theſauris Ez. SPANHEMIUS (*c*), qui etiam multa collegit (*d*) e quibus intelligamus, optabile fuiſſe eo rempore, quo Philopatrin ſcriptum cenſemus, videre, quod optat Triephon, τὰς ἐνδρομὰς τῶν Σκυθῶν παυομένας.

XXXVI. Adhuc igitur bene ſibi conſtant omnia, ut feliciter ac ſtrenue geſta, quæ in Philopatride celebrantur, illa poſſint eſſe, quæ Julianus ſub initium expeditionis Perſicæ perfecit. Videamus reliqua an ſententiæ noſtræ faveant. Inducuntur Chriſtiani male adfecti erga Imperatorem, &, ut interpretatur auctor, ipſam patriam. Chriſtiani inquam. Neque enim aſſentiri poſſum BASNAGIO (*e*), qui negat in ultima dialogi parte de Chriſtianis ſermonem eſſe, ne Baronio concedere cogatur, templum ibi deſcribi, templaque adeo fuiſſe diu ante Conſtantinum : ſed mathematicos fuiſſe ait, & ob id ipſum non Chriſtianos. Verum qui attente & dialogi verba, & quæ nos ibi adſcripſimus legerit, inveniet, negari potius, eſſe illos mathematicos ; illasque de rebus caeleſtibus interrogationes potius ad ludibrium pertinere. Porro dicit Basnagius, Triephontem, qui ut Chriſtianis ſacris initiatus introducatur in priori parte dialogi, in fine ipſum quoque maledicere illis male erga Imperatorem affectis : hos ergo non videri Chriſtianos. At Triephon ita de ſua initiatione loquitur, ut ſatis appareat, illum ludibrio habere & magiſtrum illum ſuum & totam religionem. Qui ergo priori parte libelli ridet Chriſtianos, illum non mirum eſt eosdem in poſteriore parte accuſare ut male animatos adverſus imperatorem. Caeterum hi male animati deſcribuntur, ut homines aſcetæ, jejuniis, vigiliis malis, veſtibus, & duro victu ſe macerantes, de magnis rerum converſionibus loquentes, hymnos canentes, quales Juliani aetati multos fuiſſe Chriſtianos, longiori probatione non indiget. Chriſtiani ergo inducuntur male ominantes reipublicæ, μεταλλαγοῦσιν, ajunt, τὰ πράγματα, ταραχαὶ τὴν πόλιν

(*a*) Apol. *pro Merced. Cond.* c. 12.
(*b*) In Severo c. 17.
(*c*) Ad Juliani Or. 1. p. 164. ſeq.
(*d*) Ibid. p. 51. ſeq.
(*e*) Annal. Eccleſ. ad A. C. 213. n. 3. p. 267.

λιν καταλήψονται, τὰ στρατόπεδα ἥττονα τῶν ἐναντίων γενήσονται· & aliud illorum dictum, tanquam nimis mali ominis reticet Critias. Haec minime profecto conveniunt in ea tempora, quibus oppressa adhuc gentilium multitudine gemebat ecclesia; (quidni enim liceat hic transeundo quasi confirmare quae supra dicta sunt) tunc enim gentiles quidem calamitates omnes, strages exercituum, terrae motus, famem, sterilitatem, inundationes, publica omnia mala Christianis imputabant: horum vero erat ostendere, nihil tum accidere quod non olim accidisset, quin nunquam fuisse felicius Romanum imperium, quam exorta & invalescente Christiana religione. De Imperatoribus autem qui tum viverent, non nisi maxima cum veneratione & faustis ominibus loquebantur, tantum aberat, ut aut imperii mutationem, aut exercituum clades, aut simile quid auderent praedicere. Atque de his nemo dubitabit, nisi qui in antiquorum Ecclesiae Doctorum scriptis, apologeticis imprimis, plane sit hospes. Speciatim Severi aetate, qua scriptum tamen vult Philopatrin H. DODWELLUS, ita se rem habuisse, e TERTULLIANI Apologetico satis constat. Quod autem is quem modo laudavi DODWELLUS mala Christianorum, mundi finem in dies expectantium, de rep. Romana auguria occasionem persecutioni dedisse autumat, cui praeluserit hac κωμῳδίᾳ Lucianus, in eo ratio fugit virum doctissimum. Saltem in locis ab ipso adductis nihil est praesidii. EUSEBIUS enim (*a*) & HIERONYMUS (*b*), qui illum fere ad verbum expressit, de Juda Chronographo diserte affirmant, eum Severianae persecutionis atrocitate motum, in decimum illius annum Anti-Christi adventum, finemque mundi contulisse. Persecutionis igitur atrocitas, ut finem mundi imminere crederet Judas, eum permovit: non, ut DODWELLUS interpretatur, praedictio Christianorum de fine mundi, persecutioni occasionem (*c*) praebuit. Fit haec vel inde probabilis sententia, quod de Nerone (*d*) Anti-Christo simile quid creditum olim fuerit. Juliani autem aetate longe aliam rerum fuisse faciem constat. Sub Constantini M. imperio, alte caput Christiana res extulerat. Propensa, quin profusa hujus Imperatoris in Episcopos voluntas atque benivolentia, tantum eis cum auctoritate conciliaverat supercilium, ut jam tum iniquitatis mysterium operari occulte in quibusdam occiperet. Luxuriari itaque jam & insolentius efferri coeperant animi, ut mirum non sit, cum ejurato veri Numinis cultu, ad gentilium Deorum, Solis imprimis veneratione defeciisset Julianus, non defuisse inter Christianos, qui liberam vocem mittere auderent, infelicitatemque ipsi, tanquam homini impio, atque imperio ejus portenderent. Et sane ingens causa suberat, cur interitum ejus optarent Christiani. Quid enim sperare aliud poterant a victore reduce, quam bonorum direptiones, infamiam, & corporis etiam cruciatus atque supplicia? Quorsum multa sunt in GREGORII NAZIANZENI *orationibus Philippicis adversus Imperatorem Julianum*, & alibi, quae facile a nobis, si id quidem nunc ageremus, possent adferri: Illud tamen monuisse liceat, gentiles etiam spe majoris adversum Christianos licentiae post reditum Juliani obtinendae fuisse erectos. Ita LIBANIUS (*a*) speravisse inter alia se dicit, τοῖς ἱεροῖς ὑποχωρήσειν τοὺς τάφους, quorum ea procul dubio sententia est, speravisse, ut eversis martyrum tumulis idolorum fana in eorum locum restituerentur.

XXXVII. Probatum est, tum voluisse Christianos tum potuisse paullo liberius de Juliano loqui: locutos esse, jam est auctoritate idoneorum scriptorum confirmandum. Ut taceam pervulgatum illud de Athanasio, quem, cum ab Juliano pulsus Episcopatu suo, & ur-

(*a*) Hist. Eccles. 6, 7.
(*b*) De Scriptor. Eccl. c. 52.
(*c*) Veriorem persecutionis occasionem ex *Tertulliano* adfert *Christianus Kortholtus* de persecutionibus c. 6. §. 7. p. 260.
(*d*) Vivum nimirum asservari alicubi credebant ut Anti-Christum aut ipse ageret sub finem mundi, aut ejus saltem praecursor esset. quorsum videndus *Lactantius* de mortibus persecutorum c. 2. & *Augustinus* de civit. Dei 20, 16.
(*e*) Orat. 11. in necem Jul. T. 2. opp. p. 326. Add. quae ad ejusd. *Libanii* librum de ulciscc. morte Juliani §. 5. p. 149. ab *Oleario* notata sunt.

urbe Alexandria excederet, dixisse ferunt: *cedamus, amici, nubecula est cito transitura* (a). Item alterum illud de Paedagogo Antiochiensi, qui interrogatus paucis ante Juliani obitum diebus: ecquid ageret Fabri filius? (Christum putabat) capulum Juliano parare, respondisse traditur (b). Hoc ut taceam, locuples historiae horum temporum auctor AMMIANUS MARCELLINUS 32, 12. haec habet: *quae maximis moliminibus festinari cernentes* (loquitur de praeparatione expeditionis Persicae) *obtrectatores desides & maligni, unius corporis permutatione tot cieri turbas intempestivas, indignum & perniciosum esse strepebant, studium omne in differendo procinctu ponentes: & dictitabant his praesentibus, quos audita referre ad imperatorem posse rebantur, eum, ni sedatius ageret, immodica rerum secundarum prosperitate, velut luxuriantes ubertate nimia fruges, bonis suis protinus occasurum.* Quos *obtrectatores desides & malignos* AMMIANUS gentilis homo vocat, Christianos eum intelligere, VALESIUS observat ad hunc locum, & conferri secundam NAZIANZENI Philippicam jubet, in qua diversa verbis, re habentur eadem. Idem AMMIANUS 23, 1. & 5. varia portenta atque omina refert, quae a bello Julianum adversus Persas retinere debuissent. Cum vero eadem sprevesit, qui tamen alias superstitionibus, vaticiniis, oraculis & ejusmodi nugis ad stuporem esset deditus (c), videtur haud absimile vero, suspicatum fuisse, Galilaeorum, ut ipse Christianos vocabat, fraude ea sibi quasi terriculamenta objici, ne victor reversus gravius illorum cervicibus incumberet. Quid? quod LIBANIUS Christianos insidiarum in Juliani caput structarum, tum caedis etiam ipsius insimulat. Qua in re ecquid veri insit, jam non disquiro, neque etiam simpliciter vera esse, quae in Philopatride de iis dicuntur, crediderim; hic modo, quae fuerit tum de Christianis inter Gentiles existimatio, quaeritur. LIBANIUS igitur, cum (d) conspiratum saepe in caput Juliani dixisset, quaesivissetque quid causae subesset, quod mitissimus Princeps insidiis aliquoties esset petitus, ἐγὼ δὲ, subjicit, τούτου τὴν αἰτίαν ἐν τῇ μνήμῃ τῆς ὀδυνηρᾶς ἐμοὶ τελευτῆς φράσω. Deinde cum ad illum locum perventum est (e), primo a suorum aliquo interfectum esse arguit, quod nemo inter Persas fuerit, qui promissum praeconis voce praemium illi qui tantum facinus ausus esset, vindicare sibi voluerit: tum propius auctores caedis designat (f) (adscribam enim verba, si forte interpunctione commoda clariora possim, quam primum intuenti videntur, reddere,) οἷς γὰρ οὐκ ἐλυσιτέλει ζῶν, (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ζῶντες οὐ κατὰ τοὺς νόμους) πάλαι τε ἐπεβούλευον, καὶ τότε δυνηθέντες εἰργάσαντο. τῆς τε ἄλλης ἀδικίας αὐτοὺς ἀναγκαζούσης, οὐκ ἐχούσης ἐπὶ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἐξουσίαν, καὶ μάλιστά γε τοῦ τιμᾶσθαι τοὺς θεοὺς, οὗ τὸ ἐναντίον ἐζήτουν. (g) Eos igitur caedis reos facit, qui non vivebant secundum leges, superstitiosas scilicet & idololatricum quidquam habentes, quique Deos coli aegre ferebant, verbo Christianos. Vix, qui haec cum cura inspiciet, dubitabit, Christianos peti in Philopatride eos, qui male Juliano ominari fuerant ausi.

XXXVIII. Antequam ab iis argumentis discedamus, quae ex publica rerum facie, qualis ea tum erat, sunt depromta, duo juvat paucis attingere. Unum est, laudari in Philopatride laetas Romani res imperii, & felicitatem temporum, cum interrogantibus Christianis,

(a) Vid. *Rufi.* H. E. 2, 3.

(b) *Theodorit.* H. E. 3, 18. cap. 19. autem Juliano cuidam monacho Imperatoris caedes eadem qua concidit hora revelata esse narratur. De Didymo Alexandrino Philosopho similia refert Sozom. 6, 2. Add. *Olear.* ad *Liban.* de Juliani morte ulcisc. p. 164. Maris Chalcedonensis Episcopus quam contumeliose Julianum tractaverit, narrat Socrates 3, 2. De tota multitudine Antiochiensium Christianorum *Jo. Malela* Chron. P. 2. p. 15.

(c) Vid. *Ezech. Spanh.* in Praefatione, quam operibus Apostatae a se editis & ex parte illustratis praemisit, fere circa medium, ubi luculenta tum Juliani ipsius, tum aliorum in hanc rem testimonia profert.

(d) Or. x. p. 307.

(e) p. 323. seq.

(f) p. 324.

(g) In libro s. oratione *de vindicanda Juliani nece* quam in *Fabric.* Bibl. Gr. vol. 7. editam diximus aperte etiam Christianos accusat. Vid. in primis §. 5. p. 149. Suspiciosa maxime sunt quae narrat *Jo. Malela* Chron. P. 2. p. 21. seq.

nis, quid ageretur in urbe & in mundo ? Respondet Critias : χαίρουσίγε πάντες, καὶ ἔτιγε χαρήσονται. AMMIANUS autem MARCELLINUS 22, 9. testatur, dum Julianus imperium teneret solus, nec motibus internis esse concitum orbem Romanum, nec barbarorum quemquam exsiluisse fines. Alterum autem hoc est, quod quæ περὶ τῶν ἐξισωτῶν, de Peraequatoribus, in Philopatride dicuntur, in Juliani tempora & ipsa videntur convenire. Sed quid probabile hac de re nobis videatur, diximus in notis ad c. 19. obscurissimum in toto dialogo locum, in quibus etiam exposuimus, quæ de Cretensium virginum caede in Philopatride c. 9. memorata, quam nec ipsam a Juliani aetate abhorrere conjicimus, nostra sit sententia. Pergamus igitur ad ea quæ restant.

XXXIX. Scilicet haud exiguum causſæ meæ & sententiæ praesidium in eo colloco, quod auctor dialogi, cum clare adeo & perspicue Christianis illudat, ipso tamen hoc excellentissimo Christianorum nomine non utitur, sed Galilaeorum. Quæ res vel sola si esset, probabilem alicui sententiam, quam defendendam suscepi, redderet. Sed cum non desint, quæ circa hanc appellationem moveri, nec sine doctissimorum virorum suffragiis, possent, res universa paullo est altius repetenda. Sub prima rei Christianæ initia, qui sanctissimam Servatoris nostri disciplinam essent amplexi, μαθηταὶ hoc est discipuli vocabantur : ab inimicis autem Galilaei itemque Nazareni, a patria ductum Christi utrumque, illud etiam plerorumque Apostolorum. Appellationis utriusque mentionem habent etiam libri sacri, Galilaeorum, Joh. 7, 52. Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ ; Nazarenorum autem Act. 24, 5. ubi Paullus πρωτοστάτης τῆς τῶν Ναζαραίων αἱρέσεως vocatur. Durasse haec nomina ad illud tempus, quo Christiani Antiochiæ primum sunt vocati, testis praeter alios est SUIDAS (*a*) : Ἰσέον, ὅτι ἐπὶ Κλαυδίου βασιλεύοντος μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζηραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, Χρισιανοί. qui id videtur sumsisse ex JOHANNE ANTIOCHENO MALALA, apud quem (*b*) eadem leguntur. Cum enim nominis Christianorum Antiochiæ, Evodio Episcopalem sedem occupante, impositi mentionem injecisset : πρώην γὰρ, addit, Ναζωραῖοι ἐκαλοῦντο, καὶ Γαλιλαῖοι ἐκαλοῦντο οἱ Χρισιανοί. Post hoc tempus obsoleviſſe Galilaeorum nomen videtur : cum nimirum & aliud esset, quo censerentur Christi discipuli, & prolatis extra Galilaeæ, ac Palaestinæ adeo fines religionis Christianæ pomoeriis, ipsa appellandi cessaret ratio, nisi quis totum mundum in Galilaeam versum esse, voluisset dicere. Inde est quod nulla ab ea aetate Galilaeorum mentio occurrit (*c*), donec Julianus, Christianorum appellationem jam glorioſum aliquid habere videns, stupidæ gentis nomen Christianis & attribuit ipse, & lata lege jussit attribui : quod quidem pertinaciter adeo ipse observat, ut vix credam Christi aut Christianorum nomen in iis, quæ supersunt ab illo scripta, occurrere. GREGORIUS igitur NAZIANZENUS (*d*), hunc enim solum ex innumeris fere aliis huc advocasse suffecerit, Καινοτομεῖ, ait, ὁ Ἰουλιανὸς περὶ τὴν προσηγορίαν, Γαλιλαίους ἀντὶ Χριστιανῶν ὀνομάσας τε καὶ καλεῖσθαι νομοθετήσας, & paullo post nomen hoc vocat ὄνομα τῶν οὐκ εἰωθότων. Hinc demum apparet vis argumenti nostri, ab hac appellatione desumti. Qui enim auctor, cum manifeste de Christia-

(*a*) Voce Ναζηραῖοι.

(*b*) In historia chronica, ut est Oxonii 1691. è codicibus Bodlejanis cum interpret. & not. Edmundi Chilmeadi edita p. 318.

(*c*) Usurpari ait *Dodwellus* de fortitud. Martt. §. 2. 2 Celso etiam. Sed in libris quidem Origenis octo contra Celsum nullum ejus rei vestigium deprehendo. Observavi autem in fragmento ex epistolis Manetis s. Manichaei in *Fabricii* Bibl. Gr. vol. 7. p. 283. Τῶν Γαλιλαίων δύο φύσεις ὀνομαζόντων ἔχειν τὸ Χριστὸν κ. τ. λ. Utrum sit ipsius Manetis, an alicujus Manichaei, & ad quae tempora, quos homines, referendum sit, jam non vacat disquirere. Interim manemus in observatione *Dodwelli*, in epistolica ad *Moylium* dissertatione p. 343. ubi ait, Auctorem Philopatridis (quem jam ponit scripsisse A. C. 261.) primum esse, quem norimus, qui Galilaeorum appellationem instauraverit, & Christianorum nomine abstinuerit. Haec in tantum assumimus, in quantum fatetur tam diligens observator, nusquam alias ante Julianum Galilaeorum nomen revocatum.

(*d*) Orat. III. quae est invectiva I. in Julianum p. 81.

ſtianis loquitur, hoc quidem auguſto illorum nomine, quod ignorare non potuit, abſtinet, utitur autem illo Galilaeorum, quod cum diu evanuiſſet, a Juliano revocatum, poſt eum iterum obſolevit, is ſub Juliano ſcripſiſſe merito credendus eſt. Hinc, ut praeter viam quaſi hac moneam, patere arbitror, quam recte vir doctiſſimus (*a*) ANTO. PAGI reprehenderit BARONIUM, qui Canonem primum Concilii Apoſtolorum, ſi Dis placet, Antiocheni, eo nomine rejecerat, quod eo decernatur, *ut credentes in Chriſtum, quos illius temporis homines vocabant Galilaeos, Chriſtiani vocarentur*; cum tamen ſatis conſtet, id nominis a Juliano demum Chriſtianis tributum. Qua in re conſentientem ſibi habet NATALEM ALEXANDRUM (*b*). BARONIUM igitur refutaturus PAGI ad Philopatridis auctorem, quem Lucianum putat, provocat, qui ante Juliani tempora Paullum Tarſenſem Galilaeum appellaverit. Nimirum falſus eſt BARONIUS, cum antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus Galilaeorum appellationem in uſu fuiſſe negavit. Sed infeliciter eum, ex Philopatride, ſi recte illius a me aetas conſtituitur, ANTO. PAGI erroris redarguit. Id quod hic monuiſſe non praeter rem viſum eſt.

XL. Quæ de Galilaeorum appellatione dicta a me ſunt, infirmari forte aliquis exiſtimet eo poſſe, quod apud ARRIANUM (*c*) Galilaei pro Chriſtianis dicantur, & Tiberianus in literis ad Trajanum Imperatorem fatigatum ſe Galilaeorum id eſt Chriſtianorum caedibus ſcribat. Verba ejus apud JOHANNEM ANTIOCHENUM MALALAM (*d*) ita habent: ἀπέκαμον τιμωρούμενος καὶ Φονεύων τοὺς Γαλιλαίους τοὺς τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Χριςιανῶν, κατὰ τὸ ὑμέτερα θεσπίσματα κ. τ. λ. Sed cui non apparet ex tota phraſi, primo & proprio ſignificatu poni nomen, pro iis, qui Galilaeam regionem incolebant? Erat Tiberianus ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιςίνων ἔθνους, id eſt, ut interpretor, Galilaeorum. Hi enim ſi a ſeptentrionali, hoc eſt ſuperiori parte & Romanis etiam, uti Syriæ, ubi tum erat Trajanus, viciniori incipias, primus Palaeſtinæ gentis populus vocari merito poſſunt (*e*). Scribit igitur Tiberianus ſe ex Galilaeis, qui provincia ipſi evenerant, occidiſſe τούς τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Χριςιανῶν. Unde etiam SUIDAS (*f*) cum hujus epiſtolæ meminit, Galilaeorum mentionem prorſus omittit. Τιβεριανὸς ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιςίνων ἔθνους, ἀνήγαγεν αὐτῷ (Trajano) λέγων, ὡς οὐκ ἐπαρκεῖ λοιπὸν τοὺς Χριςιανοὺς Φονεύειν, ἐκείνων αὐτομάτως ἐπεισαγόντων ἑαυτοὺς τῇ κολάσει. Ex his igitur probari non poteſt, poſt exortum Antiochiæ Chriſtianorum nomen Galilaeos vocari Chriſti ſectatores conſueviſſe. Quod autem de ARRIANI loco eſt, nihilo plus illo effici arbitror. Cum enim in prooemio libri aperte fateatur, ſe Epicteti ſermones non aut ſuo judicio diſpoſuiſſe, aut dictionis elegantia exornaſſe, ſed ſimpliciter ex ore magiſtri commentaria ſibi, ipſis forte verbis, quibus ille uſus eſſet, conſcripſiſſe, (nimirum ut hodie fere ſolent in acroaſibus Doctorum diſcipuli) quæ deinde ſe inſcio in hominum manus perverenint: hinc apparet fieri potuiſſe, & quidni factum dicamus? ut Epictetus, qui ſub Nerone jam celebritatem erat aliquam conſecutus, & usque ad Divi Marci tempora ſuperſtes fuiſſe dicitur (*g*), vel eo ipſo tempore, quo de Galilaeis natione, qui iidem profeſſione Chriſtiani eſſent, retulit ad Trajanum Tiberianus, in eorum mentionem incide-

rit

(*a*) In Crit. Anti-Baron. ad A. C. 56. n. 3.

(*b*) Hiſt. Eccleſ. ſec. 1. diſſ. xx. p. 212.

(*c*) L. 4. ſermonum Epicteti c. 7.

(*d*) In hiſtoria chronica p. 356. Quae de ῥοθείᾳ hujus epiſtolae vel γνησιότητι diſputantur apud *Basnagium* Annal. Eccl. A. 117. ar. 4. ea ad noſtram rem nihil faciunt. Mihi ſuſpectam maxime reddit formam certe epiſtolae uſus pronominum & verborum plurarium de uno Trajano.

(*e*) Nam illa ſolennis Palaeſtinae in primam, ſecundam & tertiam diviſio aut Theodoſii M. poſtremis, aut primis Arcadii temporibus orta, huc non pertinet, de qua Jac. Gothofr. ad l. 3. C. Theod. de protoſtaſia.

(*f*) V. Τραϊανός.

(*g*) Merito hoc poſterius in dubium vocante *Fabricio* Bibl. Gr. 4, 7. p. 259. ſeq. & ante illum *H. Dodwello* diſſ. de aetate Peripli maris Euxini §. 7. ſeqq. ubi copioſe demonſtrat ultra Hadriani annum xx. non vixiſſe.

rit (*a*), quæ illius dicta bona fide excepit ARRIANUS, & ad posteros transmisit. Illud vero monuisse hoc in loco, quanquam non ad nostrum institutum pertinet, haud abs re fuerit, ita vulgo Epicteti verba accipi, ac si μανίαν quandam ac stuporem Christianis tribuat, in quo ego injuriam fieri optimo seni arbitror. Dixerat, si quis ab insania aliqua aut furore ita esset affectus, ut perinde ipsi esset, habere uxorem ac liberos, aut non habere, & quod ad vitam, bonaque alia similiter existimaret; huic nullum fore tyrannum horribilem, satellites nullos, nullos gladios extimescendos. Jam subjungit: εἶτα ὑπὸ μανίας μὲν δύναται τις οὕτω διατεθῆναι πρὸς ταῦτα, καὶ ὑπὸ ἔθους οἱ Γαλιλαῖοι, ὑπὸ λόγου δὲ καὶ ἀποδείξεως οὐδεὶς δύναται μαθεῖν κ. τ. λ. Itaque μανίαν profecto non tribuit Galilaeis, sed ita dicit: si insania quibusdam caussa esse potest, ut parvi externa faciant, & nihil timeant adversi: si porro Galilaei ex consuetudine (institutionem forte commodius intelligemus) talia contemnunt: pudor est, non posse ab ratione aliquem eo perduci &c. Sed id jam non agimus.

XLI. Bene adhuc in Juliani tempora convenit Philopatris. Sed scrupulum injicit illud, quod non Christiani tantum irridentur hoc dialogo, sed gentilium etiam Deastri acerbissime priori ejus parte perstringuntur. Videri igitur alicui possit, illum non esse scriptum in Juliani gratiam, cui minime omnium probari Numinum suorum insectatio potuerit. Sed plures hic sunt elabendi viæ. Forte auctor, ut aegre faceret Christianis, exososque illos magis Juliano redderet, quibus ludibriis avita numina traducerent, in Triephontis persona repraesentavit. Forte auctor, cum sibi Lucianum suum non tam imitandum quam exscribendum proposuisset, flosculos ejus hac in parte consectatus est, & verborum amoenitate ductus ipsas etiam sententias improvide assumsit: quales hodienum errores ab ineptis hominibus, quorum numero nostrum vix quisquam eximendum censebit, committi interdum, constat. Sed si vel sciens prudensque fecit, tamen timendum ei non erat, ut Julianum offenderet, ut qui ipse absurdas de Diis fabulas, a Poëtis ad res sublimiores sub istis quasi symbolis repraesentandas, putabat esse confictas (*b*). Quin ipse salsis jocis in Deos illos ἀποσκώπτει (*c*), ut adeo ab ira ejus ob laesam ficulneorum numinum majestatem metuere sibi auctor Philopatridis non debuerit. Ita Socratem impietatis postulat Aristophanes derisor ipse Deorum, qui publice tum colebantur, maximus. Et novimus, hoc profuisse vitæ Christianam religionem, ut ethnicos etiam puderet anilium fabularum, quemadmodum Luthero & Calvino multa debent remota scandala illæ etiam Ecclesiæ, quæ in Romani Pontificis ditione manserunt.

XLII. Juliani igitur tempore scriptum esse Philopatrin, credat fortasse nobis aliquis, nisi ille adhuc superesset scrupulus, qui factum, ut tantum junioris Luciano auctoris dialogus inter illius opera & censeri coeperit, & diu adeo delituerit? Hic praeter ea quæ communia sunt, & de suppositiciis quibusvis possunt dici, dictaque olim sunt, & huic satisfacere scrupulo, & praeterea valde magnam sententiæ nostræ verisimilitudinem conciliare illud puto, quod Juliani tempore vixit, ipsique amicus Imperatori fuit LUCIANUS SOPHISTA aliquis, ad quem extat hodienum scripta a Juliano epistola, quæ quoniam brevissima est, & elegantiæ omnis plenissima, non ingratum lectori facturus videor, si totam adscribam (*d*).

Ἰου-

(*a*) Sub Trajani certe imperio sermones illos ab Epicteto habitos, probant *Fabric.* l. c. & *Dodwellus* l. c. §. 12.

(*b*) E. g. Or. in Matrem Deorum p. 170. Veteres, ubi investigata a se rerum principia detexissent, ἐσκέπασαν αὐτὰ μύθοις παραδόξοις, ἵνα διὰ τοῦ παραδόξου, καὶ ἀπεμφαίνοντος τὸ πλάσμα φωραθὲν, ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἡμᾶς τῆς ἀληθείας προτρέψῃ. Ita oratione in Solem p. 136. ἄπιστα καὶ παραδόξα ποιητικῆς Μούσης ἀθύρματα vocat, quae de συνδοιασμῷ & γάμοις Deorum dicantur apud HOMERUM.

(*c*) In illius Caesaribus Divus Marcus, ut se Deorum imitatorem probet, illorum corpora τῆς ἐκ τῶν ἀναθυμιάσεων τροφῆς indigere asserit, & Jovis exemplo (Il. E. 897.) indulgentiam erga Commodum suum tuetur. In fine hujus Commentarii τρυφὴν & ἀσωτίαν Deas comminiscitur. &c.

(*d*) Epist. XXXII. p. 404. ed. *Lips.*

Ἰουλιανὸς Λουκιανῷ σοφιςῇ. Γράφω καὶ ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων, εἰ δὲ ἀδικῶ συνεχῶς ἐπιςέλλων, ἀνταδικηθῆναι δέομαι τῶν ὁμοίων παθῶν. Quid ſi dixerimus, ab hoc ſcriptum eſſe Philopatrin? nominis deinde ſimilitudine deceptos librarios in unum cum Samoſatenſi volumen compegiſſe? Ad haec qui Philopatrin cum iis quæ Lucianus ſcripſit comparaverit, Lucianeum eſſe illum, id eſt Luciani imitatione ſcriptum, & e verbis fere Luciani ſenioris illius compilatum, eoque nomine commentariis illius immixtum merito, negare profecto vix ſuſtinebit. Atque hoc eſt, de quo antequam finiamus, aliqua ſunt dicenda.

XLIII. Nimirum, ſi quis noſtras annotationes inſpicere voluerit, ille cognoſcet, nullam fere eſſe extantiorem ſententiam, ne phraſin quidem aut verſum Homeri allegatum, quæ non iisdem pene verbis in iis, quæ Lucianus edidit, reperiantur, id quod temere fieri non potuiſſe jam ſupra dictum eſt. Exempla huc adſcribere ſuperſedeo, non eſt enim longus dialogus, & ſingulis fere paginis ſpecimina occurrunt. Sed illud tantum hoc in loco oſtendam, oeconomiam quam vocant, & diſpoſitionem Philopatridis, cum illa, quæ in Nigrino eſt a Luciano adhibita, ex aſſe convenire. In utroque dialogo illa eſt quaſi primaria hypotheſis, ut narret amico amicus ſermones a ſe auditos ἐνεργητικωτάτους, in quos forte fortuna & quaſi transeundo inciderit: in Nigrino quidem Philoſophi Platonici, Sophiſtarum quorundam in Philopatride. Hi ſermones deinde approbantur in Nigrino & laudantur ab eo qui primum illos audit: in Philopatride autem irridentur & condemnantur. Effectus utrinque idem eſt, inſignis animi, corporisque adeo mutatio, vehementior illa quidem in Philopatride, in Nigrino, pro objecti ſcilicet ratione, lenior. Jam occaſio dialogi utriusque eſt occurſus fortuitus duorum veterum amicorum, quorum miratur alter ſubitam alterius immutationem. Tum per maximas ambages pervenitur tandem ad caput cauſſae, in Nigrino moras nectente ipſo qui narrat, prooemiisque alterum ingentibus fatigante: in noſtro arrepta juris jurandi mentione, a Critia, qui narrat, praeſtandi, Triepho praecipuos gentilium Deos falſe perſtringit. Poſt narrationem ſequitur in utroque dialogo effectus, qui in narrante primum fuerat, cum eo cui narrat, communicatio, quæ utrobique adhibita de canis rabidi morſu ſimilitudine explicatur. In Philopatridis fine demum quaſi cataſtrophe quaedam adjicitur, brevis illa quidem, ſed quæ cauſſa ſcribendi auctori extitit procul dubio. Poterant haec amplius ſingula dilatari, ſed metuo ne tamen non ſatis intelligar, niſi quis utraque συγγράμματια inter ſe componere ſuſtinuerit. Satis igitur fuerit haec indicaſſe. Habes, Lector, ſententiam de Philopatride noſtram, in quam cum ante hos quinque & viginti annos incidiſſem, eamque in Jenenſium Philoſophorum cathedra diſputaſſem; ante decem annos in Lipſienſi quoque Academia eam publice propoſui. Interjecto tempore cum multum de eo ſit argumento diſceptatum, quaedam etiam contra illam meam diſputationem prolata in medium (a) cognoverim: tantum tamen abeſt, ut audierim quidquam legerimve, quod a ſententia me mea demoveret, cujus tuendæ nullam profecto aliam cauſſam habeo, praeterquam quod veram eſſe puto, quasdam etiam deſerendæ; ut potius magis ſubinde confirmatus, non jam juvenile ἀγώνισμα arbitrer, ſed κτῆμά quoddam, perennaturo, ut ſuſpicari fas eſt, operi, Luciano Wetſteniano, quod intexatur, non penitus indignum.

(a) Non feci in hac diſſertatione mentionem Th. Eckardi viri ſane docti, &, quod aeque magnum eſt, modeſti. Hic in libro, quo *Non-Chriſtianorum de Chriſto teſtimonia ex antiquis monumentis* propoſuit ac dijudicavit *Quedlinburgi* 1725. 4. edito, a p. 107. pluſcula contra meam ſententiam protulit: quae in Lipſienſi diſputatione a me excuſſa ſunt: ſed hic repetenda non putavi, cum nihil ſit, ad quod non vel in adnotationibus vel in hac diſputatione reſponſum ſatis arbitrer. Hic tantum mentionem ejus rei faciendam cenſui, ne quis vel non viſam mihi vel contemtam viri cari mihi, dum viveret, commentationem putet, quorum alterum ſupinae negligentiae, ſuperbiae alterum facile poſſet tribui.

FINIS TOMI TERTII.

INDEX
DIALOGORUM ET OPUSCULORUM
LUCIANI.

Numerus major Tomum, minor paginam denotat.

A.

ABdicatus. Tom. II. pag. 159.
Accuſatus. Bis accuſatus. II. 791.
Adverſus Indoctum. III. 99.
Aëtion ſ. Herodotus. I. 831.
Alexander ſ. Pſeudomantis II. 207.
Amicitia ſ. Toxaris. II. 507.
Amores. II. 397.
Anacharſis ſ. de Gymnaſiis. II. 883.
Antiochus, vel Zeuxis. I. 839.
Apophras, ſ. de die Nefaſto. III. 161.
Aſinus, ſ. Lucius. II. 567.
Aſtrologia. II. 361.
Auctio Vitarum. I. 540.

B.

BAcchus ſ. Praefatio. III. 75.
Balneum ſ. Hippias. III. 66.
Bis Accuſatus. II. 791.

C.

CAlumnia. De Calumnia non cred. III. 125.
Cataplus ſ. Tyrannus. I. 620.
Caucaſus, ſ. Prometheus. I. 185.
Charidemus, ſ. de pulchritudine. III. 618.
Charon ſ. Contemplantes. I. 487.
Concilia Deorum. III. 527.
Contemplantes. Vid. Charon.
Convivium, ſ. Lapithae. III. 419.
Cronoſolon i. e. Legislator, III. 393.
Cycni, ſ. Electrum. III. 87.
Cynicus. III. 539.

D.

DE Aſtrologia. II. 361.
De die Nefaſto. III. 161.
De Dipſadibus. III. 234.
De Domo. III. 191.
De Electro, ſ. Cycnis. III. 87.
De Gymnaſiis, ſ. Anacharſis. II. 883.
De Luctu. II. 922.
De morte Peregrini. III. 325.
De Mercede Conductis. I. 651.
Demonax. II. 374.
Demoſthenis Encomium. III. 490.
De non temere credend. Calumn. III. 125.
De Paraſito. II. 837.
De Sacrificiis. I. 525.
De Saltatione. II. 265.
De Sectis, ſ. Hermotimus. I. 739.
De Syria Dea. III. 451.
